VALERII ANDREAE DESSELII
EROTEMATA IVRIS CANONICI

cum

ANIMADVERSIONIBVS

GEORGII ADAMI STRVVII, ICti,

ET PRAEFATIONE

BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII, D.

EDITIO QVARTA.

Acceſſere Editioni huic nouae

I. I. Pacii Iſagogica in Decretales.
II. Eberhardi Seckhanii Exegeſis Decretalium Gregor. IX. Pontif. Rom.
III. Hagemeieri cap. XI. de I. C.
IV. I. Serpilii Delineatio Iuris Ciuilis & Canon. in allegando & abbreuiando.
V. Rubricae Digeſtorum & Codicis.

IMPRIMIS AUTEM

HISTORIA SYNOPTICA IVRIS PONTIFICII.

CVM GRATIA AC PRIVILEGIO AVGVSTISSIMI REGIS POL. ET ELECTORIS SAX. SPECIALI

FRANCOFVRTI & LIPSIAE,

apud Heraedes B. MATTHAEI BIRCKNERI

Anno M DCC XX



Digitized by Google

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO CONSVLTISSIMOQVE

DOMINO

PAVLO CRISTIANO BIRCKNERO, ICto,

VECTIGALIVM ERFVRDIENSIVM SERENISSIMIS SAXONIAE DVCIBVS SOLVENDORVM PRAEFECTO SVPERIORI

FAMA ET MERITIS FLORENTISSIMO

PATRONO SVO ATQVE AFFINI

AETATEM SVSPICIENDO

HOC

QVICQVID EST MVNERIS

GRATI ANIMI RELIGIONE PENDENDVM

PIE CONSECRAT

ANDREAS FRID. BOETTICHER.

)(2 Non

Non latere Te poterit, Vir Ampliſſime, devotus tibique deditiſſimus animus, quo egregias Tuas virtutes, ſingularia merita, & cum elegantiſſima doctrina coniunctam humanitatem ſum proſecutus & ea qua par eſt obſeruantia veneratus. Obſtringi videbar tot & tantis beneuoli Tui erga me animi documentis cuius non ita pridem luculentiſſimum ſpecimen edideras, quod adhuc grata mente agnoſco & agnoſcere nunquam deſinam.

ſinam. Sed nondum adfuit opportuna quædam occaſio pietatem, quam hactenus tacito pectore foueram, publico quodam teſtimonio exponendi: aſt non tam deficiebat occaſio, quam me ab executione tam pii inſtituti detinuit cognita & perſpecta Tua modeſtia, qua mihi tanta iniecta fuit verecundia, vt timerem, ne ampliſſimæ Tuæ Dignitati ab omni vanitate alienæ diſplicerem, in publicam lucem aliquid protrudens quod vel ſpeciem debiti Tibi a me exhibendi cultus haberet. Rupit tamen ſilentium Tui mihi ſæpius declarati affectus & patrocinii conſideratio, ita vt de noua præſentis operis editione ſollicitus aliquo pietatis meæ ſpecimine, Nobiliſſimo Tuo Nomini hanc non inelegantium libellorum collectionem inſcribendo defungi maluerim, quam diutius omni decentis obſeruantiæ erga Te documento carere. Et hoc forte meam audaciam excuſabit & efficiet, vt am-

pliſſimæ Tuæ Dignitati non prorſus ingrata ſit hæc pietatis teſtificatio. Faxit Deus, vt ſereniſſimo Principi, cuius gratia flores, cuiusque ſeruitiis immori cupis, nec non amicis, cognatis, familiæ omnibusque bonis quibus pro viribus ſingulari dexteritate & indefeſſo ſtudio prodeſſe cupis, diu inſeruire poſſis: Seruet Te diuina prouidentia incolumem & omnium felicitatum abundantia exhilaret, Tuamque prænobiliſſimam familiam exornet. Mihi vero, Vir Ampliſſime, Tuum fauorem & patrocinium integerrime conſerua, meque iis dignum habe, qui nullam prætermiſſurus ſum occaſſionem, qua pietatem, obſeruantiam & deuinctiſſimam mentem teſtari queam, permanſurus

Ampliſſimæ & Conſultiſſ.
Tu. Dignit.

Devotus & deditiſſimus.

BENELO LECTORI
S. D.
BVRCARD GOTTHELFF STRVVE.

A primis ſtatim reformationis temporibus nihil magis viris cordatis atque pio zelo præditis curæ fuit, quam vt omnes papalis fuci reliquiæ ex foris æque atque eccleſiis Proteſtantium plane eiicerentur, eædemque ad orcos relegarentur. Quantum autem induſtriæ adhiberent, impedire tamen non valuerunt, quo minus incruſtata quædam atque inueterata remanerent, in quibus remouendis fruſtra adlaborarent. Ad hæc ſi Ius Canonicum referamus, forſan non aberrabimus. Conſtat enim inter omnes, quid de Iure Canonico ſenſerit Lutherus, quanto feruore ductus, ob impuras, quæ in eodem continentur, doctrinas, idem combuſſerit. Conſtat, quanto ſtudio peruerſas Iuris Canonici

doctrinas deteſtati fuerint Doctores. Conſtat etiam, in quantum ab eodem reſilierint Proteſtantes. Nibilominus multum abfuit, vt illud plane abolerent, quin potius quantum ad Collegia Canonicorum integrum fereretinerent, quantum ad Proceſſum, ius Ciuile ex eodem emendarent. Miror ſane, qui factum, quod, dum Status imperii Proteſtantes Calendarium Gregorianum Iuliano longe emendatius reiicerent, ne quid Pontificis auctoritati dediſſe videantur: boc tamen ius Canonicum, quod Pontificis auctoritatem tantum firmat, tot continet impura, doctrinas nefarias, retinuerunt, nunc longo vſu & conſuetudine corroboratum. Integrum quidem receptum non eſt, ſolum quantum dogmatibus Proteſtantium conuenit & iuri eccleſiaſtico. Verum, dum nouam liturgiam, nouum ius Conſiſtoriale, nouum Calendarium, nouas ordinationes eccleſiaſticas publicarent Status Proteſtantes, cur non etiam nouum ius Canonicum, in quod referrent, quæ ex pontificio viderentur commoda, reiicerent ſuperflua, emendarent nefaria. Hoc certe ſi factum, tot ceſſarent controverſiæ, tot lites, quæ oriuntut, idque ex eo, quod Canones ſæpe male adplicentur ad Statum noſtrum eccleſiaſticum, vt exinde ad mores recurrendum, qui nonnunquam altioris ſunt indaginis. Inhærendum interim huic iuri, vsque dum aliud ſtatutum. Dolendum tamen, quod, dum ſua re-

adhuc Iuri Canonico ſit auctoritas, illud per regulas iuris Ciuilis tantum corrumpatur. Quod ſi enim pleroſque Iuris Canonici Doctores euoluamus, iſti ex iure ciuili canonum tradita explicare ſatagunt, haut conſiderantes, plane alia eſſe fundamenta eiusdem iuris, quod ex iure Romano atque prætorio explicandum; alia iuris Canonici, qood ex Conciliorum hiſtoria & decretis, antiquitatibus eccleſiaſticis, ipſisque pontificiorum moribus trahit originem. Probe itaque in iure Canonico hæc inuicem ſunt diſtinguenda: ea quæ ſunt iuris Canonici, quæ legibus moribusue Proteſtantium introducta, & quæ ex iure Canonico Ciuili conceduntur adminicula. In iſtis Ducem potius ſequamur ſcriptorem pontificium, qui doctrinam Canonicam purius tradet, nec quidquid eſt iuris Ciuilis vel Proteſtantium intermiſcebit: quod ipſum ad reliqua præbebit fundamentum. Niſi enim pura, eademque genuina iuris Canonici dogmata ante probe fuerint explicata, nec ad ipſos mores legesue Proteſtantium fieri poterit progreſſus: cum alias dici non poſſit, quantum vel diſcrepent vel conueniant. His fundamentis rite iactis, reliqua, quæ apud Proteſtantes vſitata, ex ſcriptoribus iuris eccleſiaſtici atque Conſiſtorialis facile poſſunt hauriri.

)(5 Quæ

Quæ vero ex iure Canonico ad praxin faciunt adque Proceſſum, Practici docebunt. Licet igitur eorum, qui vel compendia ſcripſerunt vel ſyſtemata, defectus non ſit, pauciores tamen ex iisdem, hoc, quod neceſſarium eſt, obſeruarunt. Quidam enim ex Proteſtantibus vel in antiquitatibus diutius hærent, vel breuiter tangentes ea, quæ ſunt iuris Canonici, ad mores ſtatim pergunt Proteſtantium, vel nimium quid intermiſcent ex iure Ciuili. Vitauit plerosque hos ſcopulos Valerius Andreas, a patria dictus Deſſelius. Exinde, dum beatus Parens nullum compendium ad vſum Auditorum magis videret accommodatum; quam erotemata eiusdem iuris Canonici, primus in ſuperiori Germania cum animaduerſionibus eadem fecit recudi. Communi plerorumque adplauſu hæc erotemata ſtatim recipiebantur, ita, vt non in hac academia ſolum, ſed in aliis etiam publicis æque atque priuatis prælectionibus inſeruirent. Dum igitur quartam hanc editionem pararet bibliopola, nouas a me animaduerſiones petebat, quod ob alia negotia denegare coactus. Vt tamen ipſius deſiderio aliquid dediſſe videar, hæc ſaltim præfari conſtitui, quibus pauca adhuc de auctore & huius libri inſtituto addere licebit. Va-

Valerius Andreas, a patria dictus Deſſeius, qui Brabantiæ pagus eſt, a regione Taxander vel Brabantinus. Natus hic eſt V. Kl. Decembris CIↃ IↃ LXXXVIII, *atque litteris politioribus ſtatim fuit innutritus duce Valerio Houtio, felici ingeniorum formatore. Inde Antvverpiæ fuit inſtitutus, vbi per integrum triennium Andreæ Schotto, humanioris litteraturæ (raro inter Ieſuitas exemplo) peritiſſimo a manibus ſtudiisque fuit. Hic illi in Græca litteratura auctor ductorque fuit, in Hebraica lingua Ioannes Haius, ex eadem Societate Theologus. Iactis hinc fundamentis, Duacenſem adiit academiam, in eademque Philoſophicis gnauiter incubuit. Inde Antvverpiam delatus in familia vixit Auberti Miræi & Franciſci Schotti, atque in hominum doctiſſimorum notitiam venit, vt paulo poſt, anno ſcilicet* CIↃ IↃC VI. *Louanium ad Profeſſionem linguæ ſanctæ vocaretur. Cum autem hucusque Theologiæ ſaltim atque linguis Orientalibus ſe dediſſet, nunc ad Iurisprudentiam etiam animum adplicabat, in qua tantum profecit, vt x. Kl. Decembris* CIↃ IↃCXXI. *ſupremi in iure honores in ipſum deferrerentur. Iu-*

ris-

riſprudentiam inde cum elegantioribus iunxit, vsque dum anno CIↃ IↃC XXVIII. *regius Inſtitutionum Profeſſor renuntiaretur. Demum* XI. *Kl. Septembris* CIↃ IↃC XXXVI. *Bibliothecæ academicæ tunc recens inſtitutæ fuit præfectus. De anno mortis non ſatis conſtat, ad medium tamen ſeculi decimi ſexti vixiſſe videtur. Inter ipſius ſcripta præter Bibliothecam Belgicam hoc ipſum eſt præcipuum. Ordinem in eodem ſeruauit Andreæ librorum Decretalium, ad ſingulos etiam titulos procedit, atque ex iisdem quæſtiones proponit neceſſarias. Aeſtimandus liber ideo, quod non ſolum ordine procedat auctor, ſed etiam ſingula ex mente pontificiorum ſatis accurate declaret. Hoc quidem deficere videtur, quod non ſatis ea, quæ ex antiquitatibus eccleſiaſticis illuſtranda exhauſerit, id quod tamen vel viua Doctoris voce, vel etiam ex Schilteri Inſtitutionibus iuris Canonici poterit ſuppleri. Quantum ad doctrinam Proteſtantium, facile iſta, intellectis rite pontificiorum traditis addiſci poterunt, vel ex Brunnemanni iure eccleſiaſtico, vel Carpzouii Criminalibus, lucem etiam ad eandem præferet beatus parens in animaduerſionibus textui*

ſub-

ſubinde ſubiectis. Adiecit eidem breues quoſdam tractatus, qui introductionis loco eſſe poſſunt ad ipſum textum atque adlegationes iuris Canonici. Fruere hiſce B. L. quod ſi Deus meliora otia conceſſerit, pleniorem Iuris Canonici, maxime in Germania noſtra, hiſtoriam a me expecta.

Digitized by Google

ƷEORGIVS ADAM Struve/ D.

ereniſſ. Ducum Saxo-Vinarienſ. Con-
iar. intimus, Collegii Iuridici Ordinarius
Aſſeſſor Curiæ Provincialis & Decreta-
lium Profeſſor

PRAELECTIONES

*m publicas, quam priuatas & extraordi-
narias, nec non alias exercitationes*

J. U. CULTORES

amanter invitat.

B. L. S. P.

Vemadmodum eximiis Jus Romanum laudi- us inde cumulatur,

quod apud plurimas gentes atque regna ob ſingularem obſervatur æquitatem: adeo, ut, aſſerente ntonio Mornacio, JCto Gall. *in l. 1. de J. & J.* *nullus fere in hunc diem non fateatur jus illud omnium Chriſtianarum gentium uſu & approbatione commune ideo effectum, quia non autoritate cujusquam & imperio, ſed per ſe, continuisque rationum viribus, adrepat animis legitimum, miraque etiam arte ac ingenio ac*

boni

boni & periti artificis inſtar, componat ſingula quæque in rebus ſeu privatis ſeu publicis. Ita vel maxime Jus Canonicum commendat, quod iſtud ipſum, ad æmulationem Imperatorum & imitationem iuris Civilis eodem, quo hoc in uſum revocatum fuit, tempore a Pontificibus eiusque aſſeclis conditum, pleræque gentes Chriſtianæ receperint. Sic Hiſpanos deficiente ju-

Pract. quæſtion. jur. can. & civ. lib. 1. quæſt.

2. num. 4. tract. de mod. & form. vid. & examin. proceſſ. c. 10. num. 26. & ſeqq.

re ſuo Regio ad Jus Canonicum recurrere; imo civilibus legibus præferre ſcribit Flores Diez de Mena & pluribus rationibus confirmare ſtudet Amat. Rodriquetz in Salmanticenſi Academia iuris Prof. Teſtantur quoque huius iuris in Hiſpania uſum abunde Auguſtini Barboſæ, Protonotarii Apoſtolici & Eccleſiæ Vinarienſis in Luſitania Theſaurarii Majoris *vota deciſiva & conſultiva*

cano-

canonica ſuper dubiis ex variis Hiſpaniæ partibus ipſi propoſita, *libris tribus* comprehenſa. In Galliæ Regno cauſas ex jure canonico in Curiis, ubi opus eſt, dijudicari memorat Petrus Rebuffus, Jurium Doctor ac Comes, Juris Pontificii ordinarius Profeſſor Pariſienſis (ſubjiciens: *Sic advocatus vel conſulens debet utrumque jus ſcire, alioqui quomodo conſulere poſſet: quod facit contra quoſdam*

Comment. in Conſtit. ſeu Ordin. Regias Proœm. gloſſ. 5. num. 126.

juvenes jus Pontificium negligentes, & tantum civile proſequentes, ſed ipſi non guſtabunt dulcedinem juris, niſi utrumque habeant cognitum.) Idemque in forum & Academias ibidem introductum eſſe ac publice doceri, conſtat ex eleganti præfatione Franciſci Duareni, JCti Galli, Profeſſoris olim in Academia Bituricenſi, (juxta Præconium *Jac. Auguſti Thuani*) celeberrimi: Et hujus popularis E-

in libros de Eccleſia & miniſtr. Eccleſ.

lib. 23. Hiſt. Anno 1559. tit. Digeſt. de Juſt. & Jur. ſubj. accommodatione ad mores Galliarum. Comment.

guinarii

guinarii Baronis commentariis Teſtis etiam, ejus rei locuples eſt Jacob. Cujacius, (quem Principem ICtorum Lipſius alicubi merito nominat) & nouiſſime Antonius Dadinus Alteſerra, Anteceſſor Toloſanus. Quinimo ſecundum laudatum Ant. Mornacium in Senatu Pariſienſi Patronum, quod Martianus de jure honorario, *ipſum quaſi vivam juris civilis vocem eſſe, idem hodie recte dixerimus*

in Decretal. Innocentii III.

in l. 8. de J. & J.

de J. Can.: ut cujus æquitate emendetur atque inflectatur juris civilis aſperitas. Sicut enim jus Prætorium, ſubjicit Idem Autor, *ex edictis Prætorum conſtitutum eſt ad leniendum, quod nimia juris civilis ſubtilitate videbatur durius, prout exposcebant negotiorum informes moleſtiæ: ita & liquido conſtat ex libris Decretalium, tributas fuiſſe tandem in capita, & cohærentes ordine Juſtinianeo ti-*

tulos

tulos, Epiſtolicas quæſtiones, quibus ab omni Chriſtiani orbis plaga, pro variis cauſarum quarumlibet figuris conſulebantur Rom. Pontif. ut arbitri, ea prorſus ratione, qua explicatur id in l. ſi qui ex conſenſu C. de Episc. audient. Et *cum circa ann.* 1300. *quinque libros Bonifacius IIX. ad Gregorianam collectionem adjeciſſet, audivi equidem ſæpius a Senatore maximo, Hier. Angenoeo, vetuiſſe jam pridem Se-*

natum, ne ulla deinceps voluminis Bonifaciani, quod ſextum dicimus, ad inſtruendas, dirimendasque lites, allegarentur capita, vetusque de eo Senatus conſultum tantiſper in acris curiæ tabulariis fuiſſe, dum dominica ſummi cujusdam, quem nominabat, manu ſubductum fuerit. Cur hoc in BONIFACIAM *curia ſanxerit, ſere nemo neſcit: vicit tamen ætas, uſusque forenſis, ut & Canonicum habeatur hucus-*

Vid. Duaren. alleg. loc.

XIV

ue ad terminandas li.
's ejuscemodi ſubſidi-
m Hungaros porro
)anos & Anglos alios-
ue populos in non-
ullis cauſis jus cano-
icum uſurpare aſſeve-
at Arthurus Duck. in
Germania tum apud
Pontificios tum apud
Auguſtanæ, nec non
Reformatæ, quam vo-
cant, religioni addictos
hoc jus obtinere ac in
Academiis publici præ-
ectionibus exponi, in
propatulo eſt. Simi-
iter & in inferiori Ger-
mania

de uſ. & autor. Jur. civil. Rom. in domin. Chriſtianor. lib. 1. c. 7. n. 15.

mania ſeu Belgio plurimis in cauſis illud attendi latius tradit Cyprianus Regnerus, Profeſſor in Academia Ultrajectina. Nec ipſe diffitetur, alias quodammodo diſſentiens, Paulus Voetius. Quamvis enim haud negemus ſuos iſthoc Jus habere nævos: nec ullam Pontifici Romano poteſtatem condendi leges concedamus: *atque excogitaſſe nova ea jura canoniſtas ambitione uſurpandæ Jurisdictionis*

Diſſert. de Jure Can. quom. & qu. vim. leg. hab. in for. noſtr. Deque rec. conſuet. qua in Acad. reform. J. U. Doctores renunc. lib. de uſu jur. civ. & can. in Belg. unit. Deque more promovendi Doctor. utriusque jur. ad l. quoties C. de jud.

ctionis ſecularis, Cyno, qui jam ſuo tempore ita ſcribere auſus eſt, aſſentiamus. Plurima tamen utilia & præclara continet: ideoque non viget apud nos, ut a Pontifice præſcriptum ſed quia Principum approbatione vel moribus, ubi æquitati atque juri divino conſonum, & Reip. noſtræ in Eccleſiaſticis & ſecularibus negotiis conveniens, receptum eſt.

Vos igitur, Nobiliſſimi & Eximii Dn. Stv-

DIOSI, Amici ſuavisſimi, eadem me, qua deceſſores Veſtri, benevolentia & attentione Inſtitutiones, Pandectas, Codicem, Novellas, Feudalia, per annos viginti & unum, hac ipſa in Academia, olim profitentem audierunt, nunc etiam, DEO & SERENISSIMIS SAXONIAE DUCIBUS, Dominis meis clementisſimis, volentibus, Jus Canonicum docentem audiatis quæſo. Equidem ſummam

adhibebo curam, ut meo ſatisfaciam officio & vos laboris ac temporis, quod impendetis, non pœniteat. Exordiar vero prælectiones in Decretales craſtini Hora Decima pomeridiana; & quidem publice VALERII ANDREÆ DESSELII, Profeſſoris in Academia Lovanienſi, *Erotemata Juris Canonici*, ad ſcopum noſtrum concinne digeſta, interpretabor ita, ut prætermiſſa ſuppleam, cujus-

vis capituli ſummam ſimul explanem, *erroresque Pontificios notem*, uſum in noſtris Curiis & Conſiſtoriis (prout Statuta Facultatis noſtræ peculiariter exigunt) ſubinde oſtenſurus: extraordinariis ſive privatis poſtmodum ſcholis ipſa ſigillatim capitula expendam, nec non quæſtiones eo pertinentes, nervoſe decidam, ſingulisque ſeptimanis, publice privatimve tractata, disquiſitioni ſubjiciam. Si quibus conſilio & informatione mea alias in juris ſtudio uti, vel diſputando ſe exercere lubuerit, ipſis quoque operam ſpondeo fidelem ac indefeſſam.

P. P. Die IX. Aug. A. O. R.
cIↄ Iↄc LXXIX.

INDEX

TITULORUM LIBRI PRIMI.

Proœmium de auctoribus, auctoritate & ordine Librorum JURIS CANONICI. 1

TIT. I. *De ſumma Trinitate & Fide.* 6
II. *De Conſtitutionibus.* 7
III. *De Reſcriptis.* 13
IV. *De Conſuetudine.* 20
V. *De Poſtulatione.* 23
VI. *De Electione & Electi poteſtate.* 26
VII. *De Translatione Epiſcopi.* 32
VIII. *De auctoritate & uſu pallii.* 33
IX. *De Renunciatione.* 35
X. *De Supplenda negligentia Prælatorum.* 39

Google

XI. De temporibus ordinationum & qualitate ordinandorum 41
XII. De Scrutinio in Ordine faciendo. 46
XIII. De Ordinatis ac Epiſcopo, qui renunciant Epiſcopatui. 47
XIV. De Ætate & qualitate, & ordine præficiendorum. 48
XV. De Sacra Unctione. 52
XVI. De Sacramentis non iterandis 54
XVII. De Filiis Presbyterorum 55
XVIII. De ſervis non ordinandis, & eorum manumiſſione. 57
XIX. De obligatis ad ratiocinia non ordinandis. 58
XX. De corpore vitiatis non ordin. 59
XXI. De bigamis non ordinandis. 61
XXII. De Clericis peregrinis. 64
XXIII. De Officio Archidiaconi. 65
XXIV. De officio Archipresbyteri. 66
XXV. De officio Primicerii. 67
XXVI. De officio Sacriſtæ. 68
XXVII. De officio Cuſtodis. 69

XXIIX.

XXIIX. *De officio Vicarii.* 70
XXIX. *De officio & poteſtate delegati* 74
XXX. *De officio legati.* 79
XXXI. *De officio Judicis ordinarii.* 82
XXXII. *De officio Judicis.* 85
XXXIII. *De majoritate & obedientia.* 87
XXXIV. *De Treuga & pace.* 89
XXXV. *De Pactis.* 91
XXXVI. *De Transactionibus.* 93
XXXVII. *De Poſtulando.* 95
XXXVIII. *De Procuratoribus.* 96
XXXIX. *De Syndico.* 98
XL. *De his, quæ vi metusve cauſſa fiunt.* 99
XLI. *De reſtitutione in integrum.* 101
XLII. *De alienatione judicii mutandi cauſſa facta.* 103
XLIII. *De arbitris.* 104

LIBRI SECUNDI.

I. *De Judiciis.* 107
II. *De Foro competenti.* 109
III. *De libelli oblatione.* 111

IV. *De mutuis petitionibus.* 112
V. *De litis conteſtatione.* 114
VI. *Ut lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitivam.* 116
VII. *De Juramento calumniæ.* 118
IIX. *De Dilationibus.* 120
IX. *De Feriis.* 122
X. *De ordine cognitionum.* 123
XI. *De plus petitionibus.* 125
XII. *De cauſſa proprietatis & poſſeſſionis.* 126
XIII. *De reſtitutione ſpoliatorum.* 130
XIV. *De dolo & contumacia.* 132
XV. *De eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſſa rei ſervandæ.* 135
XVI. *Ut lite pendente nihil innovetur.* 136
XVII. *De ſequeſtrationibus poſſeſſionum & fructuum.* 137
XVIII. *De confeſſis.* 139
XIX. *De Probationibus.* 141
XX. *De teſtibus* & *atteſtationibus* 144
XXI. *De teſtibus cogendis.* 148
XXII. *De fide Inſtrumentorum.* 148

XXIII.

XXIII. *De præſumptionibus.* 151
XXIV. *De Jurejurando.* 153
XXV. *De Exemptionibus.* 155
XXVI. *De Præſcriptionibus.* 156
XXVII. *De Sententia & re judicata* 157
XXVIII. *De Appellationibus, Recuſationibus & Relationibus.* 160
XXIX. *De Clericis peregrinantibus* 165
XXX. *De Confirmatione utili vel inutili* 166

LIBRI TERTII.

I. *De vita & honeſtate Clericorum.* 167
II. *De cohabitatione Clericorum & mulierum.* 168
III. *de Clericis conjugatis.* 170
IV. *De Clericis non reſidentibus in Eccleſia vel præbenda.* 171
V. *De Præbnedis & dignitatibus.* 174
VI. *de Clerico ægrotante vel debilitato.* 188
VII. *de Inſtitutionibus.* 189
VIII. *de conceſſione præbendæ & Eccleſiæ non vacante.* 191

IX. *Ne Sede vacante aliquid innovetur.* 193
X. *De his, quæ ſunt a Prælato ſine conſenſu Capituli.* 195
XI. *De his, quæ ſunt a majori parte Capituli.* 196
XII. *Ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.* 197
XIII. *De rebus Eccleſiæ non alien.* 198
XIV. *De Precariis.* 201
XV. *De Commodato.* 202
XVI. *De Depoſito.* 203
XVII. *De emtione & venditione.* 205
XVIII. *De locato & conducto.* 207
XIX. *De rerum permutatione.* 211
XX. *De Feudis.* 213
XXI. *De Pignoribus & aliis cautionibus* 214
XXII. *De Fidejuſſoribus.* 217
XXIII. *De Solutionibus.* 226
XXIV. *De Donationibus.* 222
XXV. *De Peculio Clericorum.* 225
XXVI. *De Teſtamentis.* 220
XXVII. *De Succeſſionibus ab inteſtato.* 230

XXVIII.

XXVIII. *De Sepulturis.* 232
XXIX. *De Paræciis & alienis Paræcianis.* 234
XXX. *De decimis, & Primitiis & Oblationibus.* 239
XXXI. *De Regularibus & tranſeuntibus ad Religionem.* 274
XXXII. *De converſione Conjugatorum* 250
XXXIII. *de converſione Infidelium.* 252
XXXIV. *de voto & voti redemptione.* 253
XXXV. *de ſtatu Monachorum & Canonicorum Regularium.* 256
XXXVI. *de religioſis domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ.* 259
XXXVII. *de Capellis Monachorum, & aliorum Religioſorum.* 260
XXXVIII. *de Jure Patronatus.* 262
XXXIX. *de Cenſibus, Exactionibus & Procuratoribus.* 267
XL. *de conſecratione Eccleſiæ vel Altaris.* 270
XLI. *de Miſſarum celebratione, & Sacramento Eucharistiæ, & divinis officiis.* 273

XLII. *De Baptiſmo & ejus effectu.* 276
XLIII. *De Presbytero non baptizato.* 278
XLIV. *De cuſtodia Eucharistiæ & aliorum Sacramentorum* 279
XLV. *De Reliquiis & veneratione Sanctorum.* 279
XLVI. *De obſervatione Jejuniorum.* 280
XLVII. *De Purificatione poſt partum.* 281
XLIIX. *De Eccleſiis ædificandis & reparandis.* 282
XLIX. *De immunitate Eccleſiarum cœmiterii, & rerum ad eas pertinentium.* 284
L. *Ne clerici vel Monachi ſe ſecularibus negotiis immiſceant.* 288

LIBRI QVARTI.

I. *De Sponſalibus & Matrimoniis.* 290
II. *De deſponſatione impuberum.* 295
III. *De clandeſtina deſponſatione.* 297
IV. *De deſponſatione duarum.* 298
V. *De conditionibus appoſitis.* 299

VI. *Qui*

VI. *Qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere poſſint.* 302
VII. *De eo, qui duxit in uxorem, quam polluit per adulterium.* 303
VIII. *De Coniugio leproſorum.* 305
IX. *De coniugio ſervorum.* 305
X. *De natis ex libero ventre.* 306
XI. *De cognatione ſpirituali.* 307
XII. *De Cognatione legali.* 311
XIII. *De eo qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ vel ſponſæ.* 311
XIV. *De Conſanguinitate & Adfinit.* 313
XV. *De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.* 320
XVI. *De matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.* 322
XVII. *Qui filii ſint legitimi.* 323
XIIX. *Qui matrimonium accuſare poſſint, vel contra illud teſtari.* 325
XIX. *De Divortiis.* 327
XX. *De donatione inter virum & uxorem, & de dote poſt divortium reſtituenda.* 331
XXI. *De ſecundis nuptiis.* 333

LIBRI

LIBRI QVINTI

I. *de Accuſationibus, Inquiſitionibus & denunciationibus.* 336
II. *de Calumniatoribus.* 343
III. *de Simonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur* 344
IV. *Ne Prælati vices vel Eccleſias ſub annuo cenſu cedant.* 354
V. *de Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.* 355
VI. *de Judæis, Saracenis, & eorum ſervis.* 357
VII. *de Hæreticis.* 359
IIX. *de ſchiſmaticis & ordinatis ab eis.* 363
IX. *de Apoſtatis & reiterantibus Baptiſma.* 365
X. *de his, qui filios occiderunt.* 371
XI. *de infantibus & languidis expoſitis.* 373
XII. *de homicidio voluntario vel caſuali.* 376

XIII.

XIII. *de Torneamentis.* 378
XIV. *de clericis pugnantibus in duello.* 380
XV. *de Sagittariis.* 382
XVI. *de Adulterio & ſtupro.* 383
XVII. *de Raptoribus, Incendiariis & Violatoribus Eccleſiarum.* 395
XVIII. *de Furtis.* 399
XIX. *de Uſuris.* 401
XX. *de crimine Falſi.* 307
XXI. *de Sortilegiis.* 309
XXII. *de Colluſione detegenda.* 412
XXIII. *de delictis puerorum.* 413
XXIV. *de Clerico venatore.* 414
XXV. *de Clerico percuſſore.* 415
XXVI. *de Maledicis.* 416
XXVII. *de Clerico excommunicato, depoſito vel interdicto miniſtrante.* 417
XXVIII. *de Clerico non ordinato miniſtr.* 418
XXIX. *de Clerico per ſaltum promoto.* 419
XXX. *de eo, qui furtive Ordinem ſuſceperit.* 420

XXXI.

XXXI. *de excesſibus Prælatorum & ſub-ditorum.* 421
XXXII. *de novi operis nunciatione.* 422
XXXIII. *de privilegiis & excesſibus privilegiatorum.* 424
XXXIV. *de Purgatione Canonica.* 426
XXXV. *de Purgatione vulgari.* 427
XXXVI. *de Iniuriis & damno dato.* 428
XXXVII. *de Poenis.* 431
XXXVIII. *de Poenitentiis & Remisſionibus.* 435
XXXIX. *de ſententia Excommunicationis.* 441
XL. *de verborum ſignificatione.* 448
XLI. *de Regulis juris.* 449

Digitized by Google

J. N. D.

HISTORICA JURIS PONTIFICII SYNOPSIS

QUA

NATURA ET PARTES IPSIUS ATQUE ORDO PARTIUM indicatur.

ADJECTUS EST,

S Y L L A B U S

PONTIFICUM ROMANORUM

ET

CONCILIORUM

NEC NON

S.S. PATRUM

ET

AUCTORUM

ECCLESIASTICORUM

INDEX.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ.

M DCC XX.

I. N. D. N.

1. JUS CANONICUM QUID ET UNDE DICTUM?

IUS CANONICUM, quo in Eccleſiaſticis controverſiis certa ratione dijudicandis orbis utitur, nomen habet a *Canonibus* ſive Regulis: ex eo ſic dictum, quod rerum ſacrarum Regulas ac præcepta contineat. Id trifariam ſpectari poteſt; ratione *ſubjecti*, circa quod verſatur; *Materiæ*, ex qua conſtat; & *Forma*, qua compoſitum eſt, atque in Ordinem redactum.

2. JURIS CANONICI OBJECTUM.

Verſatur Jus Canonicum partim circa res fidei, partim circa mores ac diſciplinam. Quæ ad Fidem pertinent, *Dogmata* dicuntur & continentur in Symbolis, in Synodicis Epiſtolis, atque in aliis Fidei Formulis. In his convenire debent Oriens atque Occidens, in ſparta per totum orbem eccleſiâ, quia ex Paulo *ad Epheſ. 4.* unus Dominus, una fides, unum Baptiſma: unde & Regula Fidei una

omnino eſt, ſola immobilis & irreformabilis, ut Tertullianus loquitur, *initio libri de Virginibus velandis*. Quæ ſpectant ad Mores ac Diſciplinam Eccleſiaſticam, *Canonum* generali nomine intelliguntur: atque horum, quæ quidem præcepti Divini aut Apoſtolici ſunt, omnes procul dubio tenent: quæ Diſciplinæ duntaxat cauſa recepta, ea citra unionis diſpendium, per loca terrarum, regionesque variantur, ut loquitur D. Auguſtinus, *can. illa autem diſt. 22.*

3. EJUS MATERIA ET FONTES.

Quantum ad Materiam qua conſtat, Jus iſtud quatuor præſertim ex Fontibus manat. Primo ex ſacris Codd. ſeu Canonicis utriusque Fœderis *Scripturam*: quarum ſententiis refertæ, ac velut floribus conſperſæ ſunt omnes Canonici Juris Partes: 2) ex Statutis Conciliorum, tum univerſalium, tum particularium ſeu localium, qua ſtatuta proprie *Canones* dicuntur: 3) ex Summorum Pontificum *Decretis* ac Decretalibus Epiſtolis: 4) ex Sanctorum *Patrum* Latinorum & Græcorum *dictis*, Tractatorumque libris, id eſt, eorum, qui tractatus in varias ſacrorum Codicum partes ediderunt. Ex horum omnium generum ſcriptis petitæ ſunt ſententiæ, & ſacrorum quæſtionum definitiones, ex quibus conſurgit

git univerſum Juris Pontificii corpus. Addi poſſunt ex Leges aliquot Principum Chriſtianorum ex Theodoſiano & Juſtinianæo Codice ac Novellis, itemque ex *Capitularibus* depromptæ. Sic Conſtitutionum a priſcis Francorum regibus conditarum Codex vocatur.

4. FORMA SEU DISPOSITIO.

Quod ad Formam atque Ordinem Juris Canonici attinet, tria videntur tempora ſpectari debere, quorum Primum Conſtitntiones Eccleſiaſticas complectatur, quæ ante Collectionum Volumina, quibus conſtat hodiernum Juris Pontificii Corpus, editæ ſunt. Secundum vero Corpus ipſum Juris Canonici, ſeu medii temporis compilationes contineat. Tertium quæcunque his poſtea, tum recentiorum Conciliorum atque Pontificum autoritas; tum ſpecialia Nationis, Provinciæ, Eccleſiæ cujusque ſtatuta adjecerunt.

5. VETUS.

Ante compoſitum Juris Canonici hodie recepti ſyſtema, quatuor imprimis apud Græcos leguntur veteres ſecundum temporum fere ordinem digeſtæ Canonum collectiones uſu probatæ, apud Latinos totidem.

6. PRIMA GRÆCORUM COLLECTIO.

Prima Græca *Collectio* circa annum Chriſti 385. edita, Synodorum Oecumenicarum Nicænæ & Conſtantinopolitanæ primæ; hisque interjectarum quinque localium per ea tempora in Aſia celebratarum, *Ancyrana*, *Neocæſarienſis*, *Gangrenſis*, *Antiochena*, *Laodicena*, Canones comprehendebat; eosque ſervata ferme annorum ſerie diſpoſitos.

7. SECUNDA.

Secunda, qua uſus videtur Theodoretus, quæque a Juſtiniano confirmata legitur, ſuperioribus addit Canones Sardicenſis & Calchedonenſis Conciliorum: hujus generalis illius quaſi generalis.

8. TERTIA.

Succeſſit deinde tertia Collectio, in qua Anonymi cujusdam opera Canones Apoſtolorum dicti, numero quinque & octoginta; itemque Epheſini Oecumenici III. Concilii tres; & ſub Carthaginenſis nomine plurium Africanarum Synodorum præcipui Canones; ac præterea Conſtantinopolitanæ ſub Nectario una cum aliquot Canonicis Orientalium Patriarcharum atque Episcoporum Epiſtolis, ad ſuperiora adjuncti ſunt: quæ Col-

Collectio; *Trullanæ Synodi can. 2.* approbata eſt.

9. QUARTA DUPLEX.

Huic additi ſunt poſtrema Collectione Canones Trullanæ ipſius & ſequentium aliquot Conſtantinopolitanarum Synodorum, tandemque Nicænæ II. & Conſtantinopolitanæ IV. generalis, quarum inter Oecumenicas, illa ſeptimum, tres autem octavum obtinent locum: niſi quod pro vera Oecumenica VIII. orthodoxa, Græci ſchismaticam Photii ſubjecerunt. Atque hanc ultimam Collectionem commentariis ſuis Joan. Zonaras & Theodor. Balſamon illuſtrarunt.

10. LATINORUM COLLECTIO PRIMO S. LEONIS.

Latinorum *Prima* Collectio ſeu Codex Canonum vetus, ſecundæ Græcorum Collectioni reſpondet. Romana enim & univerſa Occidentalis Eccleſia, ſtatim a Calchedonenſi Concilio Oecumenico IV. (quod Anno 451. habitum) probatis ab eo Canonibus priſcis uſa eſt: quorum plures fuere in Latinam lingvam verſiones, atque in his maxime recepta, quæ S. Leoni Papæ adſcribitur.

II. SECUNDA DIONYSII EXIGUI.

Sequutus eſt *Dionyſius Exiguus*, qui circa annum 530. prioris illius Codicis uovæ interpretationi, Canones Apoſtolorum quinquaginta priores, Epheſinos atque Africanos (ex tertia fere Græca Collectione) Decreta etiam Romanorum ſeptem Pontificum a Siricio ad Anaſtaſium II. addidit.

Tertio auctus eſt hic Codex Symmachi & Hormisdæ Pontificum Decretis, quibus Gregorii Junioris acceſſere longo intervallo Reſponſa, poſt annum ſcilicet 715. atque ex hac & Dionyſii Collectione conflatus eſt Codex Canonum vetus Eccleſiæ V. Romanæ, cujus mentio habetur, *can. 1. diſt. 19.* & *can. 1. diſt. 20.*

12. TERTIA ISIDORI HISPALENSIS.

Iſidorus denique *Hiſpalenſis* Epiſcopus, ſive alius ejus nomine, novum Corpus Canonum adornavit, quæ *Collectio Hiſpanienſis* eſt. Ibi cum Apoſtolicis, & Græcorum Conciliorum Canonibus ex antiqua verſione (diverſa ab ea, quam concinnaverat Dionyſius) comprehenduntur Africana Concilia expanſa octo, Gallica ſeptendecim, Hiſpanica novem & viginti; Capitula item Martini Bracarenſis & Pontificum Romanorum Decreta: Damaſi primum

XXVII

primum, deinde Siricii & ſequentium, eadem, quæ ſupra indicata ſunt.

13. QUARTA LATINA COLLECTIO ISIDORI MERCATORIS.

Huic adjectæ Summorum Pontificum tum Damaſo antiquiorum, ignotæ, usque ad ea tempora, tum poſteriorum Epiſtolæ quamplurimæ, *Iſidori Mercatoris* ſive *Peccatoris* cognominati, Corpus Canonum nobis pepererunt, dimidio prope auctius ſuperiore.

14. COLLECTIONES ALIÆ JUXTA ORDINEM MATERIARUM.

In collectionibus hactenus memoratis Canones ad ſua quinque Concilia ſuosve Pontifices relati, eademque ſerie collocati leguntur, qua in Synodis ipſis & epiſtolis Pontificiis extabant. Sed quoniam de iisdem rebus varii pluribus in Conciliis Canones, variaque in diverſis Epiſtolis Decreta edita reperiuntur; quæ ita ſparſa facile cuivis non erat, ex ſuis quæque locis eruere atque inter ſe conferre, utilius viſum eſt, diverſas ejusmodi de re una: quaque conſtitutiones, materiarum habita ratione, ad certa capita redigi. Quod non uno modo factum ſive a Græcis, ſive a Latinis.

Partim enim abbreviati Canones, indicatis fontibus, unde integri peti poſſent: partim vero expanſi, & prout in ipſis Conciliis, Pontificumve aut aliorum Autorum Eccleſiaſticorum Scriptis habentur, exſcripti: partim etiam ſelecti tantum quidam in unum collecti.

15. FERRANDI, MARTINI BRACARENSIS ET CRESCONII.

Primus, quod ſciam, hanc Canonum ex rerum potius, quam ex Conciliorum ordine digerendorum, methodum ſecutus eſt *Fulgentius Ferrandus* Carthaginenſis Diaconus, circa exordia Juſtiniani Imperatoris in *Breviatione Canonum*, quæ Græcis Canonibus Latino ſermone ſummatim expreſſis, ſummas Africanorum intexnit. Ejus exemplo *Creſconius* ſive *Oriſconius* Africanus Epiſcopus, diverſo quidam aliquatenus ordine, ceterum ſimili via, Librum ſcripſit ſub titulo *Concordiæ Canonum* circa annum 660. cujus breviarium habebatur tantum, donec VV. Clariſſimi Gulielmus Voëllus & Henricus Juſtellus opus integrum expanſis Canonibus conſtans, in publicam lucem emiſerunt, ex Mſ. codice Claromontani Collegii: intermedio inter ſuperiores tempore *Martinus Bracarenſis* in Hiſpanis Epiſcopus brevem collectionem

nem Canonum Orientalium Latinitate a ſe donatorum, in uſum Provinciæ ſuæ concinnavit; atque ad Lucenſe Concilium, quod in altera Galleciæ parte habebatur, transmiſit An. 572.

16. ANONYMI ET REGINONIS.

Cum mihi ante annos viginti hanc hiſtoricam Juris Pontificii brevem ſynopſin exaranti, & ſeorſim in uſum tironum edenti nondum innotuiſſet Creſconii aliudve ejus generis opus, *Burchardi* Decreto antiquius, huic primas detuleram iſtiusmodi inventi. Sed ab eo tempore præter Creſconii, quam dixi, Collectionem integram duæ aliæ prodierunt quæ hactenus in Mſſ. delituerant: altera Anonymi ſub nomine *Canonum Poenitentialium*, quem octavo ſeculo vixiſſe apparet. Eam publici juris fecit Tom. XI. Spicilegii ſui vir eruditus ordinis S. Benedicti Religioſus Lucas *Dacherus* curioſus Eccleſiaſticæ antiquitatis indagator. Collectionis porro illius Autor, primus Conciliorum Gallicorum & Hiſpanicorum Canones excerpſit ex Iſidoriano, ut videtur, corpore deſumtos. Alteram nimirum Reginonis Abbatis Prumienſis Collectionem, in libro de *Eccleſiaſticis diſciplinis* comprehenſam, poſt Germanicam editionem adhuc in Gallia pa-

rum

rum notam, edidit Pariſiis *Stephanus* *zius* & notis ſuo more illuſtravit. primum Collectione, una cum Canonibu ciliorum & Pontificum, adjectæ ſunt ſententiæ Patrum & leges ex jure Civil non ante Ivonem Carnotenſem factu debatur.

17. GRÆCÆ COLLECT NES EX ORDINE MA TERIARUM.

Apud Græcos quoque per eâ tem priſtino Collectorum more deſcivera geſtis certas in claſſes Canonibus Co rum & Præſulum, prout affinitas cu materiæ ſuadebat, collatisque Impera de re quaque Conſtitutionibus, tum tim deſcriptis, tum in compendium re tum *Joannes Antiochenus* Ferrandi a tum *Photius*, ac deinde *Harmenopul* alphabeti ordinem amplexus *Matthæ* *ſtares* & ſi qui alii.

18. APUD LATINOS B CHARDI ET IVONIS D CRETA ET PA- NORMIA.

At in occidente methodum Regino tati atque amplioribus voluminibus e ſunt Burchardus atque Ivo antedicti.

Burchardus Wormatienſis in Germaniæ & Galliæ confinio Epiſcopus,anno circiter 1020 certa in capita & velut claſſes, diſciplinæ Eccleſiaſticæ materiam omnem diviſit, aptosque ſingulis Canones undecumque congeſſit, conſcriptis viginti Decretorum libris: qui ex ſacris etiam Scripturis, Gallicis aliquot, Germanicisque Conciliis, ac præterea ex Sanctorum Patrum Scriptis excerpti ſunt.

Ivo deinde Carnotenſis in Gallia Præſul, idem inſtitutum ſequutus, Excerptiones Eccleſiaſticarum Regularum,in ſuo Decretorum opere, partibus ſeptemdecim diſtincto, collegit circa ann. 1700. ubi etiam Principum Chriſtianorum Conſtitutiones inſeruit. Ex hoc vero Volumine deſcripta creditur *Panormia*. Atque huc usque pertinet Jus Canonicum vetus, ex parte non modica obſoletum

19. NOVA JURIS PONTICII FORMA IN CORPORE JURIS USU NUNC RECEPTO.

His ſucceſſit Corpus Juris Canonici, quoi nunc utimur. Conſtat illud tribus Voluminibus, ſex Collectionibus ſive Compilationibus Canonum ac Decretorum.

20. PRI-

20. PRIMUM VOLUMEN CRETUM GRATIANI

Primum Volumen continet Collec priſcorum Canonum, & conſequenter tiquum, quo per Secula undecim uſa cleſia. Inſcriptum eſt ab Autore *Co diſcordantium Canonum* vulgo tamen Decretum Gratiani : *Decretum* quide Decreta Eccleſiæ, ratione materiæ & ſtionum certum in ordinem redacta neat : *Gratiani* vero, de nomine Auto Monachus fuit Benedictini Ordinis, Cluſinus,

de Chiuſien Toſcane

Profeſſus in Bononienſi. Sancti Felic naſterio. Is anno Chriſti 1259. po chardum & Ivonem, Canones ac Dec ſuum usque tempus edita in unum ita digeſſit, ut quæ invicem pugnare v tur, conciliare ſit conatus : quod ta tertia parte bis duntaxat tentavit.

DIVISUM IN 3. PARTE

Univerſum opus Eugenio III. P oblatum ac Autore quidam ſcripſere hunc ab illo Juris ejus docendi cauſa L miſſum (quod tamen non magis c quam ejus & Petri Lombardi ac Petri ſtoris fraternitas) Dividitur in Part

quia Jus omne ad tria pertinet, vel ad perſonas, vel ad res, vel ad actiones ſeu judicia. §. *fin. J. de J. Nat.*

PARS PRIMA DECRETI DISTINCTIONES.

Prima itaque pars continet Diſtinctiones, id eſt, ſectiones, & minores partes, in quas dividitur, centum & unam: in quarum primis viginti, agitur de Jure ipſo & Juris partibus: in reliquis de perſonis Eccleſiaſticis, ſive de Sacrorum Miniſtrorum inſtitutione, Ordinibus & Officiis; deque univerſa Hierarchia, & jurisdictionis Eccleſiaſticæ gradibus.

PARS SECUNDA CAUSÆ.

Secunda Pars complectitur *Cauſas* ſex & triginta, quæ ſic appellantur, quod in ſingulis quædam facti ſpecies & quaſi iis aliqua, adjunctis pluribus rerum adminiculis, ſive circumſtantiis, decidenda proponatur.

Cauſæ in Quæſtiones dividuntur, quarum in unaquaque discutitur certa facti circumſtantia, Eſt ergo tota hæc pars de *judiciis* Eccleſiaſticis: & criminalia primum exequitur prioribus cauſis quindecim; tum in genere usque ad cauſam ſeptimam, agens de Simonia, gravisſimo criminum Eccleſiaſticorum, deque Accuſationibus, Teſtibus & ordine

dine judiciario ; tum octo ſequentib
continent Crimina, & Jura Epiſcopor
Clericorum: differit enim Cauſa VII.
nunciationibus, VIII. de vitioſa ſucce
in locum viventium deque Epiſcopis
tis: IX. de Ordinationis vitiis. X. de
ſtate Prælatorum in res Eccleſiæ: XI.
risdictione Epiſcoporum in Clericos,
Excommunicatione: XII. de bonis &
lio Clericorum: XIII. de Decimis &
bus: XIV. de rebus per Clericos in
repetendis deque uſuris: XV. de pecc
furore aut ignorantia commiſſis, de m
bus, de purgatione Canonica, confeſſi
&c. Poſt hæc tranſit Gratianus ad
chorum jura, ubi & de jure Patronatus,
ritorii, de Præſcriptione &c. agitur
XVI. Atque ad Monachos ferme
poſſunt ſequentes quatuor cauſæ. X
de officio & honeſtate Clericorum.
de vero de communibus Laicorum &
corum criminibus differitur. Itaque
agit diſcrimine Falſi & Perjurio. XX
Homicidio & Bello. XXIV. Hæreſi:
de Privilegiis Eccleſiæ non violandis:
de Sortilegio. Tum denique de j
quæ ad *Matrimonia* pertinent, a XXV
que ad finem agitur, inſerto Cauſæ X
quæſt. 3. tractatu de Pœnitentia, tum
gum, tum aliorum: qui tractatus quo
gior ſit, in ſeptem diſtinctiones ſubdivi
E

PARS III. CONSECRATIO.

Decreti hujus tertia pars inſcribitur *de Conſecratione*, dividiturq; in quinque Diſtinctiones. Ea, res Sacras tractat, ac præſertim Sacramenta cætera: quæ neque ad forum exterius, aut interius pertinere videntur, ut *M*atrimonium & Poenitentia; neque ad perſonas Eccleſiaſticas, ut ordo: Diſtinctio eſt de Conſecratione Eccleſiarum & Miſſarum celebratione II. de Evchariſtia III. de Feriis, Jejuniis &c. IV. de Baptiſmo, V. de Confirmatione Ritibusque aliis Eccleſiæ.

NUMERUS DISTINCTIONUM ET QUÆSTIONUM DECRETI.

Hæ Diſtinctiones quemadmodum & ſuperiores (quæ omnes numerum centum ac duodecim conficiunt): & cauſarum quæſtiones (quæ numero ſunt ſeptuaginta & ſeptem ſupra centum) pluribus pene omnes Canonibus conſtant ſive Capitulis; qui canones nihil aliud ſunt, quam fragmenta ex Canonibus Conciliorum, Decretis Pontificum veterum, aut Patrum e ſcriptis: nonnunquam etiam ſed rarius ex ſacris paginis, aut Jure Romano Gallicove deſumpta, atque ad materiam, qua de agitur ſpectantia Leges ex Jure Civili in hoc Decretorum volumen relatæ, vulgo *Canonizatæ* dicuntur, quod Canonibus immixtæ eorum vim aliquatenus aſſumant.

MENDÆ ET EMENDATIONES DECRETI.

Hoc Gratiani opus nævis ſuis non carebat, eo

in primis nomine, quod cum pleraque, no
ipſis fontibus, ſed ex priorum compilatorui
vis hauſta eſſent, non pauca ad non ſuos A
res referuntur in eo. Quapropter emenda
ne indigere Antonius Auguſtinus Archiepi
pus Tarraconenſis peculiari tractatu 'dem
ſtravit; atque in eo emendando ac brevibus
tis illuſtrando operam aliquam ſuperiore ſ
lo poſuerunt Galli tres, Antonius Democha
ſive Monchiacenus, vulgo de *Monchi*, Tl
logus Pariſienſis; Antonius Contius, Antece
Pariſienſis primum, deinde Bituricenſis, &
rolus Molinæus J. C. cujus notæ, quod ſæp
rebus Pontificum Romanorum, aliarum
Perſonarum Eccleſiaſticarum, non ea qua
eſt reverentia, diſſeruiſſe viſus ſit, Romæ
probatur, donec emendatæ fuerint. Sed
mam fere operi manum impoſuere Corre
res Romani juſſu & Cura Gregorii XIII. Po
ficis Maximi An. 1580.

21. SECUNDUM CORPORIS CANONIC
VOLUMEN DECRETALES.

Secundum Volumen Corporis Canonici
tinet *Decretales* quæ dicuntur Gregorii IX,
Collectiones Epiſtolarum Pontificiarum,
bus quippiam decernitur; earum præſer
quæ ab Ao. Chriſti 1150. ad annum 12
prodierunt, admixtis Conciliorum, præſe
Lateranenſium generalium tertii & quarti,
culis etiam, tum priorum Synodorum decr
tum ſententiis Patrum a Gratiano prætern

Hæc compilatio digeſta eſt per Raimundum de Pennafort, Gregorii IX. Capellanum & Pœnitentiarium, ex ordine Fratrum Prædicatorum, qui ex anterioribus quinque publice probatis per ea tempora Collectionibus, aliisque nondum in unum volumen redactis Decretalibus, hoc opus concinnavit, rejectis, quæ ſimilia, pugnantia, aut inutilia videbantur: ſequutusque eſt ordinem Primæ omnium Collectionis, quam ſub titulo Breviarii Extravagantium Bernardus Papienſis paulo poſt Gratianum compoſuerat. Quia vero Decretales integras referre parum neceſſarium Raimundus putavit; initium duntaxat cujusque, cum ea parte, qua definitio propoſitæ quæſtionis continetur, plerumque retinuit, recifis, quæ ſuperflua, vel certe minus neceſſaria videbantur, quæ his duabus vocibus ſupplentur, *& infra*: dicunturque: *Pars deciſa.* Quia tamen ad pleniorem rei notitiam, multa ab eo refecta non parum conferre poſſunt, ad priores illas quinque compilationes ea de cauſa recurrendum, quarum quatuor ab Antonio Auguſtino, quinta ab Innocentio Cironio editæ ſunt. In his enim magna ex parte habentur partes illæ deciſæ. Decretalibus his ad Bononienſes, aliorumque ſtudiorum juris Doctores, & Scholaſticos transmiſſis, robur Conſtitutionum, ut in Judiciis ac Scholis valerent, attributum, præfixa epiſtola anno prædicto 1230.

ORDO DECRETALIUM.

Quinque ſunt Decretalium Libri, in quibus ordinis hæc ſervata eſt ratio, ut I. Libro, qui titulis tribus & quadraginta conſtat, agatur præſertim de Miniſtris *Perſoniſque Eccleſiaſticis.* deque præparatoriis judiciorum. II. qui continet triginta titulos, de *Judiciis*, cauſisque diſceptandis in genere, ac de ſervando ordine judiciario in rebus Civilibus: Liber III. per Titulos quinquaginta de rebus Eccleſiaſticis, deque officiis & cauſis pecuniariis Clericorum & Monachorum, de Præbendis, Contractibus, Succeſſionibus, Decimis &c. diſſeritur: Lib. IV. cujus ſunt tituli unus & viginti, de Matrimonio, quo fere continentur Cauſæ Laicorum Eccleſiaſticæ, quæ extra Crimen ſunt, in foro Epiſcopali tractandæ: V. denique, qui titulos complectitur unum & quadraginta, de Criminalibus judiciis & Criminibus atque cenſuris eccleſiaſticis: ita ut totius collectionis 185. ſint tituli. Ordinem horum quinque Librorum deſignant totidem ſequentis verſus vocabula:

Judex, Judicium, Clerus, Sponſalia, Crimen.

22. TERTIUM JURIS CANONICI VOLUMEN, QVO CONTINETUR SEXTUS.

Tertium Juris pontificii Volumen conſtat Sexto Decretalium, Clementinis & Extravagantibus tum Johannis XXII. tum communibus.

Sextus

Sextus Decretalium Liber dicitur, quo Bonifacius VIII. Guilielmi Archiepiſcopi Ebrodunenſis aliorumque opera uſus anno Chriſti 1297. tam ſuas, quam ſuperiorum poſt Gregorium IX Pontificum Decretales inclusit; ipſiusque Gregorii eas, quæ poſt editionem prioris Collectiones promulgatæ fuerant; ac præterea ejus ævi Conciliorum Lugdunenſium generalium duorum Sextum appellant, quod quinque libris Gregorianæ Compilationis adjectus fuerit, cui hanc Collectionem interſerere Bonifacius noluit, ne vetera ejus exemplaria inutilia fierent. Hic liber a Bonifacio Bononienſibus, aliarumque Academiarum Anteceſſoribus, ac Juris Studioſis inſcriptus, quamque libris minoribus conſtat, eodem omnino ordine ac Titulorum ſerie, non numero, quo Gregoriani, diſpoſitis; qui ordo in ſequentibus quoque Collectionibus ſervatus eſt.

CLEMENTINÆ.

Clemens V. Gallus ex Aquitania oriundus, ex Concilii Viennenſis Decretis, partim etiam ex paucis aliquot Decretalibus ſuis; novam Compilationem concinnavit, quæ non ab ipſo, ſed a Joanne XXII. etiam Aquitano edita, atque ad ſtudia generalia eſt directa An. 1317. ſub *Clementinarum* Conſtitutionum appellatione.

EXTRAVAGANTES JOANNIS XXII.

Ipſius Joannis XXII. Conſtitutiones, nume-

ro viginti, paulo poſt ſuperioribus adj
quoniam ob paucitatem, Volumen pec
conſtituere non poſſe videbantur, in g
li *Extravagantium* nomine ſteterunt.
enim nomine appellari prius cœperunt
ſtitutiones Pontificiæ, Gratiani Opere
riores, quod ſcilicet extra ejus opus va
tur, ut docet Abbas antiquus in *Præf*
Decretalium.

EXTRAVAGANTES COMMUN

Eadem de cauſa *Extravagantes Com*
dictæ ſunt Epiſtolæ Decretales non uni
plurium aliquot Pontificum, qui paul
vel paulo poſt Joannem XXII. ſederu
anno circiter 150. Earum ultima e
IV. anno 1148 edita. Verum hæc u
Collectio Extravagantium a privatis Co
ribus in unum corpus digeſta, certe aud
te promulgata non eſt. Atque hic
Corporis Canonici, ſeu Juris Eccle
communis, quo in Foro ac Scholis
Licet enim ab eo tempore Concilia, eti
neralia, celebrata, & Bullæ ſive Extra
tes conditæ magno numero ſint, nihil
ex iis Juris Corpori additum fuit.

23. CITATIONES EX DECR

Ex tribus Decreti partibus ſic ſolen
nes laudari, ut prima cujusque canoni
bula citentur, adjecto in I parte numer
ctionis in II. parte numero cauſæ ac
nis (Cauſæ tamen nomine utplurim

preſſo) niſi quod in tractatu de Pœnitentia, cauſæ quæſtionisve nulla mentio fiat, ſed Diſtinctionis cum adjectione *de Pœnitentia;* quod etiam in tertia parte fit ſimiliter adjectis vocabulis: *de Conſecratione.*

EX DECRETALIBUS.

Quoties autem allegandum, quid occurrit ex Decretalibus, adducuntur capituli, quod citatur, primæ voces, aut numerus, cum rubrica ſeu titulo, nulla libri mentione; ſed adjecta voce, *extra* qua ſignificatur, ea, quæ citantur extra Decretum Gratiani poſita eſſe: quidam addunt *apud Gregorium*, majoris diſtinctionis cauſa, quod hæc Compilatio Gregorii IX. juſſu conſcripta fuerit.

In reliquis Collectionibus ex Sexto, Clementinis, &c. laudandis idem ordo ſervatur, additis tamen, diſtinctionis cauſa, vocibus, in 6. vel Lib. VI. in Clementinis, in Extravagantibus Joannis XXII, in Extravagantibus Communibus, vel Clementina Extravaganti Joann. XXII. aut communi 1. 2. &c.

24. NOVISSIMUM JUS CANONICUM COMMUNE.

Noviſſimum Jus Canonicum partim commune eſt, receptumque apud omnes Catholicos; partim proprium & ſingulare. Communis duo ſunt genera: Extravagantes nimirum ſeu Bullæ poſteriorum Pontificum, a Cherubino Laertio aliiſque collectæ, & Regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ, ſive Conſtitu-

tiones

tiones judiciales ab Innocentio VIII. atqu
is Romanis Pontificibus conditæ, & Apo
cæ Cancellariæ libris inſertæ, quarum p
puæ quædam in Gallia non obſervantur.

PROPRIUM.

Jus ſingulare vel proprium eſt cuj
Provinciæ, Civitatis, Eccleſiæ, ut ſtatut
cialia; vel totius Nationis. Sicque apu
Jus Canonicum ſpeciale triplex diſtingv
eſt: conſtat etenim veteribus Eccleſia
verſæ inſtitutis, quibus majores noſtri te
us, quam vicini populi adhæſerunt, quæ
go immunitates, ſeu Libertates Eccleſiæ
licanæ dicuntur: tum Pragmatica Sa
ne, quam in Bituricenſi conventu, ex D
tis fere Baſilienſis Concilii Carolus VII.
1438. promulgavit; ac denique Conc
datis, id eſt, fœderis tabulis inter Leone
& Franciſcum I. An. 1516. initi ad temp
da Pragmaticæ Sanctionis jura paulo ſtr
ra. Germani quoque & vicinæ pro
Concordatis ſuis reguntur, quæ Anno
inter Pontificem Nicolaum V. & Fridri
III. Imperatorem compoſita
fuerunt.

PONTIFICUM ROMANORUM SYLLABUS JUXTA TEMPORUM ORDINEM.

1. PETRVS APOSTOLVS COEPIT ROMÆ ANNO CHRISTI 43.
2. LINVS VIVO PETRO, 43.
3. CLETVS 78.
4. CLEMENS I. 91.
5. ANACLETVS 101.
6. EVARISTVS 116.
7. ALEXANDER I. 119
8. XISTVS I. 130.
9. TELESPHORVS 140.
10. HYGINVS 152.
11. PIVS I. 156.
12. ANICETVS 165.
13. SOTER 173.
14. ELEUTHERIVS 177.
15. VICTOR I. 192
16. ZEPHYRINVS 201.
17. CALLISTVS I. 219
18. URBANVS I. 224.
19. PONTIANVS 231.
20. ANTERVS 235.
21. FABIANVS 236.
22. CORNELIVS 251.

45. XISTVS III. 432.
46. LEO I. 440.
47. HILARIVS 461.
48. SIMPLICIVS 467.
49. FELIX junior dictus III. 483.
50. GELASIVS 492.
51. ANASTASIVS junior. 496.
52. SYMMACHVS 498.
53. HORMISDAS 514.
54. JOANNES I. 523.
55. FELIX III. dictus IV. 527.
56. BONIFACIVS junior. 530.
57. JOANNES junior. 532
58. AGAPETVS 535
59. SILVERIVS 536
60. VIGILIVS 540.
61. PELAGIVS 555.
62. JOANNES III. 559.
63. BENEDICTVS 573.
64. PELAGIVS junior 577.
65. GREGORIVS I. 590.
66. SABINIANVS 604.
67. BONIFACIVS III. 606.
68. BONIFACIVS IV. 607.

69. DEVS DEDIT 614.
70. BONIFACIVS V. 617.
71. HONORIVS I. 626.
72. SEVERINVS 639.
73. JOANNES IV. 639.
74. THEODORVS 641.
75. MARTINVS I 649.
76. EVGENIVS I. 655.
77. VITALIANVS 655.
78. ADLODATVS 669.
79. DONVS 676.
80. AGATHO 678.
81. LEO junior 583.
82. BENEDICTVS junior. 68
83. JOANNES V. 485.
84. CONON 687.
85. SERGIVS I. 687.
86. JOANNES VI. 701.
87. JOANNES VII. 705.
88. SISINNIVS 708.
89. CONSTANTINVS eod. anno
90. GREGORIVS junior. 714.
91. GREGORIVS III. 731.
92. ZACCAHRIAS 741.

93. STEPHANVS junior 752.
94. STEPHANVS III. dictus junior eod. anno & menſe
95. PAVLVS I. 757.
96. STEPHANVS III. 768.
97. HADRIANVS I. 772.
98. LEO III. 795.
99. STEPHANVS IV. 816.
100. PASCHALIS I. 817.
101. EVGENIVS junior. 827.
102 VALENTINVS 827.
103 GREGORIV IV. 827.
104. SERGIVS junior. 844.
105. LEO VI. 847.
106. BENEDICTVS III. 855.
107 NICOLAVS I. 858.
108. HADRIANVS junior. 867
109. JOANNES VIII. 872.
110. MARTINVS dictus MARTINVS junior. 882.
111. HADRIANVS III. 883
112 STEPHANVS VI. dictus V. 885.
113. FORMOSVS 890.
114. STEPHANVS VI. 896

115.

143. SERGIVS IV. 1009.
144. BENEDICTVS IIX. 1002.
145. JOANNES XIX. 1024.
146. CLEMENS II. 1046.
147. BENEDICTVS IX. 1034.
148. DAMASVS II. 1048.
149. GREGORIVS VI. 1044.
150. LEO IX. 1049.
151. VICTOR II. 1054.
152. STEPHANVS IX. 1057.
153. NICOLAUS II. 1059.
154. ALEXANDER II. 1061.
155. GREGORIVS VII. 1073.
156. VICTOR III. 1086.
157. URBANVS II. 1087.
158. PASCHALIS II. 1099.
159. GETASIVS II. 1118.
160. CALLISTVS II. 1119.
101. HONORIVS II. 1124.
162. INNOCENTIVS II. 1130.
163. CELESTINVS II. 1143.
164. LUCIVS II. 1144.
165. EUGENIVS III. 1145.
166. ANASTASIVS IV. 1153.
167. HADRIANVS IV. 1154.
168. ALEXANDER III. 1159.
169. LUCIVS III. 1181.
170. URBANVS III. 1185.
171. GREGORIVS VIII. 1187.
172. CLEMENS III. 1188.
173. CELESTINVS III. 1191.

174.

174. INNOCENTIVS III. 1199
165. HONORIVS III. 1226.
176. GREGORIVS IX. 1227.
177. CELESTINVS IV: 1241.
178. INNOCENTIVS IV. 1243.
179. ALEXANDER IV. 1254.
180. URBANVS IV. 1261.
181. CLEMENS IV. 1265.
182. GREGORIVS X. 1271.
183. INNOCENTIVS V. 1276.
184. HADRIANVS V. eod.
185. JOANNES XX. dictus XXI. ed
186. NICOLAUS III. 1277.
187. MARTINVS II. dictus IV.
188. HONORIVS IV. 1285.
189. NICOLAVS IV. 1287.
190. CELESTINVS V. 1294.
191. BONIFACIVS VIII. eod. an
192. BENEDICTVS IX. dictus XI.
193. CLEMENS V. 1305.
194. JOHANNES XXI. dictus XXII.
195. BENEDICTVS X. dictus XII.
196. CLEMENS VI. 1342.
197. INNOCENTIVS VI. 1352.
198. URBANVS V. 1362
199. GREGORIVS XI. 1371.
200. URBANUS VI. 1378.
201. BONIFACIVS IX. 1389.
202. INNOCENTIVS VII. 1404
203. GREGORIVS XII. 1406.
204. ALEXANDER V. 1409.
205. JOHANNES XXII. dictus XXIII.

206 MARTINUS III. dictus V. 1417
207 EUGENIUS IV. 1431
208 NICOLAUS V. 1447
209 CALLISTVS III. 1455
210 PIVS II. 1458
211 PAULVS II. 1464
212 XISTUS IV. 1471
213 INNOCENTIVS VIII. 1484
215 ALEXANDER VI. 1484
214 PIUS III. 1503
216 JULIUS II. eod. an.
217 LEO X. 1513
218 HADRIANUS VI. 1522
219 CLEMENS VII. 1523
220 PAULVS III. 1534
221 JULIVS III. 1550
222 MARCELLUS II. 1555
223 PAULUS IV. eod. anno
224 PIUS IV. 1559
225 PIUS V. 1566
226 GREGORIVS XIII. 1572
227 SIXTUS V. 1587
228 URBANUS VII. 1590
229 GREGORIVS XIV. 1590
230 INNOCENTIVS IX. 1592
231 CLEMENS VIII. 1593
232 LEO XI. 1605
233 PAULUS V. 1605
234 GREGORIUS XV. 1621
245 URBANUS VIII. 1623
236 INNOCENTIVS X. 1644
237 ALEXANDER VII. 1655

238 CLEMENS IX. 1667.
239 CLEMENS X. 1670
240 INNOCENTIUS XI. 1677.
241 ALEXANDER VIII. 1689
242 INNOCENTIVS XII. 1691.
243 CLEMENS XI. 1700

SYLLABUS
CONCILIORUM VETE

præſertim eorum

QVORUM IN CORPORE J
mentio ſit

cum cujusque vulgari' nomine ac te

CONCILIA GENERA

GRÆCA

1. *Nicænum*, in Pontica, *de Nicee* reSilveſtri Papæ autore Con Magno anno Chriſti.

2. *Conſtantinopolitanum I.* in Thra *Conſtantinople* ſub Damaſo

3. Epheſinum, in Aſia *d' Epheſe* ſub no.

4. *Chalcedonenſe*, in Pontica, *de* ne ſub Leone I.

5. *Conſtantinopolitanum* II. *ſecond* *ſtantinople*, ſub Vigilio.

6. *Conſtantinopolitanum* III. *troiſiém* *ſtantinople* ſub Agathone. 68

7. *Nicænum* II. *ſecond de Niceé*, ſub Hadriano I. 787

8. *Conſtantinopolitanum* IV. *quatriéme de Conſtantinople*, ſub Hadriano II. 869. & 870

LATINA.

9. *Lateranenſe* I. *premier Latran* ſub Calliſto II. Romæ. 1123

10. *Lateranenſe* II. *ſecond de Latran*, ſub Innocentio II. 1129

11. *Lateranenſe* III. *troiſiême de Latran* ſub Alexandro III. 1179. 1180

12. *Lateranenſe* IV. Generale dictum, *quatriême de Latran* ſub Innocentio III. 1215

13. *Lugdunenſe* I. in Gallia *premier de Lyon*, ſub Innocentio IV. 1245

14. *Lugdunenſe* II. *ſecond de Lyon* ſub Gregorio X. 1274

15. *Viennenſe* in Gallia *de Vienne* ſub Clemente V. 1311

16. *Conſtantinenſe* in Germaniæ finibus, *de Conſtance*, ſub Joanne XXIII. & Martino V. ab Anno 1414 usque ad annum 1423

17. *Baſilienſe*, in Helvetia *de Basle* ſub Eugenio IV. 1431. ſeq.

18. *Florentinum*, in Italia, *de Florence* ſub eodem Eugenio IV. ab anno 1438 ad an. 1441

19. *Lateranenſe* V. *le cinquieme de Latran* ſub Julio II. & Leone X. ab an. 1511-1518

20. *Tridentinum* in Germaniæ finibus, *de Trente* ſub Paulo III. Julio III. & Pio IV. ab anno 1545. ad annum 1563

CONCILIA PARTICUL

juxta Seriem temporum.

Sec. IV. *Eliberitanum* ſive Elibertin
Hiſpania *d'Eliberi* ſub Marcello I c
num Chriſti

Arelatenſe I. in Gallia *d'Arles*, ſub S
anno

Ancyranum ſeu Ancyritanum vel Anq
in Pontica, d'Ancyre ſub Silveſtr
ann.

Neocæſarienſe in Pontica *de Neoceſaree*
Pontifice circa annum eundem

Romanum I. ſub Silveſtro eodem *de R*

Laodicenum ſeu *Laodicenſe* in Aſia *de*
ſub eodem Silveſtro circa annum

Romanum II. Silveſtri *de Rome* circa a

Gangrenſe, in Pontica, ſub Silveſtro
circa annum

Antiochenum I. & II. in Syria *d' Anti*
Julio I.

Romanum ſub Julio quoque

Agrippinenſe in Germania Gallica *de*
ſub Julio I.

Sardinenſe, in Dacia *de Sardigne* ſu
Julio

Mediolanense de *Milan* in Italia ſub Li

Pariſienſe I. in Gallia *de Paris* ſub Lib

Valentinum I. in Gallia *de Valence en*
ne ſub Damaſo

Cæſarauguſtanum, in Hiſpania *de Sar*
Arragon ſub Damaſo

Aquilejense, in Italia, *d'Aquilée* ſub eod. 381
Arelatense II. in Gallia *d'Arles* ſub Siricio, ni faller circa annum 390
Carthaginense II de Carthage ſub Siricio 393
Hipponense in Africa, *d'Hippone ou Bone* ſub Siricio 393
Carthaginense III. de Carthage ſub Siricio quoque 397
Taurinate, ſeu *Taurinenſe* in Gallia Italica, *de Turin* ſub Siricio 397
Carthaginenſe IV. de Carthage ſub Anaſtaſio I. 398
Carthaginenſe V. ſub eod. Anaſtaſio 398
Africanum, *d'Afrique*, ſub eod. Anaſtaſio circa annum 399
Toletanum I in Hiſpania de Tolede ſub eod. Anaſtaſio an. 400

Sec. V.

Africanum aliud ſeu Carthaginenſe, ſub Innocentio I. 403
Milevitanum II. in Africa *de Mileve* ſub eod. 416
Africanum Generale. ſub Zoſimo, d'*Afrique* 418
Teleptenſe, alias *Telenſe* in Africa de *Telepte*, ſub Zoſimo. 418
Carthaginenſe VI. nomine: item Carthaginenſe VII, ſub Bonifacio I 419
Africanum, ſive *Carthaginensve* Generale ſub Celeſtino I. 424
Regenſe, ſeu *Reienſe* in Gallia, de *Ries en Provence*

vence ſub Sixto III.

Arauſicanum I. in Gallia, *d' Orange*
ne I.

Vaſenſe I. ſeu *Vaſionenſe* in Gallia, *d*
ſub eod.

Romanum Leonis, an ſub Leone I. c

Aretalenſe III. in Gallia *d' Arles* eti
Leone I.

Turonicum ſeu *Turonenſe I.* in Gallia
ſub Hilaro

Ven ticum in Gallia *de Vannes* ſub eo

Romanum etiam ſub Hilaro

Romanum I. ſub Gelaſio.

Romanum I. ſub Symmacho

Romanum II. ſub eodem

Sec. V

Romanum III. ſub eodem Symmach

Romanum IV. ejusdem, ſive ſynodus I

Romanum V. ſub eodem.

Romanum VI. ſub eod.

Agathenſe in Gallica *d' Agde* etiam ſ
macho.

Aurelianenſe I. in Gallia *d'Orleans*, ſub
autore Chlodovæo

Lugdunenſe, in Gallia, *de Lyon* ſub H
da

Tarraconenſe, in Hiſpania *de Tarr*
ſub Hormiſda

Gerundenſe in Hiſpania *de Gironne* ſub

Epaunenſe, ſive *Epaonenſe* in Gallia d'*Epone* ſub Hormisda 517
Ilerdense, alias *Hilerdenſe* in Hiſpania *de Lerida* ſub Joanne I. 524
Valentinum, in Hiſpania *de Valence en Espagne*, ſub eod. 524
Arelatenſe IV. dictum III *d'Arles* ſub Joanne quoque I. 524
Carpentoractrenſe, in Gallia *de Carpentras* ſub Felice IV. 527
Toledanum II. in Hiſpania *de Tolede* ſub Bonifacio II. 531
Aurelianenſe II in Gallia, *d'Orleans*, ſub Adeodato. 533
Arvernense I. in Gallia *d'Auvergne* ſub Agapeto I. 535
Aurelianense III in Gallia *d'Orleans* ſub Silverio. 538
Aurelianenſe V. ſub Vigilio 549
Avernenſe II. *d'Auvergne* ſub eodem 549
Pariſienſe II. in Gallia *de Paris* ſub Pelagio I. 555
Pariſienſe III. in Gallia ſub eodem Pelagio 557
Bracarenſe I. alias II. in *Hiſpania de Braga en Portugall* ſub Joanne III. 563
Lugdunenſe II in Gallia *de Lyon* ſub eodem 567
Turonenſe II. ſive *Turonicum* in Gallia *de Tours*: ſub Joanne quoque III. 567
Bracarenſe II. *de Braga* ſub eodem 572
Martini Bracarenſis (*Collectio Canonum*) ſub Titulo Martini Papæ 572
Autiſſiodorenſe in Gallia *d'Auxerre* ſub Pelagio II. 578

Matiſcenſe, ſeu *Matiſconenſe*, perper
cienſe, ſeu Mancienſe, *de Mascon*
dem Pelagio II.

Lugdunenſe III. in Gallia *de Lyon* ſub
II.

Valentinum II in Gallia *de Valence en*
etiam ſub Pelagio II.

Matiſconenſe II. ibidem de *Mascon*,

Toletanum III. in Hiſpania, *de Toledo*
dem

Hiſpalenſe I alias Spalenſe, in Hiſpan
ville, ſub Gregorio I. circa ann.

Romanum I ſub Gregorio eodem

Sec. V

Romanum Bonifacii III.

Hiſpalenſe II. *de Seville*, ſub Bonifac

Remenſe I. in Gallia, *de Reims*, ſub eod

Toletanum IV. in Hiſpania *de Tolede*,
norio I.

Toletanum VI ſub eodem.

Toletanum VII. ſub Theodoro

Romanum ſeu Lateranenſe, *de Rome*
de Latran ſub Martino I. quod di
iam Martini Papæ

Cabilonenſe I. in Gallia. *de Chalon ſur S*
Martino I.

Toletanum VIII. in Hiſpania *de Toled*
dem Martino

Toletanum IX. ſub Eugenio I.

Toletanum X. ſub Vitaliano

Nannetenſe, male Ananetenſe, in Gallia, *de Nantes en Bretagne*, ſub Vitaliano eod. 658
Emeritenſe, in Hiſpania, de Merida ſub eodem 666
Hibernenſe, d'Hibernie ou d'Irlande ſub Adeodato. 672
Toletanum XI. in Hiſpania ſub eod. 675
Bracarenſe III. in Hiſpania, *de Braga* ſub eod. 675
Toletanum XII ibidem *de Tolede*, ſub Agathone. 681
Toletanum XIII. in Hiſpania ſub Leone II. 683
Conſtantinopolitanum in Trullo, alias Quiniſexta Synodus, a multis confuſa cum ſextâ Generali, temporibus Sergii I. 692
Rothomagenſe I. in Gallia, *de Rouën* ſub Sergio II. 692
Toletanum XVI in Hiſpania ſub Sergio I. 693

Sec. VIII.

Romanum I. ſub Gregorio II. 721
Francicum, forte *Liptinenſe de France* ſub Zacharia. 743
Romanum I. ſub eodem Zacharia. 743
Vermerienſe, ſive apud Vermerias, in

Gallia, *de Verberie* ſub Stephano II. 752

Metenſe in Gallia de *Mets* ſub eod. 752

Compendienſe in Gallia *de Compiegne* ſub Paulo I. 757

Romanum ſub Stephano III. 769

Forojulienſe in Italia *de Frioul* ſub Hadriano I, 791

Francofordienſe in Germania, *de Francfort* ſub Hadriano I. 794

Leonis III. ſive Romanum, ſub Leone III. circa annum. 800

Sec. IX.

Arelatenſe VI. in Gallia *d'Arles*. ſub Leone III. 813

Turonenſe III. in Gallia *de Tours* ſub eodem 813

Cabilonenſe II. in Gallia *de Chalon en Bourgogne* ſub eod. 813

Moguntiacum ſeu Moguntinum in Germaniæ finibus, *de Mayence*, ſub eod. 813

Remenſe II. in Gallia, *de Reims*, ſub Leone quoque III. 813

Lugdunenſe IV. in Gallia forte quod habitum eſt ſub Leone III. 814

Aquiſgranenſe I. Germaniæ finibus, *d'Aix la Chapene* ſub Stephano IV. alias

alias V. 814
Cantuarienſe in Anglia *de Cantorbery* ſub Paſchali I. 820
Eugenii II. ſive Romanum ſub Eugenio II. 826
Parienſe VI. in Gallia ſub Eugenio II. 829
Moguntinum II. in Germania *de Mayence* ſub Eugenio II. 829
Vormatienſe I. ſive apud Guarmaciam in Germaniæ finibus, *de Vormes* ſub Gregorio IV. 829
Apud Theodonis Villam in Gallia *de Thionville* ſub Gregiorio IV. 835
Aquisgranenſe II. in Germaniæ finibus, d'Aix la Chapelle, ſub eodem 836
Aquisgranenſe III. ſub eodem 842
Vernenſe II. ſive in Palatio Vernio, in Gallia, de *Vernon* ſub Sergio II. 844
Belvacenſe ſeu Bellovacenſe, in Gallia *de Beauvais* ſub Sergio II. 845
Meldenſe in Gallia *de Meaux* ſub Sergio II. 845
Moguntinum I. ſub Leone IV. 847
Ticinenſe, ſive in Regia Ticino, in Longobardia, *de Pavie* ſub eodem 850
Sueſſionenſe II. ſive apud Sanctum Medardum, *de S. Medard de Soiſſons* etiam ſub Leone IV. 853

Romanum, ſub Leone quoque IV. ubi refricatum Eugenianum 853
Valentinum III in Gallia, *de Valence* ſub Leone IV. 855
Apud Cariſiacum, in Gallia, de Creſſy, male apud Tanſiacum, ſub Benedicto III. 857
Tullenenſe I. apud Saponarias in Gallia, *de Savonieres au Dioceſe de Toul* ſub Nicolao I. 859
Metenſe ſeu Mediomatricenſe in Gallia, *de Mets*, ſub eodem 859
Tullenſe II. apud Tuſiacum *de Touſſy au Dioceſe de Toul* ſub eodem 860
Silvanectenſe, apud Convicinum in Gallia, *de Senlis*, ſub Nicolao I. 863
Romanum IV. vel V. Nicolai I. de Rome 866
Piſtenſe ſive apud Piſtras in Gallia, *de Piſtres* ſub eodem Nicolao I. 867
Vormatienſe, ſive apud Guarmacam in Germaniæ finibus, *de Vormes* ſub Hadriano II. 868
Romanum ſub Hadriano II. 868
Ravennate, in Italia *de Ravenne*, ſub Joanne VIII. 874
Trecenſe, ſive Tricasſinum II. in Gallia, de Troyes en Champagne ſub Joanne

ne VIII. 878

Joannis Papæ, forte Romanum II. aut III. ſub Joanne VIII. 879

Apud Sanctam Macram in Gallia *de Sainte Macre a Fimes* ſub Joanne VIII. 881

Agrippinenſe, ſive Colonienſe, in finibus Germaniæ, *de Cologne* ſub Stephano V. 887

Moguntinum in Germaniæ finibus, ſub Stephano V. alias VI. 889

Metenſe II. in Gallia, *de Mets*, ſub eodem Stephano 888

Anglicanum I. d'Angleterre ſub Formoſo 899

Triburienſe, in Germaniæ finibus, *de Tribur* ſub Formoſo 895

Sec.X.

Altheimenſe ſive apud Altheum perperam apud Alpheum, aut Alfeſum, in Rhætia d'Alteheim, ſub Anaſtaſio III. 917

Erphordienſe, ſive apud *Erphesfurt*, in Germania, d'Erford ſub Joanne XI. 932

Ingilenheimenſe, in finibus Germaniæ, *d'Ingelheim* ſub Agapeto II. 948

Romanum Conciliabulum Leonis VIII. intruſi ab Othone I. Pontificis. 962

Raven-

Ravennate, in Italia, *de Ravenne* ſub Joanne XIII. 967

Anglicum, ſive *Anglicanum*, *d' Angleterre* ſub eodem 996

Sec. XI.

Salegunſtadienſe in Germania, *de Salgonſtat*, ou Selgenſtatt ſub Benedicto VIII. 1022

Lemovicenſe, in Gallia, *de Limoges* 1029

Triburienſe in Germaniæ finibus *de Tribur* ſub Joanne XVIII. 1031

Romanum ſub Clemente II. 1047

Remenſe, in Gallia, *de Reims en Champagne*, ſub Leone IX. 1049

Moguntinum, in Germania, *de Mayence* ſub eodem Leone IX. 1049

Rothomagenſe, in Gallia, de Rouën, ſub eodem 1050

Romanum ſub Leone IX circa A. 1050

Romanum ſub Nicolao II. 1059

Romanum I, Alexandri II. 1063

Bylonenſe an Cabylonenſe ? Anni 1063

Romanum II & III ſub eodem Alexandro II 1065

Rothomagenſe in Gallia, *de Rouën* ſub Alexandro II. 1072

Romanum I. & II. ſub Gregorio VII. ann. 1074. & 75

Edu-

Eduenſe ſive *Heduenſe*, alias Auguſtodunenſe, male Educenſe, in Gallia, *d'Autun* ſub Gregorio VII. 1077
Pictavienſe in Gallia, *de Poitiers* ſub Gregorio VII. 1078
Melphitanum, in Apulia, *de Melfe*, ſub Urbano II. 1089
Faventinum, in Italia, *de Fayence*, ſub Urbano etiam II. 1090
Narbonenſe in Gallia *de Narbonne* ſub Urbano II. 1090
Beneventanum in Italia *de Benevent* ſub eod. Urbano 1091
Troianum II. in Italia ſub eod. 1092
Eduenſe, ſive Auguſtodunenſe, *d'Autun*, ſub Urbano quoque II. 1094
Placentinum, in Longobardia, *de Plaiſance* ſub Urbano II. 1094
Claromontanum, ſeu Claromontenſe, alias Vrbani Papæ ſive, Vrbanenſe Alverniæ, in Gallia, *de Clermont en Auvergne* habitum ab Vrbano II. 1095
Nemauſenſe, in Gallia, de Nimes, ſub eod. Vrbano II. 1095
Urbicum, ſeu *Urbanenſe*, forte Romanum III. ſub Vrbano II. 1095

Sec. XII.

Guaſtallenſe, ſive apud Guaſtallum, in Longo-

Longobardia *de Guaſtalla* ſub Paſchali II. 1106

Trecenſe, ſive Tricasſinum, in Gallia *de Troyes en Champagne*, ſub eod. 1107

Pictavienſe II. in Gallia, *de Poitiers*, ſub eod. 1109

Bellovacenſe in Gallia *de Beauvais* ſub Paſchali II. 1114

Lateranum ſimpliciter *de Latran*, forte Lateranenſe V. Paſchalis II. 1110

Toloſanum, in Gallia, de Toulouſe ſub ſub Calliſto II. 1119

Moguntinum ſive Moguntinenſe in Germania, *de Mayence*, ſub Innocentio II. 1131

Remenſe, in Gallia, *de Reimes*, ſub Eugenio III. 1148

Turonenſe V. in Gallia, *de Tours* ſub Alexandro III. 1163

Caſſellanum, in Hibernia, *de Caſſel*, ſub Alexandro III. 1171

Sec. XIII.

Oxonienſe in Anglia, *d'Oxford*, ſub Honorio III. 1222

Toloſanum, in Gallia, *de Toulouſe*, ſub Gregorio IX. 1229

Biterrenſe, in Gallia, *de Beſiers* ſub Gregorio IX 1233

Albi-

Albinienſe, ſ. Albigenſe in Gallia, *d'Alby* ſub Alexandro IV. 1254

Pauca, quorum tempora præſertim minus certa, aut ex dubiis conjecturis indicata ſunt, tempus Deo dante, dilucidabit.

INDEX OPERUM

ET COLLECTIONUM

Quæ ſine Autorum nomine citantur a Gratiano.

Canones qui dicuntur *Apoſtolorum*, circa annum. 281

Codex Theodoſianus ſeu Theodoſianæ Leges 438

Breviarium Alarici, ſive Codicis Theodoſiani editio Gothica per Anianum 506

Hiſtoria Eccleſiaſtica Tripartita circa 528

Inſtitutiones Juſtiniani anno 533

Codex Juſtiniani ſive *Codex abſolute* 534

Authenticum ſive *Novellæ Conſtitutiones* Juſtiniani, circa an. 560

Pœnitentiale Theodori circa 668

Pœnitentiale Bedæ circa 710

Liber Diurnus 715

D *Ordo*

Ordo Romanus 800
Liber Pontificalis ſive de Vitis Pontificum 870
Hiſtoria Miſcella circa 880
Geſta Pontificum Romanorum circa 968

SANCTORUM ECCLESIÆ PATRUM ALIORUMQUE AUTORUM ECCLESIASTICORUM

Eorum præſertim, qui Canonibus cogniti,

INDEX,

Servato Seculorum Ordine ad annum usque MDL.

SEC. II.

SANCTUS DIONYSIUS Areopagita Græcus, 99
S. Ignatius, Antiochenus Antiſtes, Martyr 00
Juſtinus Samaritanus, ex Philoſopho Martyr. 141
S. Irenæus Lugdunenſis Antiſtes Martyr 179

Cle-

Clemens, Alexandrinus Antiſtes 192
Tertullianus Carthaginenſis 200
Origenes Alexandrinus, Adamantius dictus 218
Gregorius Neocæſarienſis Epiſcopus, *Thaumaturgus* dictus 232
Dionyſius, Alexandrinus Archiepiſcopus 248
S. Cyprianus Carthaginenſis Archiepiſcopus Martyr 248
Petrus Alexandrinus Martyr 304
Lactantius, Firmianus 315
Euſebius, Cæſarienſis Antiſtes, dictus Pamphili 320
Athanaſius Alexandrinus Archiepiſcopus 326
Euſebius Emiſenus Epiſcopus 342
S. Cyrillus Hieroſolymitanus Epiſcopus 351
S. Hilarius Pictavienſis Epiſcopus 355
Amphilochius Iconii Epiſcopus 364
S. Ephrem Syrus 366
S. Baſilius Cæſareæ in Cappadocia Archiepiſcopus 367
S. Gregorius, Nyſſenus Epiſcopus 368
S. Epiphanius, Salaminæ in Cypro Archiepiſcopus 370

S. Gregorius Theologus dictus Nazianzenus 372
Ruffinus Aquilejenſis Presbyter 373
S. Ambroſius Mediolanenſis Archiepiſcopus 374
S. Hieron. Presbyter 378
Timotheus Alexandrinus Patriarcha 381
Baſilius Seleucenſis Antiſtes 382
S. Nectarius Conſtantinopolitanus Epiſcopus 388
S. Paulinus Nolanus Epiſcopus 390
S. Auguſtinus. Hipponenſis Epiſcopus 395
S. Joannes *Chryſoſtomus* Patriarcha Conſtantinopolitanus 397
S. Cyrillus Alexandrinus Patriarcha 412
Theodorus, Epiſcopus Cyri 423
S. Proſper, Aquitanus 428
Johannes *Caſſianus* Monachus 430
Petrus *Chryſologus* Ravennenſis Epiſcopus 433
Victor Uticenſis Epiſcopus 434
S. Eucherius Lugdunenſis Archiepiſcopus 441
Gennadius Conſtantinopolitanus Patriarcha 458
Sidonius Apollinaris, Arvernorum Epiſcopus 468
Gelaſius Cyzicenus 478

Fauſtus

Fauſtus Regienſis ſeu Reienſis Epiſcopus 476
Gennadius, Maſſilienſis 490
Paſchaſius Diaconus Cardinalis 493
Gildas Sapiens 500
S. Cæſarius Arelatenſis Archiepſcopus 501
Ennodius Ticinenſis Epiſcopus 503
S. Fulgenſius Ruſpenſis in Africa Epiſco- 505
Caſſiodorus dictus Senator 528
S. Benedictus Abbas 530
Joannes *Climacus* Abbas Montis Sinai 565
Martinus Bracarenſis 572
S. Gregorius Turocenſis 572
S. Auguſtinus Anglorum Epiſcopus 600
Heſychius, Hieroſolymitanus, aut Salonitanus qui vulgo Iſicius 605
Iſidorus Hiſpalenſis Archiepiſcopus 610
Johannes *Moſchus* 618
Theodorus Cantuarienſis Archiepiſcopus 697
Beda Venerabilis 714
Bonifacius Moguntinus Archiepiſcopus 736
Egbertus, Eboracenſis Archiepiſcopus 740

S. Joannes *Damaſcenus* Presbyter & Monachus 744
Paulus Diaconus Aquilejenſis 774
Albinus Alcuinus, Eboracenſis Diaconus 785
Taraſius, Conſtantinopolitanus Patriarcha 786
Uſuardus Monachus 806
Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolit. 810
Amalarius Metenſis Diaconus 817
Halitgarius Cameracenſis Epiſcopus 823
Jonas Epiſcopus Aurelianenſis 828
Rabanus Maurus, Moguntinus Archiepiſcopus 840
Anſegiſus Abbas, primus Capitularium Collector 841
Strabus Fuldenſis *Monachus* 842
Valafridus Strabo, Abbas Divitis Augiæ, idem cum ſuperiore, ex quorundam virorum eruditorum ſententia 842
Lupus Ferrarienſis Abbas 442
Smaragdus Abbas ſive Anianæ ſ. Sancti Michaelis 843
Paſchaſius Ratbertus Abbas Corbeienſis 846
Hincmarus, Remenſis Archiepiſcopus, male Igmarus 847
Freculfus Lekovienſis Epiſcopus 847
Haymo, Halberſtadienſis Epiſcopus 847
Herardus Turonenſis 859
Iſaacus Lingonenſis 860
Benedictus, Levita, ſive Diaconus, Collector Capitular. poſteriorum 861
Anaſtaſius Bibliothecarius 880

Photius

Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus Schiſmaticus	*892*
Regino Abbas Pruniacenſis	*945*
Simeon Metaphraſtes, qui & Logotheta	*952*
Flodoardus Remenſis Canonicus	*960*
Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus	*961*
Abbo, Floriacenſis	*990*
Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus	*1007*
Burchardus Archiepiſcopus Moguntinus	*1020*
Humbertus Cardinalis	*1051*
Petrus *Damiani* Cardinalis	*1057*
Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis	*1071*
Theophylactus Archiepiſcopus Bulgariæ	*1072*
Guitmundus Epiſcopus Averſanus, Cardinalis	*1073*
Anſelmus Lucenſis Epiſcopus	*1081*
Yvo Carnotenſis Epiſcopus	*1092*
S. *Anſelmus* Cantuarienſis Archiepiſcopus	*1094*
Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus, deinde Tyronenſis Archi Epiſcopus	*1057*
Anſelmus Laudunenſis	*1100*
S. Bernardus Abbas Claravallis	*1120*
Gofridus Vindocinenſis Abbas	*1121*
Joannes *Zonaras*	*1123*
Algerus ex Scholaſtico Leodienſi Cluniacenſis Monachus	*1130*
Honorius Auguſtodunenſis	*1122*
Hugo a S. Victore	*1130*
Gratianus Monachus, Autor Decreti	*1151*
Petrus Lombardus qui & Magiſter ſententiarum	*1151*

Summi Pontifices Decretorum ac Decretalium Epiſtolarum, aliorumque eximiorum Operum Autores, hic vitandæ inutilis repetitionis cauſa prætermiſſi, habentur in ſpeciali eorum Catalogo.

Imperatores quorum Reſcripta referuntur in Corpore Juris.

Conſtantinus Magnus	324
Honorius circa an.	400
Carolus Magnus	801
Ludovicus Pius	820
Otho Primus	962

Juris-Conſulti Veteres, quorum ſententiæ referuntur a Gratiano.

Ulpianus, circa an. Chriſti	221
Paulus	223

In deſignandis Autorum, qui plures per annos floruerunt, temporibus, ab anno adeptæ per unumquemque dignitatis, Epiſcopalis puta, vel Sacerdotalis, ne multum recederetur, data eſt opera; in temporibus Operum annus fere editionis notatus eſt; ſed in his nonpauca inter varias Criticorum opiniones adhuc in incerto ſunt.

SYNOPSIS JURIS CANONICI

Per

EROTEMATA

DIGESTI ET ENUCLEATI, Juxta ordinem Librorum & Titulorum, qui in Decretalibus GREGORII P. IX.

PROOEMIUM.

De Auctoribus, Auctoritate & ordine Librorum Juris Canonici.

1. *Quid eſt IUS CANONICUM, & unde dictum?*

JUS CANONICUM eſt, quod civium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit. Hæc enim eſt cauſa finalis hujus Juris, ſalus nimirum animarum, ſeu vita talis, quam ſequatur beatitudo.

(Melius dicitur: Jus Canonicum eſt, quod præcipuè de cauſis & rebus Eccleſiaſticis, &, quas vocant, ſpiritualibus diſponit, ut decentèr, ac piè actiones inſtituantur.)

c. 2. & 3. dist. 3. Dictum a Græco *Kanon.* La
gula, vel quod regat, vel quod
recte vivendi præbeat, vel quod
pravumque corrigat.

2. *Ius hoc, ſeu Corpus Iuris Can*
bus conſtat membris ac lib

Decreto Gratiani, Epiſtolis I
bus Gregorii IX. P. M. Sexto I
tum Bonifacii IIX. Clementinis
vagantibus tum Johannis XXI. tu
munibus.

DECRETUM auctorem & co
habet GRATIANUM, Monac
nedictinum, circa annum Don
poſt Iſidorum Hiſpalenſem, f
600. Burchardum Wormatienſem
nem Carnotenſem, quod velu
Juris Pontifici exhibet lineamenta
nonibus Apoſtolorum, ex Sy
ſeu Conciliorum generalium & p
rium ſtatutis, ex antiquorum
Patrum placitis & ſententiis, ac
ex Pontificum quorundam Conſ
bus collectum, atque ab Eug
Pont. approbatum, qui & Gym
blicis illud legendum conceſſit,
vita Gratiani, ac poſtrema au
Gregorii XIII. recognitum. H
ſunt partes. Prima continet D
nes CL. quarum XX. prioribu
de jure in genere, reliquis vero

nis Eccleſiaſticis ſive Eccleſiæ miniſtris. Secunda complectitur *Cauſas* XXXVI. in qua variæ tractatus *Quæſtiones*, ad formam & materiam judiciorum pertinentes: cui poſt Cauſam XXXIII. quæſt. 3. inſertus eſt tractatus de *Pœnitentia*, conſtans diſtinctionibus VII. Tertia materiam *Conſecrationis* quinque Diſtinctionibus declarat.

DECRETALIUM Epiſtolarum GREGORII IX. P. M. compilatio facta eſt auſpiciis & auctoritate ejusdem Pont. per *Raymundum de Pennaforti*, Hiſpanum, ex Ordine Prædicat. S. R. E. Pœnitentiarium & Capellanum Pontificis, ex variis tum ejusdem, tum aliorum Pontificum Epiſtolis, Conſtitutionibus ac Conciliis, jam inde ab Alexandro III. usque ad Gregorium. Idque ad eum fere modum, & ex eadem cauſa, quam habuit Juſtinianus Imp. componendi Codicis ſui; ut ſcilicet prædeceſſorum ſuorum Conſtitutiones & Decretales Epiſtolas confuſas antea ac ſæpe diſcordantes in ordinem concordiamque redigeret. Et hæc eſt nova ac nona Decretalium compilatio, poſt *primam* collectionem Bernardi Papienſis; *ſecundam* Joannis Gallenſis, ex Gilliberti Abbatis Alani Epiſcop. Antiſiodorenſis collectaneis, nunquam publice probatis; *tertiam* Petri Beneventani,

juſſu Innocentii III. Pontific. r
compilatione Bernardi, Arc
Compoſtellani Romæ degentis
Romana dicta) cum ea in qu
Curiæ Romanæ diſpliceret;
juſſu ejusdem Innoc. Pont. *quin*
norii III. Pont. ac poſtremo *ſex*
gorii IX. ſi quidem compilation
publice probatas, nonam vero,
ſas: quæ omnes per hanc Greg
Vid. Boet. Epo. De jure ſacro lib. 2. n 20. & ſeqq. Antiq. coll. Decret. Ant. Aug. prorſus abrogatæ fuerunt. * C
libris V. in quibus ipſa juris Pont
teria ad res forenſes accommo
exponitur: ac primo libro agitu
ſonis, penes quas eſt jurisdictio
denique judiciorum præparatori
ordine judiciorum. III. De reb
ſiaſticis, quæ in judicium veni
IV. De ſponſalibus & matrimo
De criminibus. Qua de re vu
verſiculus:

Iudex, Iudicium, Clerus, Sp
Crimen?

Ideo vero hic libri dicuntur E
ita quoque citari ſolent, vel exp
nomine *Ext.* vel litera x.) quia
Conſtitutiones, quæ poſt Decre
Corpus Canonicum Gratiani e
runt. SEXTUS Decretalium a

FACIO IIX. in Concilio Lugdunenſi ex Decretalibus Epiſtolis ſeu Conſtitutionibus poſteriorum Pontificum, qui Gregorium ſunt ſecuti, collectus, multis inſuper ejusdem Bonifacii inſertis, quibus quædam in volumen Gregorii IX. relata corriguntur, quædam etiam illis adduntur. Et ideo appellatur *Sextus Decretalium*, quia veluti ſextus liber ad quinque Decretalium à Gregorio IX. editos acceſſit, conſtans alioqui etiam libris V.

CLEMENTINAE ita dictæ, quia nullas alias continent Conſtitutiones præter eas, quæ ſunt CLEMENTIS V. in Concilio Viennenſi editæ, & ſimiliter eodem ordine diſpoſitæ. Ut & EXTRAVAGANTES IOANNIS XXI. & quas COMMUNES vocant, ita appellatæ ſunt, quaſi quæ extra Gregorii IX. & Bonifacii IIX. Decretales vagentur.

JURIS CANONICI

Per

EROTEMATA

DIGESTI ET ENUCLEATI,

LIB. I. TIT. I.

De Summa Trinitate & Fide Catholica.

1. *Cur ab hoc Tit. hanc ſuam compilationem orditur Pontifex?*

TUm quia omnis operis boni exordium a DEO Opt. Max. uno & trino, capiendum eſt; tùm quia fides eſt primum jus, jus ſcil. divinum, ac fundamentum totius Reipubl. Chriſtianæ, unde merito primum in jure Pontificio loco obtinet.

2. *Quid eſt ſumma Trinitas?*

Eſt collectio trium unitatum, quaſi trium unitas, quia Pater & Filius & Spiritus Sanctus ſunt trinitas & unitas. Idem enim & unum ſunt propter majeſtatis communionem; & tres propter proprietatem perſonarum. Tres ſunt, inquit Tertull. *non ſtatu, ſed gradu; non ſubſtantia, ſed forma; non poteſtate, ſed ſpecie.* In hac Trinitate non eſſentia eſſentiam,

Iſid. lib. 5. Orig.

tiam, ſed perſona genuit perſonam. Verum hæc & ſimilia interioris atque arcanioris Philoſophiæ ac Theologiæ ſunt, quæ ultra non libet attingere.

De Conſtitutionibus.

TIT. II.

Conſtitutio, Reſcriptum & Conſuetudo ſunt generaliora quædam Juris Pontificii principia, ad omnes Juris partes pertinentia, quorum propterea tribus prioribus Titulis explicatur vis & natura.

1. *Conſtitutio quid?*

COnſtitutio, generaliter accepto vocabulo, eſt quælibet pars Juris Pontificii ſcripti, ſive a ſummo Pont. ſive ab aliis inferioribus, qui tamen poteſtatem habeant condendi Juris, ſit profectum; Specialiter vero & proprie eſt ea pars Juris ſcripti, cujus auctor eſt S. Pont. vel in jure Civili Princeps. *1.5.6.8. & c.1. hoc tit.*

2. *Quotuplex eſt Conſtitutio?*

1. Alia eſt Civilis, alia Eccleſiaſtica. Civilis eſt, quam Princeps, aut qui eſt loco Principis, conſtituit. Cujus generis Conſtitutiones corpori Juris Canonici aut etiam aliis ſummorum Pont. Conſtitutionibus infertæ legis ac juris obtinent auctoritatem.

Digitized by Google

II. Conſtitutiones Eccleſiaſticæ vel ſunt Generales, quæ ad omnes Chriſtianos ſpectant; vel Particulares, quæ certa tantum loca reſpiciunt; vel Perſonales, quæ perſonam & cauſam non egrediuntur, cujusmodi ſunt Privilegia & Reſcripta, perſonas ſingulares concernentia.

3. *Quæ Conſtitutio dicitur eſſe de corpore Iuris, vel in corpore Iuris clauſa?*

Quæ ipſius Imp. juſſu in corpus Juris eſt relata, &, ut ita dicam, incorporata, veluti nova illa & ſatis vulgata Conſtitutio Friderici I. Imper. quæ dicitur. ***Auth. Habita Cod. Ne filius pro patre &c.*** Secus ſi alicujus privati induſtria tantum hoc accidiſſet.

Molin. ad conſuetud. Pariſ. Rub. 1, n. 50, in pr.

Sic & Conſtitutiones Principum in corpus Juris Canonici relatæ vim habent etiam obligandi illo jure, & dicuntur canonizatæ.

4. *Quot & quæ ſunt ſpecies Conſtitutionis Eccleſiaſticæ?*

Septem; Canon, Decretalis Epiſtola, Decretum, Dogma, Mandatum, Interdictum, Sanctio. Nam hæc omnia Conſtitutionum nomine cenſentur.

5. *Quid eſt Canon?*

Canonis appellatione, largè ſumptâ voce, venit quælibet Conſtitutio Eccleſiaſti-

Digitized by Google

ſiaſtica. Strictè vero & propriè *Canon* eſt Conſtitutio Conciliaris, quæ ſcilicet in Concilio aliquo generali, provinciali, vel etiam Epiſcopali promulgatur. *Abbas & alii in c. 1. h. t.*

6. *Quid Decretalis Epiſtola?*

Decretalis Epiſtola propriè eſt Conſtitutio, quam S. Pont. edit cum conſilio Cardinalium, vel etiam absque eo, ad alicujus conſtitutionem. Cujusmodi Decretales Epiſtolæ ac ſpeciales conſtitutiones jus conſtituunt generale: nec eſt neceſſe, ut Codici Canonum adſcriptæ ſint, vel corpore juris Canonici clauſæ, quia per ſe vim obligandi habent. *c. 1. circa princ. diſt. 19. Zæſ. hic n. 10.*

7. *Quid Decretum?*

Eſt Conſtitutio, quam ad nullius conſolationem ex conſilio Cardinalium Pontifex edit.

8. *Quid Dogma, Mandatum, Interdictum, Sanctio?*

Dogma eſt Conſtitutio Eccleſiaſtica ad fidem Chriſtianam pertinens.

Mandatum diſciplinam Eccleſiaſticam reſpicit.

Interdictum ad correctionem præſentium & imminentium malorum ordinatur.

Sanctio pœnam continet ad cautelam futurorum.

Can. Cunctal X. q. 3. Felin. hic ad rub. n. 2. c. 2. De major. & obed. Zaſ. hic n. 30. & 31.

9. *Penes quos eſt poteſtas faciendæ Conſtitutionis ſeu condendæ Legis?*

Imprimis Summus Pont. eam habet poteſtatem: Quia quemadmodum Imperator vel Princeps laicus ſummam habet in rebus civilibus poteſtatem, ita & S. Pont. in rebus Eccleſiaſticis. Itemque Legati Pontificis, Epiſcopi, prælati quilibet: Capitula, Collegia Eccleſiaſtica, Univerſitates, Concilia generalia, dummodo in iis decreta & definita a Pont. fuerint confirmata; ut & provincialia atque Epiſcopalia.

(Hanc poteſtatem Pontifici non cedimus.)

10. *Intereſtne, Conſtitutiones editæ ſint a S. P. an ab aliis Prælatis inferioribus?*

Can. Enimvero diſt. 29.

Intereſt ſane, quia Pontificum Conſtitutiones, Canonumque ſtatuta omnes obligant; cum Summo Pont. omnes omnino Chriſtiani debeant reverentiam, atque ab omnibus, quidquid ille ſtatuit, quicquid ordinat, perpetuo & inviolabiliter ſit obſervandum. Prælatorum vero inferiorum legibus tantum obligantur eis ſubjecti, quia inferioribus minime ſubditi non debent illis obedientiam. Neque etiam inferiores Pontifice ullum ſtatutum

tum facere ſuis ſubditis poſſunt, quod cum Canonibus decretis Pontificum pugnet. *Can. Conſtitutiones diſt.* 10.

(Iſthanc Pontificis autoritatem & ſtatuendi atque ordinandi poteſtatem non agnoſcimus.)

11. *An ergo legibus Pontificis obligantur indiſtinctè omnes?*

Quoad ſpiritualia quidem obligantur omnes, exceptis infidelibus, qui ſcilicet baptizati non ſunt; neque enim judicat Pontifex de iis, qui foris ſunt. Quoad temporalia vero illi tantum obligantur, qui degunt in provinciis Pontifici temporaliter ſubjectis.

12. *Quæ ſunt requiſita ad hoc, ut Lex vel Conſtitutio obliget?*

Requiritur I. Ut ſit juſta, ut ſcilicet verſetur circa materiam honeſtam, reſpiciat bonum commune, ſervetque jura communitati debita, atque onera æqualiter diſtribuat. II. Ut ſit ſtabilis & perpetua. III. Ut promulgata, nec ſit probabiliter ignorata. Probabilis enim ignorantia excuſat a pœna lege comprehenſa.

13. *Vis obligandi, quam leges habent, quousque ſe extendit?*

Non quidem ad res præteritas, ante legem vel Conſtitutionem geſtas, vel ad pendentes, ſed ad res futuras: quia quoties novum quid ſtatuetur, ita ſolet futu- ris

Digitized by Google

s.2. & ult. h. t. I. Barbarius D. De off. Prat. & c.2. inf. De temp. ord. can. ris formam imponere (inquit Pont.) ut diſpendiis præterita non commodent, ne detrimentum aliquod ante prohibitionem incurant illi, qui eam juſtè ignoraverunt. Niſi nominatim de præteritis caveatur. Hac ratione error quoad præterita dicitur facere jus: † nec ullam rei damnationem eſſe ante legem, ſed ex lege.

Dixit Sara XXXII. q. 4. arg. l. Iubemus 29. in fin. C. de teſtam.

14. *Dictum antea, poteſtatem condendæ legis ſeu Conſtitutionis eſſe quoque penes Concilia: velim mihi explicare, quæ concilia ſint Generalia, quæ Provincialia & Epiſcopalia?*

Concilia Generalia ſunt, ad quæ vocantur & quibus interſunt Epiſcopi omnes, niſi impediantur; (neque enim neceſſe eſt, ut omnes perſonaliter compareant) unde & *Oecumenica*, id eſt, totius orbis Chriſtiani, & *Univerſalia* ex parte convo-

Bellar. 1. cont. De Concil. n. 15. catorum, appellantur. Debent ea convocari, celebrari, confirmari ſummi Pont. auctoritate, quoties illi viſum fuerit, alias non tàm Concilia cenſenda erunt quàm concilia, jura & improbata conventicula, iisque ipſemet Pont. præſidere ſolet, aut ejus Legatus ad id ſpecialiter deputatus.

(Convocatio & confirmatio conciliorum non rectè Pontifici attribuitur: ſed competit illi, qui ſummam in Rep. habet poteſtatem.)

Pro-

Digitized by Google

Provincialia ſunt, quæ auctoritate Ar-
chiepiſcopi ſeu Metropolitani cum ſuis ſuf- *Seſſ.24. c.*
fraganeis Epiſcopis, Abbatibus aliisque *2. de re-*
Clericis ejuſdem regni, nationis aut pro- *form.*
vinciæ celebrantur; olim quidem bis ſin-
gulis annis, poſtmodum ſemel duntaxat,
hodiè verò ex decreto Concilii Trid. quoli-
bet ſaltem triennio.

Epiſcopalia ſunt, quæ ab Epiſcopis, aut *Conc.*
Sede vacante a Capitulo Metropolitano *Trid. d. c.*
cum diœceſis ſuæ Clericis & Abbatibus ce- *Seſſ. 24.*
lebrari quotannis debent. *2. §. fin.*

De Reſcriptis.

TIT. III.

Conſtitutiones, de quibus *Tit.* ſuperiori dictum eſt, ſunt generales, quæ ſcilicet omnes tangunt, & obligant: ſequitur de perſonalibus, id eſt, Reſcriptis, quæ eos tantum obligant, ad quos diriguntur.

1. *Quid igitur eſt Reſcriptum?*

Reſcriptum eſt conceſſio Principis per *ItaRebuf.*
litteras authenticas legitimè facta. *ad Con-*
* Vel Reſcriptum eſt ſummi Pont. epiſto- *ſtit. reg.*
la ſubditis ſuis vel ad lites proſequendas *tit. deRe-*
ſeu finiendas (quo tendit etiam interpreta- *ſcript.n.5.*
tio obſcuritatis) vel ad beneficium conſe-
quendum conceſſa. Reſcribit autem *c.Sciſcita-*
ſummus Pontif. aut Princeps aut preces *tus 13. h.t.*

ſive

Can. Frigenti, 27. *XVI. q. 7. & can. Certum 7. De conſec. diſt.*

ſive libellos ſupplicantium, quæ hoc jure dicuntur *Petitoria*, ſive *Petitoria inſinuationes*, & *Oblationes petitoria.*

2. *Quotuplicia ſunt Reſcripta?*

Sunt triplicis generis, vel enim conceditur aliquid reſcripto contra jus commune, vel præter jus commune, vel ſecundum jus commune. *Contra jus commune*, ut cum aliquis ſolvitur lege vel canone, veluti quod collegium aliquod ſi imperator non niſi coram certo judice reſpondere cogatur. * Verum hujusmodi reſcripta peculiariter appellantur privilegia, ſeu diſpenſationes, de quibus hic non agitur. *Præter jus commune*, ut cum Pont. reſcripto ſuo mandat Eccleſiæ alicujus Prælato, quatenus Sempronio v. g. provideat de beneficio Eccleſiaſtico primum vocaturo, * & vocantur reſcripta gratiæ. † *Secundum jus commune*, ut cum Pont. cauſa aliqua per appellationem ad ſe devoluta, vel alias ad ſe pertinente reſcripto ſuo ſupplicanti dat judicem aliquem. † vel etiam de jure obſcuro conſulentibus reſcribit; quæ vulgo vocantur reſcripta ad lites, vel juſtitiæ, quia tendunt ad juſtitiam adminiſtrandam. Duo hæc poſteriora genera ſunt hujus loci.

C. Volentes 1. de priv. in 6.

c. Literis 39. & 40. c. Si gratioſe 5. eod. in 6. Clem. Gratiæ ſub eod. tit. c. 1. d. c. Sciſcitati 13. & c. 27. h. t.

3. *Qui*

3. *Qui poſſunt concedere Reſcripta?*

Generaliter accepta voce Reſcripti, quilibet in dignitate conſtitutus, qui delegare poteſt etiam per reſcriptum recte mandat: alias in ſpiritualibus ſolus Pont. & in temporalibus Imperator vel Princeps ſupremus per reſcripta aliquid mandant vel indulgent.

(Itidem non recte poteſtas in ſpiritualibus & Eccleſiaſticis per Reſcripta mandandi vel indulgendi Pontifici adſcribitur, & Imperatori denegatur.)

4. *Quæ cauſæ vitiant Reſcripta?*

Vitiari Reſcripta contingit I. Ex parte formæ; ut ſi congruus non ſit ſermo; ſed peccatum in conſtructione: quamvis unius aut alterius litteræ omisſio non noceat, modo alias ſenſus perfectus haberi poſſit. Peccatur quoque in forma, ſi deſit locus, annus vel dies concesſionis, item nomen vel ſubſcriptio Pontificis vel Imper. Reſcriptum concedentium. *c. Ad audientiam 11. h. t.* *c. Ex parte 11. inf. De fide inſtr. l. 3. & 4. C. de diverſ. reſc.*

II. Ex parte materiæ ſubjectæ, ſi Reſcriptum rem abſurdam & iniquam contineat; veluti ſi eo conjungatur judici ut nullas exceptiones adverſarii admittat; vel

Digitized by Google

c. Ex part. 13. in f. de off. jud. deleg. c. Ad hac 10. h. t. vel ſic concedatur impetranti, ut judicem ſibi amicum,ſed collitigatori ſuſpectum eligere, ejusque ſolius arbitrio negotia omnia committere poſſit.

III. Ex parte cauſæ efficientis vitiat Reſcriptum fraus, malitia, ac dolus ipſorum impetrantium, itemque abuſus reſcriptorum. Hinc vitioſum redditur Reſcriptum, *c. E literis 20. h. t.* ſi vel per obreptionem,id eſt, falſi ſuggeſtionem, vel per ſubreptionem, aliud veri ſuppreſſionem, fuerit impetratum.

5. *Quid ſi malitioſè, ſeu dato ſtudio, aut falſum exprimendo, aut verum ſupprimendo elicitum ſit?*

Tunc mendax ſeu ſubdolus precator penitus carebit impetratis omnique commodo literarum. Dico, malitioſè; quia ſcilicet non ignorabat precator, quin ſi rem, ut erat, ex fide narraſſet, ſe paſſurum fuiſſe repulſam. Secus, ſi non malignè, ſed per errorem aut ſimplicitatem; & re ipsâ narrata veroſimile ſit, Pontificem nihilominus ſaltem in forma communi conceſſurum fuiſſe: tunc enim reſcriptum valebit. Quod ſi id judici veroſimile non videatur, declarabit reſcriptum ſubreptitium, & non ſecundum tenorem ejusdem pro impetrantis voluntate, qui rem ex

d. c. Ex literis c. 3. 8. 17. 27. & aliis h. t.

fide non narravit, ſed juxta diſpoſitionem juris communis, proque rei veritate negotium ſibi commiſſum terminabit. *d.c. & Literis.*

6. Eſtne quoad hunc articulum differentia inter reſcripta ad beneficia & ad lites?

Eſt ſane? quia reſcripta ad beneficia ſeu gratiæ, quando res, prout ſe habet, fideliter narrata non eſt, ipſo jure ſunt nulla: ſed reſcripta ad lites ſeu juſtitiæ non ſunt ipſo jure nulla, verum oppoſita exceptione infringi debent, ut declarentur nulla; quia hujusmodi reſcripta ſunt ambitioſa, cum ambiant honores & ſectentur lucra, non item reſcripta ad lites. *c. 4. De praben. in 6. Folin. in d. c. ſuper literis & d. c. Ad audientiam.*

An igitur ad valorem reſcripti ei inſeri oportebit clauſulam ſalutarem, ſi preces veritate nitantur.

Id quidem jus Civile requirit, ut ſcilicet reſcripta Imp. Regis, vel Principis non valeant, niſi dictam clauſulam expreſſam tenori ipſius reſcripti inſertam habeant: ſed non perinde jus Canonicum, quo jure ſemper intelligitur adjecta hæc clauſula, *ſi preces veritate nitantur, vel ſi ita eſt*; utpote quod examen veritatis illi committit, ad quem deſtinatur reſcriptum, etiamſi *l. ult. C. de diverſ. reſcript. c. 2. & Olim 25. h. t.*

Digitized by Google

l.4. Si contra jus vel util. publ. nudus tantum eſſe executor. Adeo, ut judici interdicatur cognitio de veritate, tale reſcriptum reputetur falſum ſeu a Pont. non profectum, quippe qui in dubio ſemper præſumitur, velle ſequi diſpoſitionem juris communis.

8. *Quid juris, ſi ſuper eodem negotio ſeu re ab uno eodemque peccatore vel a diverſis, ad diverſos judices diverſa impetrentur reſcripta?*

c. ex tenore 15. h. t. Quod ſi ab uno peccatore id fiat, neutrum valebit; quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent. Qui vero duo ſic obtinuit reſcripta, in quorum altero alterius non ſit mentio, præſumitur id animo vexandi feciſſe, ut moleſtiis fatiget adverſarium & ſumptibus. Eadem eſt ratio, ſi quis duo impetret reſcripta ad beneficia obtinenda in diverſis locis. At vero vel unus vel uterque collitigatorum ad diverſos judices ſuper eadem lite diverſa obtineant reſcripta, tunc prius præferetur poſteriori, quia poſterius habetur ſubreptitium. Niſi in poſteriori fiat mentio prioris, quia tunc Pont. per poſterius intelligitur revocare prius: vel poſterius ſit ſpeciale, quia ſpeciale indiſtincte prævalet generali, ſemperque majori illius habetur ratio, quod ſub eodem genere ad individua directum eſt.

c. In noſtri 22. eod. c. Super literis 20. eod. c. 3. eod. c. 1. & c. Paſtoralis 14. §. quoniam eod. c. Generi De R. I. in 6.

9. *Quid*

9. *Quid ſi ſuper Reſcripto valido dubium oriatur?*

Hujus interpretatio fieri debet juxta formam juris communis, quod Pont. ſemper præſumitur velle ſequi: aut certe, ſi judex propter litigantium contradictionem non ſatis commode commodam poſſit dare interpretationem, eo caſu vel per arbitros controverſia erit determinanda, vel ſummus Pontifex aut Princeps, qui reſcriptum dedit, conſulendus. *d. c. Paſtoralis.*

10. *A quo tempore Reſcripta vim effectumque ſuum habere incipiunt?* *c. Sane 2. in f. De offic. jud. deleg.*

In reſcriptis gratiæ tempus inſpicitur, quo datum eſt reſcriptum. Unde duobus idem beneficium perſequentibus is præferendus eſt, non qui prior reſcriptum præſentavit, ſed prior literas ad beneficium impetravit. At in reſcriptis juſtitiæ tempus illud inſpici debet, quo literæ judici vel parti oblatæ fuerint. *c. 11. h. t. in 6. & c. Eum qui De præb. in 6.*

11. *Quamdiu durant Reſcripta?* *c. Ut debitus 59. inf. de appell.*

Quæ beneficium continent, ſi tempus certum non exprimatur, perpetua ſunt usque ad revocationem, aut certe intra decem annos illis uti poteſt, qui ea obtinuit, † Reſcripta vero juſtitiæ, quæ ex jure communi dantur a S. Pont. vel Principe ad judices obtinendos, ad judicati executionem & alia hujusmodi, annalia ſunt. † Excipitur tamen ille caſus, quando plura reſcri- *l. 2. C. d. divers. reſcr. c. Decr. 16. de R. I. c. in l. 1. de Denunc. Plerumq; 23. h. t.*

ſcripta a diverſis ſunt impetrata; † quia, ſi prior impetrans dolo vel negligentia intra anni ſpatium reſcripto ſuo non utatur, poſteriori erit locus, dummodo copiam judicis habere potuerit.

De Conſuetudine.

TIT. IV.

Conſtitutio & Reſcriptum ſunt partes præcipuæ juris Pontificii ſcripti; ſequitur de jure non ſcripto, id eſt Conſuetudine, quæ tum demum recipitur, cum deficit lex.

1. *Quid eſt Conſuetudo?*

can. Conſuetudo diſt. 1.

CONſuetudo eſt jus non ſcriptum, diuturnis moribus utentium comprobatum & introductum.

2. *Quotuplex eſt Conſuetudo?*

Alia eſt generalis, alia ſpecialis, ut collegii alicujus, vel univerſitatis. Item alia Canonica, alia Civilis; & utraque vel eſt præter legem, vel ſecundum legem.

3. *Quam vim obligandi habet Conſuetudo?*

c. 2. De conſtit. in 6.

Habet eandem vim obligandi quam lex; id eſt, apud quos eſt conſuetudo, æque illa obligat ad ſui obſervationem atque conſtitutio, non tantum generalis ſed etiam particularis, licet hæc dicatur eſſe facti & in facto conſiſtere: quia hoc ita accipiendum eſt, non quaſi conſuetudo non eſſet jus, ſed quia conſuetudines particulares pene

Digitized by Google

pene ſunt infinitæ, quemadmodum facta hominum ſunt infinita. Suus enim cuique collegio eſt mos & conſvetudo, cujus cum præſumatur ignorantia, ideo eam allegant, incumbit probatio.

4. *Qualiter probanda?*

Per teſtes minimum duos fide dignos. Quanquam hodie in Curiis laicis fere videamus, ut conſuetudo probetur non paucioribus quam decem teſtibus, per turbam, ut loquuntur Pragmatici, auditis, id eſt non ſingulis ſeorſim examinatis, ſed ſimul omnibus, uno aliquo ipſorum referente. *c. Ubi numerus D. de teſt. c. Cum eſſet de teſtam.*

5. *Quibus de rebus poteſt introduci conſuetudo, & an Conſtitutioni Eccleſiaſticæ ſit contraria?*

Imprimis certum eſt, in iis rebus, quæ juris ſunt divini vel naturalis, & ſic per ſe immutabiles, conſuetudini contrariæ nunquam eſſe locum; ſed ſi talis prætendatur, eam corruptelam potius dicendam eſſe. Similiter expeditum eſt, in iis rebus, de quarum obſervatione vel omiſſione per leges nihil fuit ſtatutum, conſuetudinem habere locum, ac morem regionis cujusque & inſtituta majorum ſequi oportere. Quin & in aliis quoque, quæ jure aliquo poſitivo per Principem aut Pont. ſunt conſtituta, & juri ſcripto actu ſubjacent, ex communiori Interpp. ſententia, uſum diuturnum *c. ult. h. t.* *d. can. conſuetudo & can. In his reb. diſt.* 11.

Digitized by Google

habere locum ac conſuetudine induci poſſe aliquid, quod juri ſic conſtituto ſit contrarium eique deroget, fere receptum eſt. Cum enim conſuetudinis & legis eadem ſit auctoritas, quemadmodum lex tempore poſterior tollit priorem contrariam, ita & conſuetudo legem priorem, dummodo talis conſuetudo ſit rationabilis. Et ſufficit probabilis aliqua ratio, præſertim cum fieri poſſit, ut, mutatis circumſtantiis rerum, temporis, ac perſonarum, quod prius erat conveniens, poſtea videatur minus conveniens.

d. c fin. b. t. & ibi Da. l. fin. C. Quæ ſit long. conſ.

6. *Quæ igitur requiruntur ad introducendam conſuetudinem?*

Requiritur primo, quod ſit rationabilis, a recta ratione non aliena, quæ neque Eccleſiæ valde gravis ſit, neque Eccleſiaſticam diſſolvat diſciplinam.

II. Quod legitimo temporis ſpatio introducta ſit, idque ſecundum receptum ſcholæ ſententiam: ut ſi conſuetudo conſtitutioni alicui Eccleſiaſticæ adverſetur, tum XL annorum ſpatio opus ſit, quia regulariter jure Eccleſiaſtico non niſi XL. annis præſcribitur. Si vero conſuetudo introducatur ſuper rebus ſeu negotiis nec dum conſtitutione aliqua deciſis, & ſic non contra, ſed præter jus Eccleſiæ ſcriptum, & tunc ſufficiat tempus decem annorum.

c. Auditis inf. d. præſcript. can. Diuturni diſt. XI. Abbas & alii in d. c. fin. b. t. Menoch. de Arbit. l. 2. caſu 18. & 83.

III. Quod

Digitized by Google

III. Quod actus aliqui interveniant conſuetudinarii, quorum, ut & temporis definitionem, plerique arbitrio relinquunt judicis.

IV. Quod certa ſcientia populi vel Principis ſuperiorem non recognoſcentis, ejusque conſenſu ſaltem tacito, introducta ſit. Hæc enim eſt cauſa efficiens conſuetudinis, veluti expreſſa voluntas ejus, qui legem condere poteſt, facit legem.

De Poſtulatione.

TIT. V.

Jus Pontificium, ſive ſcriptum, ſive non ſcriptum, verſatur vel circa perſonas Eccleſiaſticas, vel circa res Eccleſiæ, vel circa actiones criminales. Perſonarum Eccleſiaſticarum quædam ſunt in Eccleſiaſtica dignitate, ut Prælati ac Rectores Eccleſiarum & Monaſteriorum, qui ad dignitates illas promoventur Poſtulatione, Electione & Translatione.

1. *Quid eſt Poſtulatio?*

Est concors & ſupplex Capituli vel collegii apud Superiorem petitio de certa perſona ad dignitatem Eccleſiaſticam admittenda, quæ alias propter defectum ali- *c. 4. §. ceteri h. t.*

Digitized by Google

quem ad regendam & adminiſtrandam Eccleſiam eligi & adſumi non poteſt.

2. *Qui poſtulare vel poſtulari poſſunt, & coram quo?*

c. Dilecti inf. de elect. c. Scriptum 40. in fine & c. in Geneſi 55. inf. eod. c. 1. h. t.

Jus poſtulandi habet, qui & eligendi; alias cenſebitur interdicta poſtulatio, & debent poſtulantes eſſe unanimes, id eſt vel ad unum omnes, vel ſaltem pro majori & ſaniori parte. Perſona verò poſtulandi debet eſſe talis, quæ rectâ viâ eligi non poſſit. Nam qui eligi poteſt, poſtulandus non eſt; adeo, ut ſi Collegium dicat, *Poſtulando eligimus*, nihil agat. Fit autem poſtulatio coram eo, qui alias vel ex jure vel privilegio electionem alicujus collegii confirmat. Et ſimul atque Superior poſtulationem approbaverit, mox poſtulatus plenum electionis confirmatæ effectum adſequitur, ita ut non ſit opus nova electione aut confirmatione.

c. 3. inf. de elect.

3. *Quibus modis quis ſit minus idoneus, ut non eligi, ſed poſtulari debeat?*

Tribus potisſimum modis. I. Si delicto ſeu crimine aliquo aſperſus: verum de tali hîc non agimus, quin imo qui criminoſum vel eligit vel poſtulat, cum Superio-

Digitized by Google

Digitized by Google

periore ſimul admittente punitur, ac poteſtate privatur; eligentes quidem ipſo jure, poſtulantes vero eatenus ſaltem a Superiore privari poſſint: quia gravius peccant, qui eligendo jus tribuunt ipſi electo, quam qui poſtulando ac vota ſua conferendo a Superiore tantum petunt, ut hic vel ille præficiatur.

d. c. Scriptam inf. de elect. & c. 2. hoc tit. c. ſit. inf. de translat. Epiſc. c. pen. hoc tit.

II. Impedit electionem defectus vel corporis, vel qualitatis, ut quia quis turpem in oculo maculam habet, quia bigamus eſt, vel non juſtæ ætatis. Eoque caſu, ne bonum commune impediatur, poſtulationi locus erit.

III. Non ſolum defectus, ſed & qualitas etiam poſitiva, quamvis bona, impedimento eſt electioni; veluti Epiſcopus unius Eccleſiæ propter conjugium ſpirituale, quod intelligitur contraxiſſe ſine conſenſu Superioris ſui, id eſt S. Pontificis auctoritate, alio migrare non poteſt.

(Electi aut Poſtulati Archiepiſcopi, Epiſcopi aut Prælati, Auguſtanæ Confeſſioni addicti, à ſacra Cæſarea Majeſtate, poſtquam intra annum Electionis aut Poſtulationis ſuæ fidem fecerint, & juramenta, regalibus ſueta feudis, præſtiterint, inveſtiuntur; a Pontificis vero autoritate nullo modo dependent. Inſtrum. Pac. Oſnabrug. *Num. V. 6.*)

c. Cum in cunctis 7. c. Innotuit 20. & multis aliis inf. de elect. c. 4. & ult. h. t. c. Inter. inf. de translat. epiſc. dict. Inter & ult. h. t.

De

De Electione & Electi poteſtate.

TIT. VI.

Alterum modum providendi Eccleſiæ vel dignitati Eccleſiaſticæ dixi eſſe Electionem, de qua nunc ſequitur.

1. *Quid eſt Electio?*

ELectio eſt perſonæ alicujus idoneæ ad Prælaturam vel dignitatem Eccleſiaſticam canonice facta vocatio. Dico, ad Prælaturam vel dignitatem, quia electio non habet locum in ſimplicibus beneficiis, ſed collatio. Denotat autem hic *Electio* actum illum ſpecialem, quo collegium aliquod, collatis in unum ſuffragiis, ſedi vacanti ſtudet proſpicere, evocando aliquem e gremio ſuo, qui ſic caput collegii conſtituitur; & vel ideo acceptior gratiorque eidem ſuo collegio exiſtere ſolet, quam aliquis extraneus, qui ſæpe ignotus Clero obtruditur: ut merito dignitatibus potius provideatur per Electionem, quam per collationem.

2. *Quotuplex eſt Electio, ſive quot modis fit?*

Tribus; vel per *Inſpirationem* quaſi divinam, quando uno omnium conſpirante

Digitized by Google

te conſenſu, nemine contradicente, unus aliquis eligitur, perinde ac ſi Deus ipſe id ita fieri debere inſpiraſſet; quod nunc raro contingit: vel per *Compromiſſum*, quando collegium aliquod in unum aut plures fide dignos, ejusdem vel alterius collegii vices ſuas ita confert ac compromittit, ut in eum, quem illi elegerint, cogantur omnes conſentire: vel per *Scrutinium*, quando ſingulorum de collegio ſcrutantur voluntates, ſingulique datis ſeorſim ſuffragiis declarant, quem ſibi velint vacantis ſedis Prælatum; qui modus eſt omnium frequentiſſimus.

c. Cauſam 8. c. Cum inter 21. & c. Cum dilectus 32. eod.

3. *Quanam ſunt requiſita ad formam bujus poſtremi modi ſive Scrutinii?*

Illud inprimis, ut omnes, qui ſunt de collegio & jus ſuffragii habent, evocentur, ſi tamen commode haberi poſſint. II. Ut duo vel tres adſumantur, qui ſeorſim & ex fide ſingulorum vota exquirant, & ſcripto excipiant. III. Ut ſuffragiorum collationem inter ſe faciant. Neque enim illud habet vim electionis, quod ſinguli ſecreto ſtatuunt, ſed quod publicato ſcrutinio ex communibus & collatis votis ſtatuitur. IV. Ut ſi non omnes ſaltem major & ſanior pars conſentiant; Idque con-

c. Quia propter & c. Coram h. t. c. Cumana 50. eod. c. In Geneſi 55. Eod. d. c. Quia & c. Eccle-

Digitized by Google

…a. veſtra eod. conjunctim, ut non ſufficiat a majore parte factam eſſe electionem, niſi eadem ſit & ſanior.

4. *Quæ dicitur major & ſanior pars?*

Major pars eſt, ubi eſt major eligentium numerus, qui & majorem Capituli partem conſtituat, & in quo contineatur ipſe, qui eligitur. Sanior pars ſpectatur ex eligentium auctoritate ac zelo. Auctoritas conſiſtit in ætate, dignitatibus & majoribus ordinibus eligentium. Zelus vero ex eo colligitur, quod elegerint bono zelo ducti ac ſemotis affectibus, non conſanguineos aut affines, ſed pro meritis electi.

5. *Ad Electionem qui evocandi?*

c. 18. 28. 35. & aliis h. t. c. ſi quis juſto 46. c. Abſens eod. in 6. Vocandi omnes, qui de collegio ſunt & qui ſunt, & qui eligere poſſunt, etiam abſens, adeo ut vel uno præterito aut ſpreto, electio, niſi ille eam ratam habere voluerit, poſſit infirmari. Abſens autem, quia aliquo caſu ad electionem accedere fuerit impeditus, votum ſuum uni de Capitulo, vel pluribus in ſolidum, non etiam extraneo, demandare poteſt. Et ex pluribus ſic conſtitutis præferri is debet, qui pri-

Digitized by Google

prior fuerit, vel ſi nullus prior appareat, quem Capitulum elegerit.

6. *Qui igitur eligere poſſunt?*

Omnes, qui ſunt de collegio, cui Prælatus, quæritur, integræ famæ & opinionis, vel qui ex conventione aut præſcriptione jus eligendi ſibi acquiſiverunt, vel ſaltem in ejus quaſi poſſeſſione ſunt: niſi nominatim prohibeantur, ut majori excommunicatione ligati, ut ſuſpenſi ab Ordine interdicti aut irregulares; ut laici, ſive ſoli, ſive una cum Canonicis, utpote in quos nec conventione nec conſuetudine jus eligendi cadere poteſt. Legimus tamen olim non ſolum Clericos, ſed etiam populum ſuffragia dediſſe, licet incerto ſæpe clamore, Principemque aliquando ad compeſcendum populum partes hic ſuas habuiſſe: verum utrumque poſtea immutatum fuit. Niſi quod in quibuſdam Regnis ac Provinciis penes Principem ſit jus nominationis, per quam & ad Epiſcopatum & ad primarias quaſdam dignitates præſentare ſolet perſonam idoneam a Pontifice confirmandam. Item eligere prohibentur jus ſuffragii nondum habentes, ut qui nec dum ſunt Subdiaconi, vel non promoti ultra annum ad Ordinem ſacrum, beneficio, quod obtinent, annexum: nec in

2. Scriptum 40. h.t. & c.8. inf. de cauſa poſſ. c. 8. verſ. quia nobis ſup. d. conſuet. & c. 16. in fin. hoc. t. c. 56. qu.tit. 41. eod. can. Epiſcopo diſt. 24. can. Nulla diſt. 26. can. Adrian. diſt. 63. can. non eſt & can. Ludovicus ad diſt. Clem. Ut ii de ætate &

qual. ord. in Monaſteriis nondum profeſſi Religio-
c.32. in fine nem, neque laici etiam profeſſi.
h. t. in 6. C.
7. h. t.

7. *Qui eligendi?*

Eligendi ſunt ad dignitatem Eccleſiaſticam idonei moribus, doctrina, ætate, ex legitimo matrimonio nati, nec crimine aliquo aſperſi, non ſuſpenſi &c. Et quidem S. Pontifex a collegio Cardinalium; (in cujus tamen electione quædam ſunt ſpecialia, ut quod abſentes non ſint evocandi, ſed tantum exſpectandi ad decem
c. 6. h. t. & dies, quodque hic non teneat electio, niſi
c. 3. eod. quæ conſenſu duarum partium facta eſt,
in 6. aliaque) Epiſcopus a Capitulo, niſi eum
c. 2. d. nominet & adſumat S. Pontifex, ut paſſim
preb. in 6. ſic in Italia: Abbas a religioſis ſui Mona-
conc. Trid. ſterii.

Seſſ. 26.
can. 8. de
Sacr. Ord.

8. *Quid ſi ſcienter aliquis inidoneus atque indignus electus fuerit?*

Tunc qui talem elegerunt, per triennium ſuſpenduntur a beneficiis ſuis Eccleſiaſti-
c. 26. h. t. c. cis; inſuperque amiſſa pro ea vice eligen-
35. eod. c. di poteſtate, devolvitur ea ad alios ejus-
7. in fin. dem Capituli vel collegii etiam numero
& c. n. 5. pauciores; vel ſi omnes peccaverint
eod. c. 41. & indignum elegerint ad Superiorem.
eod. Quemadmodum & eo caſu ad ſuperiorem
fit

fit devolutio, quando Electores per tres menſes continuos negligunt providere Eccleſiæ viduatæ de Prælato. Quinimo ſi & ipſe Superior fuerit negligens, ab eo quoque fit devolutio, donec deveniatur ad S. Pontificem, a quo non eſt locus devolutioni, cum ſuperiorem non habeat.

9. *Quid eſt Confirmatio?*

Eſt juris per electionem quæſiti a Superiore facta corroborativa declaratio, per quam contrahitur inter Epiſcopum ſeu Prælatum & Eccleſiam matrimonium ſpirituale perfectum, licet nec dum per conſecrationem conſummatum. *Peck. ad c. 1. de R. I. in 6. n. 14.*

10. *Intra quod tempus petenda Confirmatio, & quod jus tribuit electo?*

Intra tres menſes poſt conſenſum præſtitum electioni, ſi nullum juſtum obſtet impedimentum; idque cum cauſæ cognitione, & examine ad amuſſim faciendo in vitam & mores, reliquasque qualitates electi, vocatis ad hoc iis, quorum intereſſe poteſt, factaque omnibus poteſtate contradicendi & electionem impugnandi. Tribuit vero confirmatio electo jus quaſi plenum adminiſtrandi & exercendi ea, quæ ſunt juriſdictionis, non quæ ſunt ordinis. *c. fin. h. t. in 6.*

Nam

Digitized by Google

c. 25. h. t. c. ult. in f. de Transl. Ejusd. Vi- de inf. tit. de temp. ord.

Nam hæc poteſtas ei demum conceditur per conſecrationem, qua matrimonium ſpirituale inter Epiſcopum & Eccleſiam intelligitur conſummari.

(Quid apud nos obtineat ex inſtrumento Pacis ſuperius monitum eſt.)

De Translatione Epiſcopi.
TIT. VII.

Translatio hæc ſpeciem continet poſtulationis, quia nihil aliud denotat; quam qualiter Epiſcopus, relicta priori ſua Eccleſia, posſit præfici alteri Eccleſiæ.

1. *Quomodo igitur ſit hæc Translatio?*

can. Epiſcopum & alios VII. q. 1. c. fin. ſup. de poſtul. & c. 1. in f. d. Cler. non reſid. can. ſcias VII. q. 1. c. 2. & 3. in fin. hoc t.

EA fit, quando Epiſcopus de Eccleſia, quam obtinet, ad aliam Eccleſiam auctoritate S. Pont. poſtulante id Eccleſiæ necesſitate, vel ob evidentem utilitatem, transfertur. Idque per viam poſtulationis, id eſt, non aliter, quam ſi collegium, a quo expetitur, apud Superiorem ſupplicet pro translatione.

2. *Auctoritas S. Pont. cur hic neceſſaria?*

Quia alias ſaperet ea res notam aut incon-

Digitized by Google

conſtantiæ, aut ambitionis, aut avaritiæ. Deinde inter Epiſcopum & Eccleſiam initum eſt ſpirituale quoddam matrimonium (id quod & geſtamen annuli indigitat) quod nemo ſolvere poteſt niſi S. Pont. quemadmodum & ſolus matrimonium corporale diſſolvit. Quod verum eſt, licet Epiſcopus nec dum ſit conſecratus, ſed electus & confirmatus tantum, quia ſic matrimonium ſpirituale ratificatur. Secus, ſi tantum electus. *c. ult. h. t. c. 6. in f. de renunciat.*

(Pontificis autoritas apud nos non eſt ulla.)

3. *Quid ſi ſponte ſeu proprio ſenſu Eccleſiam ſuam deſerat?*

Tunc amittet utramque, & propriam, quam arroganter ſprevit ac deſeruit, & alienam, quam contra jus & per avaritiam ambivit. *d. c. 3. in fine hoc t.* Nec abſimili ratione ſimile in Clericis inferioribus ſtatutum eſt, ut nec illi, ſive venia ſaltem ſui Prælati, alio migrare poſſint; & in Monachis, ne eis monaſterium, in quo profeſſi ſunt, liceat deſerere, & ad alia transmigrare. *can. Non oportet & can. Siquis VII. q. 1. Nov. 3. Nov. 5. & 13.*

De auctoritate & uſu pallii.

TIT. VIII.

Eorum, qui per poſtulationem aut elec-

ctionem præficiuntur Eccleſiis, præter Papam, ſoli Patriarchæ & Archiepiſcopi (& interdum ex privilegio vel conſuetudine etiam Epiſcopi) jus habent geſtandi inſigne ſuæ dignitatis, quod vocatur Pallium.

c. 15. in pr. in f. De præſumpt.

1. *Quid eſt Pallium?*

c. 4. in fin. ſup. De elect.

Eſt ornamentum de corpore B. Petri ſumptum, Pontificalis officii plenitudinem conferens. Ideo vero dicitur ſumi de corpore B. Petri, vel quia ſuper Altare D. Petro dedicatum benedicitur & conſecratur, vel quia a Romana Eccleſia proficiſcitur.

2. *Confertne ſolus Pontifex hoc Pallium?*

c. antiqua De Privil.

Etiam Patriarchæ, puta Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus illud conferunt Archiepiſcopis, qui eis ſubſunt; non tamen citra Pont. Romani auctoritatem, a quo ſolo & ipſi Pallium hoc petunt & accipiunt.

3. *Quando & quo loco licet uti Pallio?*

c. 4. h. t. *c. ult. eod.*

Summus Pontifex ſemper & ubique in Miſſarum ſolemniis eo uti poteſt, pro plenisſima poteſtate, qua fungitur in univerſam Eccleſiam: reliqui vero Antiſti-

tiſtites non niſi in certis diebus ſolemnibus, & in qualibet ſuæ provinciæ Eccleſia. Eoque nec dum impetrato exercere, quæ ſunt ordinis ſui, nequeunt, veluti Concilium cogere, Chriſma conficere, Ordines conferre. In hoc enim conſiſtit plenitudo poteſtatis officii Epiſcopalis; quam per conſecrationem acquirit Epiſcopus, per traditionem vero Pallii Archiepiſcopus. *c. Quod ſic ut 28. ſup. delect.*

Licetne alteri communicare Pallium?

Non licet, quia conceditur perſonæ, quamvis ratione Eccleſiæ nec perſonam Archiepiſcopi egredi poteſt; ne quidem ſi ad alteram Eccleſiam transferatur, ſed aliud exſpectare debet, & cum hoc poſteriori ſepeliri. *c. 2. hoc tit. c. 4. in fine ſup. de poſtul. Prel. d. c. 2.*

(Archiepiſcopi & Epiſcopi Auguſtanae confeſſionis vi pacis religioſæ & pacificationis Oſnabrugenſis, pallium a Pontifice Romano petere non tenentur. *d. art. 5. §. 5. & 6.*

De Renunciatione.

TIT. IX.

Expoſitis modis, quibus acquiruntur dignitates Eccleſiaſticæ; ſequitur de Renunciatione, qui eſt modus abdicandæ hujusmodi dignitatis, & communis

munis eſt cum aliis beneficiis Eccleſiaſticis.

1. *Contingitne aliis modis amitti & vacare dignitates Eccleſiaſticas, quam per renunciationem?*

Contingit ſane; ut Primo per mortem naturalem, quæ omnia ſolvit. II. Per mortem civilem, ut ſi quis Monachus fiat, id eſt, emiſsionem voti in Religione approbata faciat. III. Per promotionem, id eſt, adeptionem pacificam alterius beneficii, quod cum priori ſit incompatibile. Sic electus Epiſcopus mox a die confirmationis amittit omnia priora beneficia. IV. Per viam voluntariæ permutationis. V. Ob varia etiam crimina amittuntur dignitates Eccleſiaſticæ, ſi non ſtatim ipſo jure, ſaltem eatenus, ut cauſa cognita deponi posſit. Denique Renunciatione, quemadmodum hic explicat S. Pont. qui cum prædictis omnibus ſub uno vocationis nomine contineri videtur.

c. 3. h. t.

c. Cum in cunctis ſup. De elect.

2. *Quid igitur eſt Renunciatio?*

Eſt abdicatio ſpontanea beneficii Eccleſiaſtici, vel juris ſibi competentis, apud Superiorem Canonice facta.

3. *Quid*

3. *Quid requiritur ad hoc, ut valida ſit renunciatio?*

Requiritur inprimis, ut ſit libera, non vi nec metu extorta, nec etiam falſa perſuaſione ad hoc inductus renuncians, & cum permiſſu Superioris, qui vel eſt S. Pont. quoad renunciantes, Epiſcopatibus aut etiam aliis dignitatibus Epiſcopatu inferioribus, ſi renunciantes fuerint exempti, id eſt Epiſcoporum ordinaria juriſdictioni ſoluti, ſolique Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti; vel a quibus dignitates & beneficia Eccleſiaſtica obtinentes confirmati ſunt, aut inſtituti. *c.2.3. & 4. De his, qui vi metusve cauſa. c. Lecta per. hoc tit. c. ult. eod.*

(Neque quoad renunciationem Epiſcopatuum in noſtris terris ullum jus pontifici competit.)

4. *Cur hic Superioris licentia ſeu conſenſu opus eſt?*

Juris quidem eſt ordinarii, ut in privatis quilibet res ſuas libere poſſit abdicare, verum in beneficiis Eccleſiaſticis etiam minimis aliter obtinet; quia omne beneficium habet adjunctum officium & miniſterium propter quod & datur: cui (utpote publico, & in quo magis ſpectatur Eccleſiæ utilitas, quam privatum renunciantis commodum) Clericis ſe abdicare ſine Superioris permiſſu non poteſt: *c. ult. De reſcript.*

eſt: non magis quam miles ſine conſenſu ſui ducis deſerere militiam, cui ſemel adſcriptus eſt. Si tamen beneficium ſit juris patronatus laici, etiam conſenſum patroni, ſaltem ex honeſtate, ſunt qui requirant.

l.2.& alii. D. de re milit.

5. Renunciatio huiusmodi ex quibus cauſis fieri ſolet?

Non ex qualibet cauſa; ut ſi quis forte ſenium alleget, qui tamen Eccleſiæ ſuæ utilis eſſe poſſet: verum ſi una ex his ſex cauſis concurrat, ut conſcientia alicuius gravis criminis, magna corporis debilitas, defectus ſcientiæ, malitia plebis, quæ Epiſcopum ſuum nullo modo pati poſſit, graue ſcandalum, quod vitari debet, & irregularitas.

c.1. hoc tit. *c. Niſi 10. in pr. eod.*

6. Si quis ergo propria auctoritate ceſſerit, an beneficium perdet?

Nequaquam; quia ſaltem beneficii proprietas penes eum remanet. Quamvis etiam beneficium reſpectu ejus, qui illud privatim reſignat, intelligatur vacare, quia, quantum in ſe fuit, deſertorem egit: iſta tamen ceſſio reſpectu Eccleſiæ, adeo non eſt alicuius momenti, quin deſertor in ordinem redigi poſſit, & ut ſuo munere fungi pergat, per ultionem Canonicam impelli.

c. Nuper. 4 in f. de bigam. non ordin. c. Admonet. t. h. t.

7. Re-

7. Renunciatione ſemel admiſſa daturne pœnitenti regreſſus ad idem beneficium?

Non datur; quia renunciatione ex juſta cauſa ſemel admiſſa, manet cauſa, etiamſi renunciantem ejus pœniteat. Adeoque ſi abitum differat, cogi poteſt abire. Si tamen iterum ad idem beneficium eligi eum contingat, non prohibetur redire. *c. 3. h. t.* *c. Quidem 12. eod. 2. eod.*

8. An & S. Pontifex renunciare poterit Pontificatui?

Poteſt: quod enim dicitur, renunciationem debere fieri auctoritate Superioris, quem Pontifex non habet, intellige, ubi eſt Superior.

(Pontificem ſubjectum eſſe debere Imperatori aſſerimus.)

De ſupplenda negligentia Prælatorum.

TIT. X.

Quod ſi Prælati vel alii inferiores, etiam jus eligendi vel præſentandi habentes, munere ſuo non fungantur, tunc Superior vices eorum ſupplere debet.

1. Intra quod tempus electio, collatio, aut præſentatio ad beneficia Eccleſiaſtica fieri debet?

IN Epiſcopis quidem, & Cœnobiarchis, ſeu *c. Ne pro*

defectu 41. ſeu Prælatis regularibus, id peculiare eſt, ut intra tres menſes eligi debeant. Aliis vero dignitatibus & beneficiis præfixum tempus ſemeſtre. Quod exceptionem patitur in patronis laicis, quibus tantum quatuor menſes ad præſentandum dati ſunt, qua de re dicetur infra ad tit. *De jure patron.*

ſup. De elect. c. 2. & c. Dilectus c. 2. De conceſſ. preb.

2. *Quid ſi intra prædictum tempus Prælati, collatoresve fuerint negligentes?*

Tunc jus eligendi, conferendi, præſentandi, tanquam caducum devolvitur ad proximum ſuperiorem; v. g. Epiſcopo negligente fit devolutio ad Archiepiſcopum, & ab illo, ſi negligens quoque fuerit, gradatim aſcendendo ad S. Pontificem. Ipſi vero negligentes, ſi elapſo ſemeſtri nihilominus ad electionem aut collationem proceſſerint, nihil jure agunt; quia ſtatuto tempore elapſo non eſt amplius poteſtas conferendi. Neque enim convenit Eccleſiæ, ut aut diu vidua ſit, & ſit lupis expoſita, aut miniſtris neceſſariis deſtituta.

c. 2. & ſeq. hoc tit. c. pen. & ult. eod.

d. c. 41. ſup. De elect. & c. 2. h. t.

3. *Semperne devolutio fit ad Superiorem?*

Aliter & quidem peculiariter videtur conſtitutum in Eccleſiis Cathedralibus, ut jus illud non ad ſuperiorem, ſed velim ad

Digitized by Google

ad ſocios deferatur, hoc eſt, ſi Epiſcopus aliquando ſit negligens, ut tunc Capitulum eligat vel conferat, aut vice verſa. *c. 2. hoc. tit.*

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

TIT. XI.

Quemadmodum Archiepiſcopis confertur Pallium, in plenitudinem Pontificialis officii, ita cæteris Epiſcopis electis & confirmatis tribuit conſecratio plenum jus poteſtatis Epiſcopalis: & Clerici, jurisdictionem non habentes, per ordinationem divinis miniſteriis mancipantur.

1. *Quid hic intelligis appellatione Ordinum?*

ORdines proprie ſic dictos, eos ſcil. qui ritu ſolenni ab Epiſcopo conferuntur, & ad certum miniſterium, non quidem divini cultus, ſed ſacrificii referuntur. Alias enim improprie ſumptum hoc nomen tam late patet, ut omnes omnino fideles, qui quocunque modo domini obſequiis mancipantur, comprehendat. Qua ratione etiam primam Tonſuram appellare Ordinem licebit.

Digitized by Google

2. *Quotuplex ſunt ordines?*

Alii ſunt *Majores*, qui & *Sacri*, ut Presbyterii, Diaconatus, Subdiaconatus; quibus Canoniſtæ Epiſcopatum adjungunt, cum & Epiſcopi certo ritu ordinentur, ſicque nouum characterem cum gratia recipiant: alii *Minores*, non ſacri, ut Oſtiariorum, Lectorum, Exorciſtarum & Acolytorum, quibus iidem Canoniſtæ adnumerant Pſalmiſtas ſive Cantores; atque ita in univerſum nouem Ordines ponunt, uti hierarchiam Eccleſiaſticam conſtituentes. Theologi vero, quia conſiderant Ordines, uti ſe habent ad divinum ſacrificium, non diſtinguunt Epiſcoporum & Pſalmiſtarum Ordines ab Ordinibus Presbyterorum & Lectorum, atque ita ſeptem ordinibus contenti ſunt.

can. Presbyt. diſt. 22.

Vide Bellar. de Cler. lib. I. c. II.

3. *Qualiter hi ordinantur, & quod ſingulorum officium?*

Oſtiarii ſolemni ritu per traditionem clavium ad hoc ordinantur, ut templi curam gerant, illiusque fores claudant & aperiant. *Lectores* per traditionem codicis Teſtamenti ordinati, legebant quicquid in utroque Teſtamento legi debebat, & præſertim in nocturna olim liturgia.

can. Oſtiarii diſt. 23.

c. Lector. ead. diſt.

gia. *Exorciſtis* ritu quoque ſolemni per traditionem libelli, quo exorciſmi continentur, ordinatis, ex officio incumbit, Catechumenis & energumenis, qui a dæmone vexantur, manus imponere, & ſpiritus malignos profligare. Denique *Acolyti*, qui & *Ceroferarii*, per traditionem cerei & urceoli vacui ad hoc mancipantur, ut luminaria accendant, vinumque, dum calix præparatur, Sacerdoti ſubminiſtrent.

can. Exorciſta.

can. Acolytus ib.

4. *Qui & quibus Ordines conferunt?*

Soli Epiſcopi ſuis diœceſanis, nec ab aliis conferri poſſunt, niſi cum literis dimiſſoriis, id eſt, permiſſu proprii Epiſcopi. Abbas tamen ſuis Monachis, & his, in quos Epiſcopalem habet jurisdictionem, Ordines minores recte confert; imo interdum omnes.

c. 1. de ordin. ab eo [illegible] *2. de privil. in 6. c. 1. & 3. h. t.*

5. *Quibus temporibus & quoties in anno?*

Majores quidem, ut Presbyterii, Diaconatus & Subdiaconatus, non niſi ſtatis anni temporibus, diebusque; ſolemnibus nimirum in jejuniis quatuor temporum ad hoc ab Eccleſia indictis, Sabbatho ſancto ſeu pridie Paſchatis, & Sabbatho ante Dominicam Paſſionis; & non niſi unus uno die, ſub pœna ſuſpenſionis ab

c. 3. h. t. & can. ult. diſt. 75.

c. 13. & 15. hoc tit.

ab ordinandi poteſtate; niſi conferantur a S. Pontifice. Minores vero diebus Dominicis, & quolibet die feſto, uni aut pluribus, & quidem eodem die plures ſimul, aut etiam omnes; quamvis honeſtius foret intervalla ſervare.

c. 2. de eo qui furt. ord. ſuſc. d. c. 3. hoc tit. Conc. Trid. Seſſ. 23. can. 11.

6. *Conſecratio Epiſcoporum quando & intra quod tempus peti ac celebrari debet?*

Hac in re nulla quidem ſunt ſtatuta anni tempora a Canonibus præſcripta, quibus Epiſcoporum conſecrationem celebrari oporteat, ſed qualibet anni parte id fieri poteſt; attamen petenda intra tres menſes a die obtentæ confirmationis, niſi neceſſitas cogat, tempus hoc protrahi ulterius. Quod ſi intra tres primos menſes munus conſecrationis non ſuſceperit, tenebitur Epiſcopus ad fructuum interim perceptorum reſtitutionem. Si vero intra totidem alios menſes id facere neglexerit, jus ſibi electione & confirmatione quæſitum amittit.

can. Quoniam diſt. 75. & diſt. 100. Conc. Trid. Seſſ. 23. c. 1. 2. de reform. c. 2. inf. de translat. Epiſc.

7. *Conſecratio hæc quid, a quibus & qua forma celebranda?*

Conſecratio Epiſcopi eſt actus legitimus, qui per ſolennitates verborum & ſymbola ſeu ſigna exteriora, juxta formam,

mam, ſacris Canonibus præſcriptam, Chriſmate expeditur. Celebranda a tribus aliis ejusdem Provinciæ Epiſcopis, permiſſu juſſuque Archiepiſcopi ſeu Metropolitani, reliquis Epiſcopis aſſenſum ſuum præbentibus: quamvis conſultius foret, ſi ipſemet Archiepiſcopus una cum ſuis Suffraganeis munus hoc conſecrationis obiret, Archiepiſcopus autem ab omnibus ſuæ Provinciæ Epiſcopis in Sede Metropolitana eſt ordinandus. *c. 6. & 7. inf. de temp. ord. & can. Metropol. diſt. 63.*

(Quæ in h. & præced. tit. habentur, apud nos non obtinent, ut ſuo loco ſpeciatim exponetur.)

8. *Qualitas ordinandorum in quibus conſiſtit?*

Quod ordinari nequeant aliqua facti vel juris infamia laborantes, artes ludicras aut improbum fœnus exercentes, & denique omnes, quos Prætor edicto ſuo, de his, qui notantur infamia, comprehendit. Quod item ordinari prohibeantur Græci a Latinis, & contra, ob diverſos ritus Græcorum ac Latinorum, quos abſurdum eſſet commiſceri. Quod nec Religioſus ad Ordinem admittendus ſit ſine conſenſu ſui prælati; nec criminoſus, niſi crimen ſit occultum. *c. 9. & 11. hoc tit. c. ad aures 5. eod. c. 4. & ult. eod.*

De

Digitized by Google

De Scrutinio in ordine faciendo.

TIT. XII.

Pertinet hic Tit. ad quæſtionem, qua ratione Epiſcopus Ordines conferre debeat, nimirum præmiſſo examine, quod vocant Scrutinium.

1. *Quid igitur eſt Scrutinium?*

NOminis hujus non una ſignificatio eſt, modo enim accipitur pro ſcrutatione, id eſt, inquiſitione ſuffragiorum, quæ fit in electionibus: modo pro catechiſmo, quem Eccleſia primitiva facere conſuevit in baptizandis iis, qui habebant uſum rationis. Hic autem accipiunt pro quodam examine ordinandorum.

2. *Examen hoc cui præ cæteris incumbit?*

Archidiacono, quem ideo Epiſcopus ſolet interrogare, *An eum, quem exhibet ordinandum, ſciat eſſe dignum?* qui tunc reſpondet, *ſe ſcire dignum eſſe, quantum humana fragilitas patitur.*

3. *Qualiter fieri debet?*

Seſſ. 23. c. 7. de reform.

Hodie ex decreto Conc. Trid. feria quar-

quarta ante ordinationem ſolent evocari omnes ad civitatem, in qua fit ordinatio, ut per ipſum Epiſcopum & alios prudentes ac peritos ſibi adſcitos inquiratur in ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtructionem, mores, doctrinam & fidem.

De ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui.

TIT. XIII.

Occaſione ejus, quod dictum ante, Epiſcopum ſuis duntaxat, non etiam alienis ſubditis, conferre Ordines, ſubjicitur hic Tit.

1. *An igitur Epiſcopus, qui ſe Epiſcopatui abdicavit, poterit adhuc conferre Ordines?*

NEquaquam; fruſtra enim talis Epiſcopus Ordinem conferet, quandoquidem, qui eum acceperit, non ſit habiturus Ordinis ſibi collati executionem. Inſpici tamen hic debet mens ipſius renunciantis, ut, ſi renunciavit tantum loco ſeu diœceſi, non etiam dignitati, recte conferat Ordines vice alterius Epiſcopi ab eo rogatus, ſive minores ſive majores, quia renuncians Epiſcopus ma- *c.1. hoc tit.*

net

c.2.§.ſicut ſup. de tranſlat. Epiſc. net. Poteſt enim quis oneri Pontificali renunciare, & honorem Epiſcopalem retinere: quemadmodum & a Principe dignitates interdum conceduntur ſine adminiſtratione, quæ dici ſolent *quieta* *Caſſiod.6. Var. c.10. 11. & 12. c. 11. inf. de ætat. qualit. præfic.* *dignitates*, & *otiuſa cingula*. Secus, ſi renunciaverit loco ſimul & dignitati: ut tamen eo caſu adhuc recte minores conferat Ordines, quia eos etiam non Epiſcopos conferre poteſt, ut Abbas benedictus.

Dixi ſup. tit. 9.

2. *Quid ſi quis ſciens a tali Epiſcopo Ordinem ſacrum acceperit?*

Hoc caſu ordinatus characterem quidem Ordinis ſibi impreſſum accipit, attamen miniſtrare in eo Ordine prohibetur: *d.c. 1. & 2. hoc tit.* ſecus, ſi ignorans, quia poterit Epiſcopus ei gratiam adminiſtrandi facere: ſicut & ordinato ab Epiſcopo depoſito vel excommunicato.

De ætate & qualitate, & ordine præficiendorum.

TIT. XIX.

Exponitur hoc Tit. quæ veniant in examen ordinandorum, nimirum ætas, qualitas, ordo; ut ſcil. Eccleſiis vel dignitatibus præficiendi ſint ætatis legitimæ,

gitimæ, & ut Ordines habeant pro ejus beneficii qualitate, ad quod adſumuntur.

1. *Cujus ætatis eſſe debet ordinandus?*

INprimis, Tonſura Clericalis (quæ per antichreſin improprie Ordo dicitur) conferri nequit minori VII. annis, niſi ex devotione parentum Religionem ingrediatur. Ad alios minores Ordines adſpirare etiam ſeptenni permittitur, qui ſcilicet annos exceſſerit infantiæ. Niſi quod Concil. Trid. inſuper requirat, ut promovendi linguam Latinam calleant. Ad majores Ordines quod attinet, olim jure Pontificio ad Subdiaconatum anni XX. poſt XVIII. ad Diaconatum anni XXV. poſtea XX. ad Presbyteratum anni XXX. requiſiti fuere. Quod tempus, præſentis temporis conditionem perpendens, Conc. Trid. nonnihil auxit, in Subdiacono requirens annum XXII. in Diacono XXIII. in Presbytero XXV. ætatis inchoatum.

c. ult. de temp. ord. in 6.

can. Quicunque diſt. 77. & can. De his diſt. 88.

ſeſſ. 23. c. 11.

Seſſ. 13. c. 11.

2. *Quid ſi Epiſcopus aliquem ante juſtam ætatem ordinibus ſacris initiaverit?*

Tunc punitur & Epiſcopus, ſuſpenditurque a collatione Ordinum, & ordinatus

Digitized by Google

c. 14. ſup. De temp. ordin. Gl. ad Clem. ult. in V. anno de ætat. & qual. ord. Seſſ. 23. c. 6.

tus prohibetur ante legitimam ætatem in ordine ſuſcepto miniſtrare. Unde conſequens eſt, Epiſcopum non poſſe cum aliquo in ætate diſpenſare, ſed hoc petendum eſſe a S. Pontifice.

3. *Ad obtinenda beneficia ſimplicia quæ ætas requiritur?*

Jure communi Pontificio potuerunt conferri ſeptenni: at Conc. Trid. vetat ante XIV. annum beneficium poſſe obtineri.

4. *Quæ ad obtinenda beneficia non ſimplicia?*

c. cum in cunctis v. ſup. De elect. Seſſ. 24. c. 12.

Ad obtinendum Epiſcopatum ætas requiritur XXX. annorum: Ad Abbatias autem & dignitates Epiſcopatu inferiores debet quis attigiſſe annum ætatis XXV. ut & ad obtinendam Eccleſiam parochialem. Verum ad obtinendas dignitates & perſonatus, quibus cura animarum nulla ſubeſt, requiritur, ut quis non ſit minor annis XXII. ex definitione Conc. Trid. licet jus Pont. annum XX. requirere videatur.

5. *Quæ in Abbatiſſa, Prioriſſa, & aliis Præfectis Monialium?*

In his requirit Concil. Trid. ut præficien-

Digitized by Google

cienda eligatur non minor annis XI. & ut octo annis poſt expreſſam profeſsionem laudabiliter vixerit. *Seſſ.25.c.7. de Regula.*

6. *Quibus Ordinibus inſignitos eſſe oportet eos, qui dignitatibus præficiendi?*

In Epiſcopum nemo eligendus, niſi qui ſit Subdiaconus: nemo in Abbatem, Præpoſitum, Decanum, niſi Sacerdos, vel ſaltem idoneus, qui intra breve tempus ſacerdos fiat. Ad Eccleſiam denique Parochialem nemo adſumi poteſt, niſi Subdiaconus, & modo ſit idoneus ut brevi creetur Sacerdos. *c.9.h.t.c.1. & 5.eod.c.7. §. inferiora ſup. De elect.d. c.5.hoc tit.*

Qui in h. t. traduntur, noſtris in Eccleſiis non obſervantur: quid vero circa beneficia Eccleſiaſtica & præbendas, quas vocant, obtineat, ex ſtatutis collegiorum petendum erit. Cæterum Paſtores Eccleſiarum in noſtris terris ita conſtitui ſolent, ut 1. Patronus (*de quo lib. 3. tit. 38.*) idoneam perſonam Conſiſtorio nominet. 2. ut nominatus prævia exploratione eruditionis ac morum, ex confesſione Conſiſtorii, concionem δοκιμαστικὴν coram parochianis habeat. 3. Poſtquam Parochiani ſeu tota Eccleſia (quæ in urbibus in clero, magiſtratu & plebe eamve repræſentantibus conſiſtit) ipſum approbarunt. ac in ejus vocationem conſenſerunt, ad munus Paſtoris vocetur. 4. literis vocationis inſtructus ad examen Conſiſtorio præſentetur. 5. Impoſitione manuum & precibus adhibitis ſolennibus

Digitized by Google

in ædibus ſacris ordinetur, 6. a Principe confirmetur & 7. per Superintendentem & patronum, vel magiſtratum ejus loci inveſtiatur. Vid. latius Churfürſtl. Sächſ. Kirchen-Ordn. tit. von Beruff- und Annehmung der Kirchen-Diener. Fürſtl. Weimar. Kirchen-Ordn. *l. 2. c. 1. 2. & 3. Carpz. Jurisprud. Conſiſt. l. 1. def. 26. Dn. Seckendorff.* F. Statt *p. 2. c.* 13. Ratione ætatis in d. ordinatione Saxo-Vinarienſi c. 1. n. 5. hæc monentur: Es ſollen die Conſiſtoria ihre Auffſicht auch dahin richten / und verfügen / daß die wichtigen und volckreichen Pfarren nicht mit jungen / in praxi Eccleſiaſtica unerfahrnen / ſondern ſolchen Perſonen beſtellet werden / die zuvor im Predigt-Amt geweſen / ꝛc.

De Sacra Unctione.

TIT. XV.

Euſeb. lib. 10. *hiſt. Eccleſ. c.* 5. *Dion. Areop. de Hieron. Eccleſ. c.* 4.

In conſecrandis Eccleſiæ miniſtris peculiariter etiam uſum ſuum, eumque ſane antiquiſſimum, habet ſacra Unctio; nec alia ratio eſt, cur hoc loco Tit. iſte inſeratur.

I. *Quæ dicitur ſacra Unctio, & quotuplex eſt?*

SAcra Unctio eſt viſibile ſignum interius infuſæ gratiæ, qua cor, mentisque ſinceritas, ad obeunda rite miniſteria & officia, ſecundum cujusque vocationem, delinitur. Et eſt duplex, *Exterior*, eaque materialis & viſibilis, qua viſibi-

c. un. in pr. e. b.

ſibiliter inungitur corpus, & *Interior* qua inviſibiliter ad nitorem conſcientiæ conſervandum & divinam gratiam adipiſcendam, inungitur cor. Unctioque exterior & viſibilis, ſignum eſt interioris & inviſibilis.

2. *Oſtende uſum hujuſcemodi Unctionis.*

Inprimis Epiſcopi, dum conſecrantur *d. c. un. in* ſacro chriſmate (quod ex oleo oliva- *pr.* rum & balſamo conficitur) in capite & manibus inunguntur; oleumque nitorem denotat conſcientiæ, per balſamum vero odor bonæ famæ exprimitur: Sa- *d. c. un. §.* cerdotes autem reliqui, dum ordinan- *quia vero* tur, ſimplici oleo olivæ per Epiſcopum *d. c. un. §.* benedicto in manibus; ſicut & Chri- *unde in* ſtiani omnes, dum baptizantur inter ſca- *veteri d. §.* pulas & in pectore: item Reges & Im- *quia vero* peratores in brachiis & humeris, quo *Concil.* Principis deſignatur poteſtas. Eſt & ex- *Trident.* trema Unctio, ſive oleum infirmorum, *Seſſ.* 14. quo ægrotantis ſeu infirmi, de cujus mor- *c.* 3. te timetur, oculi, aures, nares, os, manus, pedes & renes, adhibita certa verborum formula, inunguntur; ut quicquid his membris peccatum fuerit, utpote vitio oculorum per viſum, vitio aurium per auditum, vitio narium per odoratum &c. id totum abſtergatur. De- *d. c. un. §.* nique ungitur & cum conſecratur altare, *fin.*

cum dedicatur templum; cum benedicitur calix. *De quo vide infra l. III. tit. XL.*

(Iſthanc unctionem nos non adhibemus.)

De Sacramentis non iterandis.

TIT. XVI.

Minus idonei ad Ordines ſuſcipiendos reperti, aut aliàs incapaces, repelluntur ab Ordinibus, quorum multa ſunt genera; ut inprimis ſemel ordinati.

1. *Cur ſemel ordinati iterum non ordinandi?*

Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 5. Propter characterem indelebilem per ordinationem animæ impreſſum; cum character iſte ſive poteſtas, per quam, mutato veluti ſtatu, deputatur homo ad novum Eccleſiæ miniſterium, ſit intra animum & ſic in ſubjecto incorruptibili, nec habeat contrarium, a quo poſſit corrumpi. Nam character Ordinis ſecum trahit poteſtatem activam, quæ nos efficit potentes, ut Sacramenta conficiamus & aliis adminiſtremus.

2. *Quid ſi conſtet quidem de actu, ſed aliquid pertinens ad ſolennitatem fuerit omiſſum?*

Non idcirco actus totus iterabitur, ſed id

Digitized by Google

id quod omiſſum caute ſuppleri ſtatis temporibus, quibus Ordinis conferuntur, debet. Talis eſt ſolennitas ſeu ceremonia in ordinatione v. gr. Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, impoſitio manus per errorem omiſſa; in confirmato, qui per errorem non chriſmate, ſed oleo ſacro fuit delinitus. *c.1. & ult. hoc tit. d. c.1. in princ.*

De Filiis Presbyterorum.

TIT. XVII.

Sunt & inter prohibitos ordinarii filii Presbyterorum, vel alias ex illegitimo toro nati.

1. Cur tales ordinarii prohibentur?

TUm, quia honor ſacerdotii ſeu dignitas Ordinis obſtat; tum quia metuit Eccleſia, ne filius illegitimus ſit ſimilis patri; tum etiam in deteſtationem paterni criminis, & ut hoc pacto ipſe pater puniatur in filio. *c. Inter dilectos in f. De exceſſ. Prælat. c. 14. hoc tit. arg. c. Vergentis in fine de haret.*

2. Quot & quibus caſibus hoc exceptionem patitur?

Tribus: nam primo admitti ad Ordines illegitimus poterit, ſi vitam monaſticam amplecti velit, favore Religionis, ut talis tamen ad præfecturas non admittatur.

c. 1. h. tit. tatur. II. Si Eccleſiæ neceſſitas, vel evidens ſaltem utilitas id poſtulet; idque non lege communi, ſed ex gratia & diſpenſatione. *c. Tanta 6. & c. 12. Qui filii ſunt legit.* III. Si filii illegitimi reſtituantur natalibus, vel per ſubſequens matrimonium, vel reſcripto Pontificis.

3. *Penes quos eſt diſpenſandi facultas?*

Diſpenſare poteſt Epiſcopus & promovere ad ordines minores tantum, ſi videat eos viros eſſe & doctos & probos, & per conſequens ad beneficia, ut vocant ſimplicia, quibus nec cura animarum nec dignitas eſt annexa. *c. 1. eod. in 6. c. ult. h. t.* Ad majores vero Ordines & ad majora beneficia ſolus Pontifex diſpenſat.

4. *Filius Presbyteri, cum quo hoc modo diſpenſatum eſt, poteſtne obtinere beneficium in eadem Eccleſia, in qua pater ſimile habet aut habuit?*

l. 15. h. tit. c. 3. 4. 5. 10. & 13. h. tit. Nequaquam; cum, ut Pont. ait, indecorum ſit, ut in altaris officio illegitimus filius impudico patri miniſtret. Et ne quidem illi Eccleſiæ filius inſervire poteſt, cui pater immediate præfuit: ne videatur velut hæreditario jure patri ſuccedere, quod Canones in beneficiis Eccleſiaſticis damnant omnino. *c. 11. h. t.* Imo neque

que etiam ex legitimo matrimonio natus patri in eadem Eccleſia ſuccedere poteſt, ob eandem hæreditariæ ſucceſſionis prohibitionem. Atque in his omnibus ſolus diſpenſat Pontifex. *c. 17. eod.*

(Noſtri ſacerdotes filios in conjugio generant legitimos, adeoque hi merito admittuntur.)

De Servis non ordinandis, & eorum manumiſſione.

TIT. XVIII.

Requirunt & SS. Canones inter alias qualitates miniſtrorum Eccleſiæ ingenuitatem, hoc eſt, ut ordinandus ſit liber, vel per domini manumiſſionem.

1. *Cur ſervi probibentur ordinari?*

PRohibitionis hujus duplex cauſa eſt; tum, quia honeſtas & dignitas Ordinis Eccleſiaſtici civili ſervorum (ut neque ſpuriorum) conditione deformari non debet: tum, ne per ejusmodi ordinationem Eccleſia, quæ cultrix & nutrix eſt juſtitiæ, debitis ſuis miniſteriis deſtituatur. Quod in tantum procedit, ut ſervus fugitivus forte, qui fraude aliqua, inſcio vel contradicente domino, ad ordines irrepſerit, deponi ab Eccleſia & domino reſtitui jubeatur. *c. 5. h. tit.* *c. 2. eod.*

2. Quid ſi ſervo manumiſſo operæ ſerviles a domino reſerventur, aut imponantur?

Talis ſervus a domino manumiſſus recte ordinatur, quippe conſecutus jam
c. 4. libertatem. Non obſtantibus operis reſervatis, vel de novo impoſitis; quia Eccleſia ac domini, dum manumittunt ſervos, ut ordinentur, operas non omnino ſerviles, ac honeſtati Clericorum minus convenientes, ſed ſpirituales, ingenuo Sacerdote dignas, reſervare poſſunt,
c. 4. eod. veluti domino ſuo horas Canonicas pſallere, item huic vel illi Eccleſiæ deſervire:
c. 5. eod. quo caſu, ſi quid tales in vita acquiſierint, id a morte cedit Eccleſiæ.

De obligatis ad ratiocinia non ordinandis.

TIT. XIX.

Præter ſpurios & ſervilis conditionis homines, ab Ordine Eccleſiaſtico etiam ſecluduntur, qui propter negotia aliena geſta rationibus reddendis ſunt obnoxii, puta procuratores, quæſtores, tutores ac curatores pupillorum.

1. Cur tales ordinari prohibentur?

RAtio prohibitionis peti poteſt tum ab Eccle-

Eccleſia ipſa, tum a creditoribus, quibus reliquum debetur, quique ita jure ſuo fraudabuntur, ſi debitoribus, qui ſe negotiis alienis ſentiunt eſſe intricatos, & ſolvere nolunt, vel ſaltem ſolutionem in fraudem creditorum differre cupiunt, permittatur, ut ad Ordines ſacros properent, & per conſequens ſeſe laicorum juriſdictioni ſubtrahant, certo ſcientes, quod Clericus jam factus conveniri apud tribunal Eccleſiaſticum debeat. Unde & ignominiæ nota aliqua redundare poſſet in Eccleſiam, quaſi illa tales reliquatores ad Ordines ſacros admittendo, in ſuam eos protectionem reciperet ac foveret.

c. 11. De foro compet.

c.un.h.tit. & can.Legem diſt. 83.

De corpore vitiatis non ordinandis.

TIT. XX.

In ordinatis non tantum dotes animi & ſcientia literarum concurrere debent, ſed & corporis diſpoſitio neceſſaria eſt, ut quis ſacris initietur, aut initiatus ea adminiſtret.

1. *Qui dicuntur corpore vitiati?*

QVi defectu membri alicujus vel notabili deformitate vel debilitate, aut gravi aliquo morbo laborant, veluti leproſi, paralytici, epileptici &c.

2. *Quis*

2. *Quis defectus obſtat ordinationi?*

c. cult. hoc t. & c. 2. de Cler. ægrot. Defectus membri, quo miniſterium Ordinis, ad quem quis aſpirat, impeditur; ut ſi Sacerdos fieri velit, qui pollice careret, vel digitis ad celebrandum neceſſariis, vel altero oculo, ac potiſſimum ſiniſtro, quem *oculum Canonis* vocant.

3. *Quid ſi defectus bujusmodi ſacram non impediat functionem?*

Repellitur nihilominus defectuoſus promoveri deſiderans, ſi defectus notabilem & ſcandalo dignam deformitatem ſecum trahat, ac multo magis, ſi utrumque ſimul concurrat: veluti Presbyter, cujus duo digiti cum medietate palmæ a prædone abſciſſi erant, non permittitur d. c. 2. miſſam celebrare; *quia nec ſecure*, inquit Pont. *propter debilitatem, nec ſine ſcandalo, propter deformitatem membri, boc fieri permittimus.*

4. *Quid ſi amisſio membri tale ſit vitium, quod neque functionem impediat, neque notoriam babeat deformitatem?*

Vitium ejusmodi etiam eo affectos rejiciet ordinari cupientes, ſaltem tantiſper, donec a S. Pontifice gratiam diſpenſationis

Digitized by Google

nis obtinere meruerint: veluti qui non quidem caſu, ſed vel facto proprio, aut juſſu, vel culpa ſeipſos caſtraverint.

De Bigamis non ordinandis.

TIT. XX.

Bigami quoque non minus, quam corpore vitiati, vel ex illegitimo toto nati, ſunt irregulares, id eſt, tam ſacrorum Ordinum, quam miniſterii, quod illis annexum eſt, incapaces.

1. *Quid eſt ergo Bigamia?*

Eſt irregularitas impediens ordinationem, ex defectu Sacramenti procedens; ut ſi ſecunda ducatur uxor, aut vidua. *c.1.& 2. h. t.c.33. in f. De teſtibus.*

2. *Quotuplex eſt Bigamia?*

Triplex, Vera ſeu proprie dicta, Interpretativa & Similitudinaria ſeu metaphorica.

3. *Quæ dicitur vera Bigamia?*

Quæ ex duplici & iterato proprio reſultat matrimonio; ut ſi aut maritus duas habuerit uxores, aut uxor duos maritos, aut viduus ducat viduam. *c.3. h.t.*

4. *Quæ*

Digitized by Google

4. *Quæ interpretativa?*

Quæ juris tantum interpretatione cenſetur eſſe bigamia: veluti ſi quis, vivento priori & vera uxore, de facto & cum infamia aliam ducat, cum jure poſſit; aut ſi quis de facto, & ſic nulliter, duas ſimul ducat uxores, ex quibus, obſtante conſanguinitatis vel alio impedimento, neutram habere poſſit.

5. *Quæ ſimilitudinaria?*

Quæ quidem ex duobus oritur matrimoniis, verum altero metaphorico ac ſpirituali, altero carnali, eoque non jure, ſed de facto contracto: v. gr. quicunque ſacris initiantur Ordinibus aut votum continentiæ emittunt, eo ipſo intelliguntur metaphorice cum Chriſto conjugium contraxiſſe; ac proinde, ſi Deo ſic mancipati de facto contrahant & conſument matrimonium, bigami quoad legem promotionis reputantur. Dico, de facto; quia jure non poſſunt, cum tale matrimonium ſit nullum ipſo jure.

6. *Quæ igitur eſt cauſa, quare bigami ordinari prohibentur?*

c. Hac ratione &c. *Quomodo* Duæ ſunt hujus rei cauſæ: altera moralis, in eo poſita, quod bigamus vitio ſeu affe-

affectu perpetuæ incontinentiæ laborare præſumatur; altera, eaque primaria, myſtica ſeu ſpiritualis, quia hoc ipſo, quo fiunt bigami prærogativa ſacerdotii exuuntur ob defectum Sacramenti. Nam matrimonium ex primæva ſua inſtitutione conjunctionem deſignat Chriſti cum Eccleſia. Quæ quidem ſignificatio matrimoniis omnibus eſt communis, verum eminentiori modo convenit monogamiæ ſeu primis nuptiis, ut deſignet conjunctionem unius Chriſti D. N. qui per incarnationem dignatus eſt contrahere cum unica ſua ſponſa Eccleſia Catholica: cujus defectu merito prohibentur ad eum gradum aſcendere bigami, in quo aliis etiam monogamis ſeu nunquam conjugatis, Sacramenta ſint adminiſtraturi. Atque hujus miniſterii reſpectu Epiſcopos & Diaconos unius uxoris viros eſſe oportere, ait Apoſtolus Paulus.

XXXI. q. 1. & c. Propoſuiſti diſt. 81. Vide Cuyck. in Spec. concubin. c. 33.

7. *Sed numquid S. Pont. cum bigamis, ut ad ordines admittantur, diſpenſare poterit?*

Poſſe, tenet Hoſtien. quamvis alias cum bigamis contra Apoſtolum diſpenſare non liceat, ut vel ad ſacros Ordines promoveantur, vel in iis, ſi promoti fuerint, remanere poſſint.

arg. can. Quicunq; diſt. 50. c. 2. & 4. in fin. h. t.

(Biga-

(Bigami recte ordinantur.)

De Clericis peregrinis.
TIT. XXII.

Poſtremo ad tractatum ordinandorum pertinet & hic Tit. nam illud quoque optimo jure conſtitutum eſt, ne quis Epiſcopus peregrinis ſeu extraneis Ordines conferat.

1. *Qui dicuntur Clerici peregrini?*

QVi neque origine ſeu nativitate ſubſunt jurisdictioni Epiſcopi, neque beneficium aliquod Eccleſiaſticum obtinent, neque domicilium, id eſt, res ſuas collocatas habent in diœceſi ejus, a quo ordinem petunt; quæ tria conjunctim requiruntur.

c. cum nullus. de temp. ordin. in 6.

2. *Cur Clericum peregrinum ordinare permiſſum non eſt?*

Quia non licet Epiſcopo ad Ordines admittere aliquem non ſuum, id eſt, qui alterius eſt diœceſis, & alterius jurisdictioni ſubeſt, ſive ſit Clericus, ſive laicus.

tota diſt. 71.

3. *Clerici peregrini quando & qualiter admittendi ad adminiſtrationem ſacri miniſterii?*

Non aliter, quam ſi de eorum ordinatio-

tione legitime conſtet, vel per literas commendatitias (quas & formatas ac dimiſſorias vocant) vel per teſtes, aut alio modo. Concilium autem Tridentinum ſtatuit, ut nullus Clericus peregrinus ſine commendatitiis ſui Ordinarii literis ab Epiſcopo ad divina celebranda admittatur.

Can. Eccleſiis in fine diſt. 68. c. ult. diſt. 71. & diſt. 73. ubi exemplar. & forma eſt harum literarum.

De Officio Archidiaconi.
TIT. XXIII.

Deinceps de munere & officio eorum, qui in dignitate aliqua Eccleſiaſtica conſtituti ſunt, tractaturus Pont. incipit ab hoc Tit. De officio Archidiaconi.

Seſſ. 23. de Reform. c. 26.

1. *Quis dicitur Archidiaconus?*

ARchidiaconus (ita dictus, quaſi Princeps aut prior Diaconorum) eſt vicarius proximus ipſius Epiſcopi, & major eſt poſt Epiſcopum, qui omnibus ſub Epiſcopo præeſt, atque ordinaria jurisdictione fungitur. Et quia loco Epiſcopi per Epiſcopatum proſpiciens, quæ corrigenda viderit, corrigit & emendat, hinc *Oculus Epiſcopi* appellatur.

c. un. ſup. De ſcrut. in ord. f. 10. c. 1. hoc tit. c. 7. eod.

2. *Quod igitur officium eſt Archidiaconi?*

Digitized by Google

c.2.&3. Providere, ut officium divinum rite
b.t.c.7.& fiat, ut res Eccleſiæ ac ſacra cimelia be-
9.eod.c.6. ne cuſtodiantur; examinare ordinan-
eod. can. dos & ſiſtere Epiſcopo; inveſtire ſeu mit-
Non debe- tere in poſſeſſionem eos, quibus provi-
re diſt. 80. ſum eſt de beneficio; viſitare ſingulis an-
c. 42. §.9. nis ſuæ jurisdictionis Eccleſiam, unde &
C. de Epiſc. *Viſitatores* dicuntur, περιοδευταί.
& Cler.

De Officio Archipresbyteri.
TIT. XXIV.

Archidiaconum ſequitur Archipresbyter, qui quidem, ſi dignitatem & jurisdictionem ſpectes, minor eſt Archidiacono; attamen Ordinis habita ratione, etiam quilibet Presbyter eſt major Archidiacono.

1. *Quis dicitur Archipresbyter?*

QVi ceteris præeſt Presbyteris, ſive in civitate, ubi ſedes eſt Epiſcopi, & Eccleſiis majoribus, ſive in parochiis ruri exiſtentibus. Unde Archipresbyterorum alii ſunt *Urbani*, alii *Rurales*, ſeu *Foranei*, qui & *Plebani* ſeu *Decani Rurales* dicuntur, vulgo *Decani Chriſtianitatis*. Perſimiles illis Presbyteris, qui olim vocabantur *Choriepiſcopi*, vicesque Epiſcoporum ruri ſubibant.

c. 2. h. tit. — can. Legimus diſt. 98.

2. *Quod*

2. *Quod eſt Officium Archipresbyteri Urbani?*

Inter alia hoc ejus eſt officium, Miſſarum ſolennia in Epiſcopi abſentia celebrare, cantumque Horarum auſpicari, Orationes, quas vocant collectas, recitare, benedictiones impetiri: eamque in Eccleſia metropolitana aut cathedrali habet facultatem, quam fere quilibet Presbyter in ſua Parochia. *c. 1. 2. & 3. h. t. can. 1. & Presbyteri diſt. 25.*

3. *Quod eſt officium Archipresbyteri Ruralis?*

Non ſolum vulgi, verum etiam Presbyterorum curam gerere, & qua quisque induſtria divinum opus exerceat, Epiſcopo ſuo renunciare. Cujus etiam decreta in parochiis per ſe vel alios executioni mandabit. *c. ult. h. t.*

De Officio Primicerii.

TIT. XXV.

Hujus quoque olim fuit dignitas certa; eique jus quoddam coërcendi annexum.

1. *Quis dicitur Primicerius?*

PRimicerius hoc loco dicitur Cantor ſeu Præcentor, ſic dictus, quia primus

in cera erat deſcriptus, in qua pſallentium ordo deſcribi ſolet. Quamvis alii putent, ſimplex eſſe vocabulum, non compoſitum, & *cerius* nihil ſignificare, ſed tantum eſſe productionem ſive additamentum. Deſignati alias hoc nomine ſolet is, qui in dignitate aliqua eminet ſeu primus eſt: unde *Primicerius menſorum*, *Primicerius Fabricæ*, *Primicerius Notariorum* &c.

l. 1. C. De menſorib. lib. 12. & l. 1. C. De fabricenſ.

2. *Quod eſt officium Primicerii?*

Præeſſe Diaconis, & cæteris Clericis tum in moribus, tum in officio divino, ac præcipue in cantu dirigendo, atque adſignando ea, quæ alii carere debeant. Sunt autem illi *Præcentores*, qui principium faciunt Pſalmodiæ, *Succentores*, qui Pſalmum Davidis juxta totum Antiphonæ inchoant, & *Concentores*, qui totam Pſalmodiam univerſo Choro abſolvunt.

c. un. h. t.

De Officio Sacriſtæ.

TIT. XXVI.

1. *Quis dicitur Sacriſta.*

NOmen habet a ſacris, quarum rerum cuſtodia illi incumbit, alias vocatur *Theſaurarius*, à theſauri ſacri cuſtodia, item *Cuſtos ſacrorum vaſorum*.

l. Sancimus 21. C. De SS. Eccleſ.

2. *Quod*

Digitized by Google

2. *Quod igitur ejus officium?*

Præter vaſorum ſacrorum, veſtium conſecratarum, & id genus aliorum ornamentorum cuſtodiam, etiam luminarium in ſacrario præparandorum, thuris incendendi, baptiſterii inſtituendi, & aliorum quorundam cura ei committitur. Eadem ratione dicitur alibi *Cellerarius*, qui in monaſteriis veluti Oeconomi & diſpenſatoris munere fungitur; pro quo tamen aliis legendum videtur *Cellarius.*

c. un. h. t. can. Prælectis §. ad theſaurarium diſt. 25. c. 6. §. 1. in f. de ſtatu Monach.

De Officio Cuſtodis.
TIT. XXVII.

1. *In quo Cuſtos diſtinguitur a Sacriſta?*

QVod Sacriſta eorum cuſtodiam habeat, quæ ad uſum altaris & miniſtrorum Eccleſiæ ſpectant; Cuſtodis cura verſetur in palliis vel linteaminibus altaris & cæteris id genus, quæ ad Eccleſiæ ornatum & decus ſpectant.

2. *Quod ergo officium eſt Cuſtodis?*

Non tantum ornamenta Eccleſiaſtica curare, & cuſtodire ea, quæ ipſi commiſſa ſunt, verum etiam ad Horas Canonicas pulſare, lampades accendere & ex-

tinguere, oblationes & eleemoſynas ſingulis Clericis diſtribuere ac procurare, ut omni tempore ad miſſam habeat præparatum panem & vinum.

c. 1. & 2. h. t.

De Officio Vicarii.

TIT. XXVIII.

Dictum de officiis eorum, qui ab Epiſcopo vel Canonicorum collegio in partem ſollicitudinis peculiariter adſumti proprio quaſi munere funguntur, & non niſi abuſive & improprie dici Vicarii poſſunt: ſequitur nunc de Vicariis quibusdam proprie dictis, id eſt, qui ab aliis adſumpti, non proprium, ſed alienum, ſeu quod alteri ex officio incumbit, munus peragunt.

1. *Quis ergo dicitur Vicarius?*

Vicarius eſt, cui mandata eſt jurisdictio, quam exerceat alterius nomine ſive voluntariam, ſive contentioſam.

2. *Qui, & quibus ex cauſis, inſtituere Vicarium poſſunt?*

Inprimis Epiſcopi, qui per quotidianas occupationes officio ſuo in omni parte

Digitized by Google

te ſupereſſe non poſſunt, triplicis generis Vicarios eligere ſolent, Suffraganeum, Officialem & Vicarium in ſpiritualibus. Tum etiam alii Epiſcopo inferiores, ut Canonicatum aut dignitatem Eccleſiaſticam in Eccleſia aliqua cathedrali obtinentes: ut Monaſteria, quibus Eccleſiæ aliquæ parochiales annexæ ſunt; ut alii beneficiorum poſſeſſores, qui per ætatem & per ſtudium, aut per graviores occupationes, aliamve legitimam cauſam impediti abſunt: qui omnes per vicarios Eccleſiis deſervire poſſunt, eosque vel temporaneos vel perpetuos, de quibus hoc Tit. præcipue agitur. *c. Exſtirpanda §. qui vero de præb.* *c. De Monachis eod. tit.*

3. *Quod eſt officium Suffraganei?*

Hic ſublevat Epiſcopum, a quo adſumitur, ſacros Ordines conferendo, baptizatos confirmando, altaria conſecrando & id genus alia exercendo; quæ peculiariter ipſi Epiſcopo competunt. Solet autem Suffraganeo, ne videatur promotus ſine titulo, adſignari locus in Græcia, vel alia Regione per infideles occupata.

4. *Quis dicitur Officialis Epiſcopi?*

Qui nomine Epiſcopi contentioſæ tantum jurisdictioni præeſt, cauſſasque, tam ci- *c. Non putamus de*

Digitized by Google

conſuet.in 6. Seſſ. 4. c. 10. civiles quam criminales cognoſcit, & eas dirimit. Requirit autem Concil. Trid. ut Officialis ſit vel Juris Doctor vel ad Licentiam promotus.

5. *Quis Vicarius Epiſcopi in ſpiritualibus?*

Quem Epiſcopus eligit ad hoc, ut in aliis cauſis ſpiritualibus, & ſic voluntariam jurisdictionem reſpicientibus, Epiſcopum ſublevet, nimirum confesſiones excipiendo, pœnitentiam injungendo, aliosque actus ſpirituales exercendo. Qui tamen actus etiam Suffraganeis, dum pares eſſe poſſunt, committi poſſunt. *c. Inter cætera 15. de off. ord.*

6. *Vicarius temporalis & perpetuus in quo conveniunt?*

Quod uterque jurisdictionem conſcientiæ, id eſt, confiteri volentes abſolvat, & pœnitentiam injungat.

7. *In quo differunt?*

Quod Vicarii temporarii inſtituantur ad modicum tempus, ut dum forte ſtudiorum cauſa abſens redeat, vel dum minor matureſcat. Vicarii vero perpetui dicuntur, quibus omnis Eccleſiæ cura alterius nomine commiſſa eſt. Quales Vicarius ſive Vicariæ perpetuæ ſunt *c. 2. & c. Præterea ſub. De æt. & qualit. præfic.*

inſtar

Digitized by Google

inſtar beneficiorum Eccleſiaſticorum, & ideo conſtitui non poteſt Vicarius perpetuus, niſi cum conſenſu Epiſcopi, qui eundem inſtituere debet; ut & alium quemlibet, cui eſt collatum beneficium. *c. Ex frequentibus, De inſtit.*

8. ***Poteſtne quis eſſe Vicarius perpetuus in diverſis Eccleſiis?***

Non magis quam quis geminam animarum curam, ſeu duas parochias obtinere poteſt: quia & in Vicariis perpetuis debet Vicarius per ſe ſervire, & ſi non ſerviat, compelli poteſt per detractionem fructuum, vel ipſarum Vicariarum. *c. 1. & 2. h. t.* *c. ult. eod.*

9. ***Poteſtne quis ſibi ſubſtituere alium Vicarium?***

Non poteſt, cum Vicarius non habeat officium ſibi mandatum, proprio nomine, ſed alieno: idque ratione induſtriæ ejus, quæ induſtria ita adhæret perſonæ, ut ab ea evelli non poſſit, quamdiu talis manet, & ne quidem licet ponas in alio, cui mandare vult Vicarius munus, æqualem eſſe induſtriam, aut etiam majorem, quia hoc non eſt Vicarii judicare, ſed ſuperioris. *c. 4. h. tit.*

De officio & poteſtate Judicis delegati.

Digitized by Google

TIT. XXIX.

Agitur deinceps de jurisdictione Eccleſiaſtica contentioſa, ac Judicibus Eccleſiaſticis, qui foro contentioſo præſunt, quorum Judicum tribus ſequentibus Tit. tria proferuntur genera, ſcil. Delegati, Legati & Judicis ordinarii.

1. *Quis dicitur Iudex delegatus?*

JUdex delegatus eſt Judex, qui jurisdictionem habet contentioſam, non jure ſuo, ſed ab alio ſibi mandatam, eamque exercet alieno nomine.

2. *Quot modis accipitur hic nomen Delegatus?*

Duobus modis: ſcil. interdum proprie, pro eo, cui poteſtas judicandi mandata eſt, non in univerſum, ſed in una aliqua cauſſa, vel etiam in pluribus, ſed certo numero definitis; qualem Judicem textus juris civilis ſæpius appellant Judicem datum vel pedaneum, cujus jurisdictio lata ſententia exſpirabat. Interdum improprie pro eo, cui univerſa jurisdictio mandata eſt vel certum aliquod genus cauſſarum, quem jus civile vocat Judicem, cui mandata eſt jurisdictio, *de quo toto tit. D. de eo, cui mandata eſt jurisd.*

toto tit. C. De pedan. judic. l. 5. §. ſi judex D. de re jud.

3. *Qui poſſunt delegare?*

Inprimis S. Pont. idque in univerſis Orbis partibus; tum propter latitudinem Eccleſiaſticæ jurisdictionis, ut ipſemet per ſe non ſufficiat dirimendis cauſis ad Sedem Apoſtolicam deferri ſolitis: tum ut parcatur laboribus & expenſis partium in remotioribus Regionibus commorantium, tum denique, quia longe melius veritas in Regione, ubi partes habitant, per teſtes vel alia documenta cognoſci poſſit, quam Romæ apud Pontificem &c. II. Delegatus Summi Pontificis poteſt ſubdelegare. III. Delegare quilibet judex ordinarius poteſt judicem vel ad unam aliquam cauſam, vel, quod jam fere fit, ad cauſas univerſas, cujusmodi delegatus eſt Officialis Epiſcopi.

4. *Qui delegari?*

Habenda hic vel potiſſimum ratio *c. 41. h. tit.* ætatis, vel induſtriæ, ac proinde delegari nemo poteſt, niſi XX. annos natus. Si tamen vel partes conſentiant in aliquem annorum duntaxat XVIII. vel Pont. aut *d. c. 41.* Princeps ætate minorum deleget, is hoc ipſo habetur idoneus, qui judicet. Secundo, nemo delegari, utique a S. Pont. vel ejus Legato, poteſt, niſi in dignitate aliqua Eccleſiaſtica conſtitutus, vel ſaltem

tem

Digitized by Google

c. Statutum 11. *de reſc. in* 6. *Gl. in d. c. Statutum ad V. Sedit. Apoſt.*

tem canonicus alicujus cathedralis Eccleſiæ. Nam Epiſcopus ſeu Ordinarius loci cauſam aliquam delegare poteſt, etiam ſimplici Clerico ſuæ diœceſis, id eſt, qui nulla dignitate fungitur, quippe qui induſtriam ac probitatem ſuorum ſubditorum, qui pauciores ſunt, magis exploratam habere poſſit, quam S. Pont. totius orbis Chriſtiani. Cæterum ratio quoque dictat, delegatum S. Pont. debere eſſe excellentioris conditionis, quam qui vices tantum Epiſcopi inferioris gerit, eosque, qui ad dignitatem aliquam promoti ſunt, quemadmodum dignitate & honore, ita moribus & ſcientia cæteris præſtare.

5. *Qua forma & qualiter?*

Delegatio fieri ſolet vel uni alicui, qui tunc ſolus cognoſcit & judicat, vel pluribus. Idque trifariam; qui fit delegatio vel pluribus ſimpliciter, quo caſu omnes ſimul cognoſcunt & judicant, unoque delegatorum abſente, vel etiam mortuo, cæteri nihil agunt, & poteſt reus, ſi quid agere velint, impune non parere. Vel quaſi ſub conditione, hac vel ſimili clauſula. *Si omnes intereſſe nequiverint*; vel: *Si aliquis ex ipſis adeſſe non poſſit, vel etiam non velit, ut reliqui*

c. 16. 121. *in pr. cum c. ſeq. & c.* 30 *hoc tit.*

liqui nihilominus procedant. Vel ſub disjunctione hoc modo, *ut vel omnes ſimul judicent, vel duo aut unus ex ipſis*, quo caſu ſinguli per ſe exercere poſſunt jurisdictionem. Et hæc forma hodie eſt valde frequens. *d. c. 11. §. & c. Cum*

6. *Quod eſt officium Iudicis delegati?* *c. 24. h. t. & c. Cum plures eod. in 6.*

Mandati formam ſibi a delegante præſcriptam præciſe obſervare, quicquid enim extra fines faceret, eſſet nullum: vel formam a jure communi præſcriptam, cui in dubio non præſumitur Pont. derogare velle. *c. 22. ſup. De reſc. & l. Dilig. D. Mandati c. Ex parte 13. hoc tit.*

7. *Quæ poteſtas?*

Non tantum de cauſſa ſibi mandata cognoſcere & judicare, ſed etiam punire contumaces, actorem vel reum, & quemlibet alium impedientem, quo minus jurisdictio ſua progreſſum habeat; item ſententiam a ſe in cauſa delegata latam intra annum exequi, imo & cogere ordinarium judicem, v. gr. Epiſcopum, ut ſententiam mandet executioni, ſaltem ſi ſit S. Pont. vel Principis delegatus, de quo Canones fere loquuntur: quanquam idem videatur dicendum de delegatis Ordinariorum, qui totam jurisdictionem cauſſarum ſeu univerſitatem ſibi demandatam *c. 1. §. 11. & c. 29. hoc tit. c. 7. & 26. c. 28. §. vero.*

Digitized by Google

datam habent, & Officiales ſeu Vicarii generales appellantur.

8. *Quid igitur intereſt inter delegatum a S. Pont. & delegatum, cui mandata eſt juriſdictio ab Ordinario?*

Quod a delegatis Ordinariorum non poſſit appellari ad ipſos delegantes, ut v. g. ab Officiali Epiſcopo non poteſt appellari ad ipſum Epiſcopum, perinde atque a delegato S. P. ad ipſum Pontificem: cum idem ſit tribunal Officialis & Epiſcopi; appellatio autem ab eodem non ad eundem, ſed alium ſuperiorem ſeu majorem, puta Archiepiſcopum vel S. Pontificem interponi debeat.

9. *Quibus modis finitur poteſtas delegati?*

Finitur variis modis. I. Morte delegantis, modo res adhuc ſit integra, id eſt, ſi delegatus nec dum cœperit uti juriſdictione ſua delegata; & quia morte mandantis extinguitur mandatum. II. Morte delegati, ſi delegatio nominatim ſit facta perſonæ ipſius delegati, ſecus, ſi non expreſſo nomine proprio, ſed dignitatis. III. Revocatione re integra adhuc; quemadmodum omne mandatum re integra revocari poteſt. IV. Temporis lapſu, ut ſi delegato cauſa commiſſa ſit intra

c. 27. h. t. c. 2. De conſuet. in 6. & c. Romana. De appell. in 6. Relatum 19. cum c. ſeq. &c. Licet 30. h. t. l. 26. D. Mandati c. Quoniam 14. & c. Uno 42. h. t. c. Venerabilem 37. h. t. §. recte quoq; Inſt. De mandato.

intra certum tempus decidenda, quod tamen tempus partium conſenſu poteſt prorogari, V. Finita lite, & ſententia judicis mandata executioni.

De Officio Legati.
TIT. XXX.

Legati, inquam, ipſius Pont. qui, cum in diverſis Provinciis ſæpe multa occurrant negotia, quæ ejus vel præſentiam vel certe auctoritatem requirant, nec ipſe ubique præſens eſſe queat, præter delegatos particularium cauſſarum etiam Legatos cum pleniori poteſtate ſubſtituere loco ſuo ſolet. *c. 4. hoc t. c. in litteris, 9. eod.*

1. *In quo ergo Legatus differt a Iudice delegato?*

QVod Legatus jurisdictionem habeat ordinariam, id eſt, quam exercet jure ſuo. Delegatus vero jurisdictionem mandatam, quæ etiam a quolibet judice ordinario, imo & a delegato S. Pont. aut Principis dari poteſt. *c. 2. hoc t. in 6.*

2. *Quotuplices ſunt Legati?*

Sunt triplicis generis, Legati a latere ſeu Laterales, Legati conſtituti ſeu miſſi & Legati nati.

Digitized by Google

3. *Qui dicuntur Legati a Latere?*

c. 1. h. tit. Qui de Collegio Patrum purpuratorum ſeu Cardinalium deſumuntur, ſic *c. 3. & 8. h. t.* dicti, quaſi de latere S. Pont. miſſi ſint: quemadmodum & circa latus Principis agere dicuntur, qui in ejus ſunt comitatu.

4. *Qui legati conſtituti?*

l. 30. D. De excuſ. Qui ex numero inferioris Clerici accipiuntur, & aliter *Legati miſſi* dicuntur: non quaſi priores non mittantur, vel ul*c. 1. De off. leg. in 6.* tro ſeſe ingerant, ſed quod minus ſolenniter mittantur, i.e. non ex collegio Cardinalium, quos Pontifex *Fratres* appellat.

5. *Qui legati nati?*

Quorum dignitati Eccleſiaſticæ munus Legationis annexum eſt: ſic dicti, quaſi cum eliguntur ad dignitatem una etiam veluti naſcantur Legati, qualis eſt Archiepiſcopus Piſanus in Italia, Remenſis in Gallia, Salisburgenſis in Germania, Cantuarienſis & Eboracenſis in Anglia.

6. *Quod eſt Legati officium & quæ poteſtas?*

d. c. 1. h. tit. c. ult. eod. c. 2. eod. De cauſſis provincialium ad ſe delatis cognoſcere & judicare, & eas aliis delegare: ſententias a delegatis latas confirmare:

Digitized by Google

mare: Concilium provinciale cogere, ſimulque ſtatuta condere etiam perpetuo duratura, quibus noxia evellantur & diſſipentur, ſalutaria inducantur & promoveantur.

7. *Eſtne Legatis omnibus æqualis poteſtas?*

Minime, quia cæteris eminentior eſt, & majorem poteſtatem habet Legatus a Latere. Nam is Roma egreſſus ad inſtar Proconſulis, cui comparatur, liberius jurisdictionem, tam contentioſam quam voluntariam, exercet: eosque præſente, ſuſpenditur interim alterius Legati, ſi quis forte in ea Provincia extiterit, officium. Idem excommunicatos quoscunque propter manuum injectionem in Clericos, tam extra Provinciam ſibi commiſſam, quam in Provincia, & tam extraneos quam ſubditos, abſolvere poteſt: cum Legatus conſtitutus eos tantum abſolvere poſſit, qui ſunt ſubditi Provinciæ ſibi commiſſæ, vel qui in ea deliquerint. Provinciæ item ſuæ beneficia vacantia libere confert, etiam invito, & inconſulto patrono Clerico, atque vacatura collationi ſuæ reſervare poteſt: exceptis dignitatibus, & iis, quæ ſpeciale mandatum deſiderant, quæque Pont. non ſolet

c. 1. eod. in 6. *c. 2. eod. in 6.* *c. 8. hoc t.* *c. pen. h. t. & c. 20. De ſent. excom.* *c. 6. h. t. c. 1. in fin. eod. in §.*

Digitized by Google

c. 3. & 4. ſolet in quemquam transferre, Legatio-
eod. in 6. nis enim officium pars eſt Apoſtolicæ ſol-
Multum licitudinis, non plenitudo poteſtatis.
2. *qu.* 1.

8. *Quibus modis finitur jurisdictio Legati?*

Gl. ad c. 3. Morte ipſius Legati, revocatione man-
V. finitur dati, temporis lapſu, diſceſſu e Provin-
eod. in 6. cia, cum animo non redeundi. Non et-
iam morte Pontificis, qui eum conſti-
c. 2. *eod.* tuit. Quamvis enim Legati vices alterius
in 6. gerant: reputatur tamen velut ordinaria
eorum jurisdictio, & ſic magis durabilis,
quam ſit delegatorum.

De officio Judicis ordinarii.

TIT. XXXI.

Poſt judices, qui extra ordinarium a Pontifice conſtituuntur, quippe etiam ordinariam jurisdictionem exercent, quales ſunt Legati, ſequitur de judicum ordinariorum officio in genere.

1. *Quis dicitur Iudex ordinarius?*

JUdex ordinarius eſt, qui propriam habet jurisdictionem, quam jure ſuo ſeu jure Eccleſiaſticæ dignitatis ac magiſtratus, quo fungitur, exercet, quæ hoc jure dicitur *Audientia.*

2. *Iurisdictio ordinaria quibus modis acquiritur?*

Tri-

Digitized by Google

Tribus, vel jure communi, id eſt, Legum & Canonum diſpoſitione, vel præſcripta conſuetudine, vel privilegio S. Pont. aut Principis.

3. *Quibus competit hac jurisdictio.*

Competit ea Patriarchis, Archiepiſcopis in ſuis provinciis, id eſt ſingulis in ſua diœceſi; Abbatibus in ſuis cœnobiis, & Præfectis in ſuis collegiis. Sed & S. Pontifex quamvis, ordinarios ſub ſe habeat, tamen tanquam Paſtor & judex totius orbis Chriſtiani judicat & corripit.

c. 3. &c. Quanto 7. h. t. can. Cuncta IX. qu. 3.

4. *In quos competit ordinaria jurisdictio?*

Competit Epiſcopo in Clericos ſuæ diœceſis, imo & reſpectu criminum Eccleſiaſticorum (ut ſunt Simonia, hæreſis, adulterium, quando agitur ad ſeparationem thori) etiam in laicos, tametſi quidam Clerici alios judices habeant Epiſcopis inferiores, quibus immediate ſint ſubjecti, ut Decanum & Capitulum; quia Epiſcopi ſunt judices ordinarii omnium & ſingulorum Clericorum ſuæ diœceſis, niſi qui ab ordinaria jurisdictione ſint exempti.

c. Tua in f. D. procur.

can. De perſona XI. qu. 1. c. pen. h. t.

 5. Cir-

Digitized by Google

5. *Circa quæ verſatur officium & poteſtas bujusmodi jurisdictionis?*

Præter ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, puta ordinare Clericos, conſecrare
c.b.t.&c. Eccleſias & altaria, Chriſma conficere
c. 7. eod. &c. poteſtas jurisdictionis Epiſcopalis in
in 6. his fere verſatur: in vitia ſubditorum inquirere, pro tribunali in qualibet parte diœceſis ſedere, cauſſas tam civiles
c. Poſtul. quam criminales per ſe vel per Vicarium
21. De ho. ſuum examinare, crimina punire, implorato etiam, ſi opus, brachio (ut loquuntur) ſeculari, id eſt, auxilio judicis
c.11.b.t.d. laici: Parochias & Monaſteria diœce-
c. 7. eod. ſis ſuæ viſitare, mores corruptos inter viſitandum corripere & corrigere & negligentiam eorum ſupplere, qui in ſubditis ſuis corrigendis fuerint negligentes, & id genus alia multa.

6. *Habentne jurisdictionem Archiepiſcopi in ſuæ Provinciæ Epiſcopos aut eorum ſubditos?*

Habent quidem in Epiſcopos omnes ſuæ Provinciæ; verum in eos, qui in Provincia Epiſcopis ſubjecti ſunt, juris-
c.8.& 9. dictionem in prima inſtantia, id eſt, ante
hoc tit. appellationem, non habent, ſed demum cauſa per appellationem ad eos devoluta:

ta: niſi alias vel conſuetudine, vel ex privilegio juriſdictionem in eos accepe-rint. Unde nec cogere ſuffraganeum alicui ſubditum Archiepiſcopus poteſt, ut cauſſæ alicujus delegationem invitus ſu-ſcipiat. *d.c.9.c.Paſtoralis* 11. *eod. c.8. §. fin. in f. De exceſſ. Prælat.*

De Officio Judicis.

TIT. XXXII.

Superius actum fuit de diverſorum Judicum, ut Delegati, Legati & Ordinarii officiis & poteſtate in ſpecie, hic exponitur officium Judicis in genere.

1. *Quis dicitur Iudex?*

JUdex eſt, qui publicam habet de cauſis & cognoſcendi & judicandi poteſtatem, quam appellant juriſdictionem, vocabulo juriſdictionis late ſumpto.

2. *Quod eſt officium Iudicis?*

Eſt poteſtas lites dirimendi, puniendi, aliaque gravamina tollendi. Nam pleraque alia ad officium judicis ſeu jus dicentis (quod latiſſimum eſſe ſcribit J. C.) pertinere dicuntur, tam extra judicium, quam in judicio: ut cum litiganti, qui caret Advocato, dat Advocatum: eum ſupplet ea, quæ vel partibus, vel Advocatis *l. 1. D. de juriſd. c.1. hoc tit. c.3. ſup. De Poſtul. Præl. & l. un. C. ut quæ deſ. advoc. p. c.2. hoc t.*

Digitized by Google

catis partium adſunt; cum petentibus judicium ſeu actum juſtitiæ, veluti reſtitui in integrum, impendit officium ſuum nobile.

3. *Quotuplex igitur eſt officium Iudicis?*

c. Qualiter 24. inf. de accuſ. Duplex, Nobile & Mercenarium. *Nobile* dicitur, quod per ſe ſtat & imploratur, nec ulli actioni ex præſcripto ſubſervit: veluti dum ſponte ſua judex, ne turbetur Respub. inquirit & punit malefactores. Item dum non ſponte, ſed ad petitionem, nobili ſuo officio, minorem ætate lapſum, aut Eccleſiam per ſuos adminiſtratores aut procuratores contrahendo ejus nomine læſam, in integrum reſtituit, ſive pars contradicat, ſive non, *toto tit. D.* De *minoribus & inf. De reſtit. in integrum.* Dixi *ad Inſtit. De offic. jud.*

c. 2. h. tit. Dixi ad Inſtit. tit. de off. jud.

Mercenarium Judicis officium dicitur, quod actioni propoſitæ ſubſervit, ut ſcilicet inſtituta actio melius procedat, & exitum ſuum habere poſſit. Ita ex mercenario judicis officio pendet, ut jubeat judex reum ſatisdare judicatum ſolvi: item alieno nomine experiri judicio volentem cogere, ut ſatisdet, dominum, ad quem res pertinet, ratum habiturum, quidquid in judicio ejus nomine egerit.

toto tit. D. Iudic. ſol. & tit. Ratam rem hab.

De

Digitized by Google

De majoritate & obedientia.

TIT. XXXIII.

Ex eo, quod in Eccleſiaſtica Hierarchia ſeu ſacro Magiſtratu judicum alii aliis ſunt majores: reſultat quædam præeminentia, quæ hic dicitur *Majoritas*, ratione cujus qui minor eſt, obligatur majori ad *obedientiam.*

1. *Quid igitur eſt majoritas?*

Est prærogativa, qua quis aliis eſt dignior & honorabilior. Vel eſt excellentia unius perſonæ præ alia.

2. *Majoritas illa unde oritur?*

Majores habentur alii ratione jurisdictionis, alii ratione ordinis, vel antiquioris promotionis, vel repræſentatione perſonæ eminentioris &c. I. Ratione ordinis Diaconus major eſt Subdiacono, Diacono Presbyter, Presbytero Epiſcopus. II. Ratione jurisdictionis & di- *c. Statul-*
gnitatis Epiſcopus major eſt Archidiaco- *mus 15. b. t.*
no, Archidiaconus Archipresbytero, Pres- *c. 8. de off.*
byteris vero ratione dignitatis major eſt *Arcbid. &*
Cardinalis etiam non Presbyter vel Epi- *c. 11. h. tit.*
ſcopus. III. Ratione conſecrationis vel *c. 12. 16. &*
benedictionis Epiſcopus conſecratus ma- *en. hoc. tit.*

Digitized by Google

jor eſt electo, Abbas & Abbatiſſa Monachis & monialibus. IV. Ex dignitate ordinantis præfertur, cæteris paribus, qui a S. Pont, eſt ordinatus, licet per hoc non eximatur a jurisdictione ſui Epiſcopi. Deinde ratione antiquitatis prior in ordine prior & major habendus eſt.

c. 7. eod.
c. 1. eod.

3. *In quo conſiſtit obedientia, quam minor majori debet?*

In conſeſſu, in ſuffragio, in honoris exhibitione, & potiſſimum in eo, ut minor dicto audiens majori morem gerat, niſi major extra officium ſuum, vel ſupra poteſtatem aliquid mandet, & modo licita atque honeſta ſint, quæ imperat.

4. *Quid ſi quis dubitet, an quod imperatur, licitum ſit, nec ne?*

can. Quod culpatur XXIII. q. 1.

Tunc obediendum potius, quam tergiverſandum: quia, ut inquit D. Auguſtinus, etſi forte Regem iniquitas imperandi reum facit, militem tamen ordo ſerviendi ſeu obediendi oſtendit innocentem.

(Jura Epiſcopalia in noſtris terris pertinent ad Principes aliosve Status Imperii, quippe Jura Superioritatis territorialis habentes, & exercentur per Conſiſtoria, nec non certo modo per Superintendentes, qui in Evangelicis Eccleſiis loco Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcoporum conſtituuntur. *Carpzov. libr. 1. Jurisprud. Conſiſtor. tit. 2. def. 19. num. 1.* adeoque immediate absque ulla præſentatione ab ipſo Principe eorum vocatio dependet. *Vid. Carpzov. d. l. num. 5.* Conſtitui autem ſolent quatuor Juris Epiſcopalis capita; Ordo nimirum, Lex Diœceſana, Jurisdictio & Dignitas. *Laur. Obſm. de Jur. Epiſc. §. 15.* Ad ordinem pertinet prædicatio verbi divini, adminiſtratio Sacramentorum, poteſtas clavium, ut & ordinatio miniſtrorum Eccleſiæ: quæ a Paſtoribus expediuntur, ac inſpectio Superintendenti in ſua diœceſi, competit, qui, ſi res poſtulat, ad Conſiſtorium cauſam majoris momenti deferre debet. *Videantur ordinationes Eccleſiaſticæ.* Ad Legem Diœceſanam referunt adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum; it. viſitationem Eccleſiarum: de cujusmodi cauſis Conſiſtoria diſponunt: Jurisdictioni Eccleſiaſticæ accenſent Epiſcopalem audientiam, perſonas clericorum & cauſſas Eccleſiaſticas ſeu ſpirituales concernentem: quam itidem exercent Conſiſtoria & Superintendentes *Add. Inſtrum. Pac. art. 5. §. 16.* Vide hæc latius & optime exponentem *Dn. Vit.* Ludov. von Seckendorff teutſcher Fürſten-Staat *part. 2. cap. 11.*)

De Treuga & Pace.

TIT. XXXIV.

Officium eorum, qui in Eccleſia Chriſtiana præſunt jurisdictioni, in eo fere conſiſtit, ut per amicam potius conventionem ſopiantur lites, ſive publicæ ſive privatæ, quam ut ab incerto even-

Google

tu pendeant, quo ſpectant libri hujus Titul. ſequentes.

1. *Quid eſt Treuga?*

Vide l. 19. §. 1. de capt. & poſtlim. reverſ. Gall. lib. 1.

TReuga (Italica vel Gallica potius quam Latina nomenclatura) ſunt induciæ & ceſſatio ab armis ad tempus, Induciæ vero inde dictæ, vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium præbeant.

2. *Quotuplex eſt Treuga?*

Can. Noli verſ. fides XXIII. q. 1. c. 1. h. t.

Duplex: vel enim induciæ ejusmodi ſunt Conventionales, quæ ex conventione & pacto belligerantium recipiunt formam; quia & hoſti data fides eſt ſervanda: vel *Canonicæ*, ex diſpoſitione Canonum; quin in Quadrageſima, Adventu, & aliis quibusdam diebus volunt abſtineri ab armis. Deinde ſtatuunt, ut etiam tempore belli Sacerdotes & Monachi, mercatores & agricolæ, item animalia, quorum uſus eſt in arando, effectu induciarum fruantur.

3. *Quid pax?*

C. 1. & 3.

Eſt conventio, per quam, ut diſſidium inter Principes componatur, ſecuritas & vitæ quies utrinque promittitur. Aliquando extenditur etiam ad conventio-

tiones eorum, qui ſunt ſubditi; quo tamen caſu non tam Pacis quam Concordatorum nomine utimur. *eod.in Extravag. con.*

De Pactis.

TIT. XXXV.

Quia plerumque & fere ſemper eſt dubius litis eventus, ſolent litigantes, ſi fieri poſſit, controverſias privatas inter ſe componere per pacta & transactiones, atque ita diſcedere a litibus.

1. *Quid eſt Pactum?*

PActum ſeu Pactio, definiente Ulp. J. C. eſt duorum vel plurium in idem placitum conſenſus. Dicitur, *in idem placitum*, hoc eſt, in eandem conventionem, ad aliquid dandum vel faciendum: quia placitum idem ſignificat quod conventum. *c.1.§.2.D. De pact.*

2. *Quotuplex eſt Pactum?*

Pacta varie dividuntur, quas diviſiones ex jure civili & Weſenb. *ad D. h. t.* repetere licet. Præcipua, & quæ maxime eſt hujus loci, diviſio eſt hæc, quod Pactorum alia ſint *nuda*, quæ in puris placiti ſeu conventionis ſtant terminis, neque cauſſam aliquam habent obligandi,

Digitized by Google

di, quippe nullo aut dato aut facto interveniente; propter quod oporteat alterum dare aut facere, quod promiſerat, alia *non nuda*, quæ vulgo vocant *veſtita*, quæque in ſpecificum contractus nomen abeunt, ut emtionis, locationis, pignoris &c. & cauſam obligationis habent.

l. 7. in pr. D. de pact.

3. *Quis eſt effectus hujus diviſionis?*

Quod pacta non nuda pariant actionem ſeu jus petendi validum utroque jure, id eſt, is qui pacto non nudo promiſit aliquid, cogi judicio, ut promiſſum impleat, poteſt: pacta vero nuda non item, ſaltem jure civili; niſi ſint pars contractus, veluti ſi inter vendendum nudo pacto agatur, ut venditor in ædibus ad tempus manere poſſit.

l. 1. C. De pact. inter empt. & vendit.

4. *An neque jure Canonico nudum pactum parit actionem?*

Controverſa hæc quæſtio eſt. Sunt qui affirmant, obligationem ſcil. & actionem naſci ex nudo pacto, quia pacta illo jure ſuam debent obtinere firmitatem, & quia ſtudioſe agendum, ut ea, quæ promittuntur, opere compleantur. Sunt & qui negant, quaſi mens Canonum non ſit, homines ſtatim verbis captare, & ſic infinitis litibus feneſtram aperire; imo pactum,

c. 1. & 3. hoc tit.

pactum, de quo agitur loco citato, videri fuiſſe ſolenne pactum, mediante ſtipulatione conceptum, ad querimoniam Antigoni.

5. *Valetne pactum turpe aut rei turpis vel impoſſibilis de facto vel de jure?*

Non valet nec ullam obligationem inducit tale pactum: veluti ſi quid promittatur, quod per ſe inhoneſtum ſit, ut ſacrilegium vel homicidium, aliave res peccato obnoxia: ſi quis ſtipuletur, quod exiſtere non poteſt, vel per rerum naturam fieri: ſi quis accepta pecunia beneficium promittat, aut jus patronatus, aut ſimile quid. Sic & pactum de ſuccedendo in alterius beneficium rejicitur. *c. ult. h. t. can. Non malis &c. Non ſem. per XXX. qu.* 4. *c.* 4. *&* 6. *h. t. c.* 5. *eod.*

De Transactionibus.

TIT. XXXVI.

Transactio quoque, ut controverſiæ finiantur, aptiſſimum eſt inſtrumentum. Differt a Pacto, quod omnis transactio ſit pactum, ſed non e contra; & quod pactum etiam gratis & donationis cauſa fieri poſſit, non etiam transactio.

Quid

1. *Quid ergo eſt Tranſactio?*

EST rei dubiæ ac litis incertæ, non finitæ, conventa, & non gratuita deciſio. Dicitur, *incerta*: quia tranſactio non fit de qualibet re dubia, ſed dubia propter litem, ſive præſentem ſive futuram, idque aliquo dato, vel retento, vel promiſſo.

2. *Quid ſi jus alicujus ſit certum, & tamen ſuper eo lis pendeat?*

Valebit tranſactio: quia, etſi jus alterius certum ſit, tamen quia ſuper eo lis pendet, res dicitur ſimpliciter eſſe incerta, quia incertus litis eventus.

3. *Licetne tranſigere ſuper beneficio Eccleſiaſtico, vel alia re ſpirituali?*

l. In ſumma 65. in pr. D. De condict. indeb.

Non licet: cum enim tranſactio fiat in aliquo dato vel accepto, ſi ſuper beneficiis vel aliis rebus ſpiritualibus tranſigere liceret, incideret ea res in crimen ſimoniæ, ut pro quibus nec pretium, nec aliam rem pretio æſtimabilem dare vel accipere liceat. Niſi ad redimendam vexam, hoc eſt, dum non illud agitur, ut numerato pretio beneficium vel alia res ſpiritualis acquiratur, ſed ut bonum jam acquiſitum, ne litibus a potenti adverſario vexemur, illæſum retineamus aliquo dato.

c. 4. 5. & paſſim h.t. c. Dilectus 28. inf. De ſimon.

4. *Qua*

Digitized by Google

4. *Quæ eſt vis & effectus transactionis?*

Quod lis ſemel transactione finita non poſſit amplius reſuſcitari, ne quidem ſub prætextu novorum inſtrumentorum poſt ab actore repertorum. *c.1.h.t.& l. ſub prætextu C. eod.*

De Poſtulando.

TIT. XXXVII.

Si nec pacto nec transactioni locus detur, tunc ad tribunal judicis eundum eſt, ubi Actor petitionem ſuam inſtituet, Reus vero petitioni actoris contradicet: idque uterque facere poteſt, vel per ſe, vel per alios, Advocatos, Procuratores, Syndicos.

1. *Poſtulare quid?*

POſtulare (quod eſt proprium Advocatorum officium) eſt deſiderium ſuum vel amici, in jure, id eſt, in judicio, apud eum, qui jurisdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. *l. 1. §. poſtulare D. hoc tit.*

2. *Qui poſſunt poſtulare?*

Poſtulare omnes rerum forenſium periti poſſunt, niſi qui nominatim prohibentur, quorum jure civili ſtatuuntur tres ordines, quibus Canones adjungunt excommunicatos & hæreticos. *d.l. 1. §. 4. & ſeqq. c. 7. De Iudic.*

3. *An-*

Digitized by Google

3. An & Clericis permiſſum eſt poſtulare?

Clericis, qui ſacris initiati DEO mancipantur, poſtulare ſive agere advocatum coram judice Eccleſiaſtico permittitur. Non etiam coram laico, niſi propriam cauſſam, vel ſanguine ſibi conjunctorum, aut Eccleſiæ ſuæ, aut miſerabilium perſonarum, ut orphanorum, viduarum, proſequantur. Similiter Clericis, qui in minoribus ordinibus adhuc conſtituti ſunt, permittitur poſtulare coram judice laico, ſi ſtipendiis ſuſtententur Eccleſiaſticis; ſi minus, victum ſibi ex poſtulatione quærere poſſunt, dummodo a cauſſis abſtineant criminalibus.

c.1. & ult. hoc tit.

4. An Monachis?

Nequaquam, neque etiam Religioſis, etſi Clerici non ſint, advocatum agere licet, & ne quidem monaſterii ſui, niſi id monaſterii utilitas exigat, Abbatis accedat mandatum, ſive agatur coram judice Eccleſiaſtico ſive laico.

c.2. h. t.

TIT. XXXVIII.

De Procuratoribus.

Advocatorum publicum eſt munus & honorificum. Procuratorum vero munus eſt privatum, & minus honorifi-

rificum, quippe qui fere ſollicitando ſimplex præſtent miniſterium, idque ſive extra judicium ſive in judicio.

1. *Quis ergo dicitur Procurator?*

QVi aliena negotia, mandato domini, adminiſtrat. *l.1. D. h. t.*

2. *Quotuplex eſt?*

Duplex: nam Procuratorum alii ad negotia, alii ad lites conſtituuntur (de quibus hic potisſimum agitur) qui ſcilicet in judicio verſantur alieno nomine, domini mandato.

3. *Quis conſtituit Procuratorem?*

Qui litis vel negotii, quod agendum, eſt dominus, vel ſaltem talis, ut plenam rerum adminiſtrationem ſibi commiſſam habeat, ut Epiſcopus, Prælatus, tutor, curator; quamvis hi non tam procuratorem, cum vere domini non ſint, quam actorem vel ſyndicum conſtituere dicantur, & non niſi latius accepto procuratoris vocabulo, ut de univerſitate Scholarum reſcriptum eſt. *l.9. hoc tit. & l. Neque tutores C. eod. c. 7. hoc tit.*

4. *An excommunicatus?*

Talis nec conſtituere procuratorem ad agendum poteſt, nec conſtitui ipſe procurator; quia excommunicatus jurisdi-

ction habetur pro mortuo. Ad defendendum vero ſe & poteſt & debet procuratorem conſtituere.

5. *Quis conſtitui poteſt procurator?*

C. intelleximus inſ. De jud. c. pen. h. t. l. Exigendi 12. C. eod.

Non prohibitus nominatim, nec tantum paterfam. qui ſui eſt juris, verum etiam filiusfam. licet adhuc in patris ſit poteſtate, modo non ſit minor XXV. annis.

6. *Poteſtas hac procuratoria quibus modis exſpirat?*

l. c. pen. hoc tit. c. 4. eod. Clem. ult. eod. tit.

Primo ſententia lata poteſt quidem, imo debet interponere appellationem procurator, verum cauſſam appellationis proſequi non tenetur invitus. II. Revocatione mandati re adhuc integra, modo revocatio ad notitiam pervenerit non tantum procuratoris, verum etiam adverſarii vel judicis. III. Morte conſtituentis, etiam quoad negotia jam cœpta, vel cauſas, in quibus per eum ante mortem fuerit conteſtata lis.

De Syndico.

TIT. XXXIX.

Tit. hic eſt veluti appendix præcedentis, eique adhærere videtur ob vicinitatem, quæ eſt inter Procuratorem & Syndicum.

1. *In-*

Digitized by Google

1. *In quo ergo Syndicus differt a Procuratore?*

QVod procurator ſit perſona privata, & quod conſtituatur a domino ac privato; Syndicus vero ſit perſona publica auctoritatem habens agendi vel defendendi cauſas in judicio ab univerſitate, collegio vel corpore aliquo.

2. *Quis conſtitui Syndicus poteſt?*

Syndicus conſtitui poteſt ſive ſit de collegio, ſive extraneus. Suadent tamen ſacri Canones religioſis, ut conſtituto ſtipendio Syndicum extraneum eligant, qui cauſſas monaſterii ſui agat: cum expediat, ſervos Dei etiam cum aliquo ſuo incommodo a ſtrepitu forenſi abſtinere. *c. Petitio 9. ſup. de procurat. c. un. hoc t.*

De his, quæ vi metusve cauſſa fiunt.

TIT. XL.

Reſtitutio in integrum merito inter ea reputatur, quibus vel ante litem illos, qui nos impetunt, repellere a limine judicii poſſumus, vel ſaltem quibus cauſſæ noſtræ fundamentum ſtabilire licet, de qua Tit. hic ſpecialis eſt.

Digitized by Google

1. *Quid eſt Vis & Metus?*

VIm definiunt majoris rei impetum, qui repelli non poteſt. Metum vero mentis trepidationem, ob inſtans vel futurum periculum. Recte ſic, quia quamvis ſubinde unum pro altero accipiatur; *Vis* tamen proprie intelligitur, quando externum agens neceſſitatem voluntati contrariam alicui invito imponit. *Metus* autem, quando vel vis, vel aliud malum quidem concurrit, ſed tamen ab ipſa voluntate, quamvis coacta, exurgit actio.

l. 1. & 2. 3. ſeq. D. De eo quod met. cauſ. *c. 5. hoc tit.*

2. *Quotuplex eſt Metus?*

Metus eſt vel levis, ſeu nullius momenti & timor vanus, cujus nulla excuſatio eſt; vel juſtus & probabilis, qui dicitur cadere in conſtantem virum, qui ſcilicet illatus cogeret etiam quemlibet virum prudentem & conſtantem, eligere potius quod electum eſt, quam gravius quid, quod intentabatur, incurrere; ut ſi quis in periculo naufragii conſtitutus, vel aliter metu mortis votum emittat, ne vitam perdat, aut totum patrimonium, quod eſt ſanguis & ſecunda vita.

IVani 184. De D. R. I. *c. Sicut 17. inf. de reg. & c. 2. h. t.*

3. *Qui ergo ex cauſſa metus reſtitui poterunt?*

Non

Non quidem qui mera vi coguntur; quia tales non agunt, ſed patiuntur, ut reſtitutione non egeant: ſed qui juſto metu coacti promiſerint aliquid, fecerintve, quod erat viri prudentis, e duobus malis eligendo minus, digni erunt reſtitutione.

d.c.5.h.t.

c.1. 2.& 4. hoc tit.

4. *Quod ſi quis juſto metu aliquid promiſerit & juraverit?*

Eo caſu non fore locum reſtitutioni, verum ſervandum eſſe id, quod juratum eſt, modo non vergat in diſpendium ſalutis æternæ, ſacrorum Canonum ſtatuit auctoritas. Non obſtante deciſione juris civilis, annullantis tale juramentum: quia prævalet hic jus Canonicum, quod vult etiam metu extortum jusjurandum ſervari, modo id fiat detrimento animæ jurantis.

c.3. & 6. h.t. Auth. Sacramenta pub. C. Si adverſ. vendit. c. 8. & 28. De jurej.

De reſtitutione in integrum.

TIT. XLI.

Tit. hic eſt quidem generalis, ſpecialiter tamen in eo agitur de reſtitutione minorum, & quæ jure minorum gaudet, Eccleſiæ.

1. *Quid eſt in integrum reſtitutio?*

IN integrum reſtitutio nihil eſt aliud quam remedium quoddam extraordinarium,

narium, quo judex lapſis vel circumventis ſubvenit, ſive metu, ſive calliditate, ſive ætate, ſive abſentia inciderint in captionem.

2. *Qui eam impetrare poſſunt?*

Inprimis minores XXV. an. ob fragilitatem ætatis, ſi probent ſe contrahendo vel omittendo ab adverſario eſſe læſos. Tum & majores, ſi juſta ſubſit cauſſa reſtituendi, veluti ſi quid dolo adverſarii inducti fecerint, vel juſta ex cauſſa abſentes aliquid non fecerint.

c. 8. h. t. & l. 2. C. eod.

3. *An & Eccleſia læſa reſtituenda?*

Eſt ſane, quoquo modo læſa ſit, ſive alienando, ſive contrahendo, ſive extra judicium, ſive in judicio per Epiſcopum, Procuratorem, vel Syndicum: quia Eccleſia jure gaudet minoris & ſe ac bona ſua defendere ac tueri ipſa nequit.

c. 1. h. tit. c. 2. 3. & 7. hoc t. d. c. 1.

4. *An contra aliam Eccleſiam?*

Omnino; quia hic non habet locum Reg. Privilegiatum non poſſe uti ſuo privilegio contra alium privilegiatum, quia intelligenda in caſu, ubi par utriusque cauſſa eſt, veluti ſi uterque ſit læſus & uterque æque certat de damno vitando: ſecus, ſi una Eccleſia eſſet læſa, & altera non, vel utraque læſa, ſed altera certaret de damno vitando & altera de lucro captando.

5. *A quo*

Digitized by Google

5. *A quo judice petenda reſtitutio?*

Olim a Prætore, hodie a Principe vel judice ordinario, adminiſtrationem habente, aut ejus delegato, ſive cauſa ei ſpiritualiter demandata fuerit, ſive incidenter in judicium coram ſe habitum veniat in integrum reſtitutio. *pen. hoc t.*

De alienatione judicii mutandi cauſa facta.

TIT. XLII.

1. *Quando dicitur fieri alienatio mutandi judicii ſeu fori cauſa?*

QVando quis timens, ne judicio conveniatur, ut quia forte intelligit contra ſe a S. P. impetratum eſſe reſcriptum, ſuper aliqua re, quam poſſidet, transfert eam rem in alium, qui potentior eſt ac durior, ut hoc pacto fruſtretur adverſarium, & reſcriptum eludat. *c. 1. b. t. & l. 2. C. Ne liceat potentiorib.*

2. *Quæ eſt pœna actiones ejuſmodi tam in ſe, quam a ſe in alios transferentium?*

Tales Eccleſiaſticis cenſuris ſunt compeſcendi, & poſſeſſiones ſuas ex prædicta cauſſa in alios transferendo, nihil agere dicuntur: poteritque impetrans reſcriptum eo uti etiam adverſus eum, in quem

Digitized by Google

c.1.hoc tit. res eſt alienata, licet ejus in reſcripto non ſit facta mentio.

De Arbitris.

TIT. XLIII.

Officium arbitri pertinet quoque ad lites finiendas, quod ut ſuſcipere vel recuſare ab initio eſt voluntatis, ita ſuſceptum ſit neceſſitatis: adeo, ut qui in ſe arbitrium ſuſceperint, cogi poſſunt a judice, ſententiam dicere.

l.3. §. pen. D. De recept. arbit.

1. *Quomodo differunt Arbiter & Iudex?*

Conveniunt quidem in eo, quod & ſententiæ judicis & arbitri ſententiæ ſtari debeat, ſive æqua ſit, ſive iniqua. Differunt vero, quod judex auctoritatem judicandi habet publicam, quam vocamus jurisdictionem, arbiter nullam habet jurisdictionem, utpote conſenſu privatorum adſumptus ad litem dirimendam: atqui privati publicam auctoritatem, quam non habent, dare non poſſunt.

2. *Quomodo ergo differunt Arbitri & Arbitratores?*

Quod Arbitri, ut dixi, jurisdictionem non habeant, neque ordinariam neque delegatam, nec pacis ſolius cauſſa loquan-

Digitized by Google

quantur, ſed ex compromiſſo partium adſumpti (unde & *Iudices compromiſſarii* dicuntur) ad inſtar judicum, ordineque judiciario, auditis hinc inde partibus, procedunt ad ſententiam. *l. cum lege 4. D. eod. d. l. 1.*

3. *Qui adſumi arbitri poſſunt?*

Omnes, qui neque legibus, neque Canonibus prohibentur. Prohibentur autem pupilli & minores XX. annis, muti, ſurdi, mulieres, ſi mos regionis id non habeat; laici in rebus ſpiritualibus, niſi forte mixtim laicus cum Clerico adſumatur.

4. *Quid ſi plures numero adſumendi?*

Tunc expedit arbitros eligi impari numero, ut, ſi diſſenſio oriatur, judicio majoris partis arbitrium finiatur. Quamvis & in plures pari numero compromitti poſſit; non ita tamen, ut ſi inter eos conveniri nequeat, ipſimet tertium aliquem eligant. *d. 2. 12. d. c. 12.*

5. *Super quibus rebus?*

Super omnibus non prohibitis nominatim. Prohibent autem & Canones compromitti in arbitros ſuper rebus ſpiritualibus, ut ſuper beneficiis Eccleſiaſticis, niſi id fiat auctoritate ſuperioris. Item ſuper cauſa matrimonii, & exemptionis. *c. 10. hoc t. & c. 21. inf. De praeſ. & c. ult. ſup. De tranſ.*

Digitized by Google

6. *Qualiter compromittitur in arbitros?*

c. 5. h. t. Vel ſpecialiter, vel cum jurejurando, quo compromittentes promittunt, ſe velle acquieſcere ſententiæ arbitrorum, quæcunque dicta fuerit, ſive æqua, ſive iniqua: vel etiam adjecta pœna, quam luat is, qui arbitrio ſtare nolet.

7. *Ex ſententia arbitri daturne actio?*

Jure Digeſt. non datur neque actio neque exceptio, ut ita diſtinguatur arbitrium a ſententia judicis, ſed neceſſe erat adjici pœnam. *l. 1. D.* Jure Codicis datur & actio & exceptio ex ſententia arbitri vel expreſſim vel tacite, nimirum 10. dierum ſilentio homologata, id eſt, approbata ſive pœna adjecta fuerit, ſive non: *l. Cum autem C.* Jure vero Pontificio indiſtincte ſtandum eſt arbitrio, ſive homologatum fuerit, ſive non, adjecta vel non adjecta pœna.

FINIS LIBRI I.

JURIS

Digitized by Google

JURIS CANONICI Per EROTEMATA DIGESTI ET ENUCLEATI,

LIB. II. TIT. I.

De Judiciis.

Hactenus vidimus de præparatoriis judiciorum, de quibus agitur libri primi parte poſteriori : deinceps ſequuntur, quæ principaliter ad ipſa judicia pertinent, & quidem hoc libro ſecundo, quæ ad ordinem judiciorum.

1. *Quid eſt Iudicium ?*

JUDICIUM eſt cauſæ apud judicem competentem legitime facta diſcuſſio atque terminatio.

2. *Quotuplex eſt Iudicium?*

Primo aliud eſt Eccleſiaſticum, quod coram judice Eccleſiaſtico peragitur ; aliud Seculare ſeu laicum, quod coram judice laico. II. Aliud eſt Civile, quo agitur vel in rem, vel in perſonam civiliter, & ad commodum privatum, de re aut mere profana ac temporali, vel ſpiritua-

Digitized by Google

rituali, civili annexa, aliud criminale, quo agitur ad vindictam publicam & commodum publicum. III. aliud eſt Ordinarium, aliud Extraordinarium.

3. *Quod vocas Iudicium Ordinarium?*

In quo omnia peragi debent, certo ſervato ordine & ſolenniter; alias omiſſo
c. 9. h. t. aliquo, quod ſit de ſolemnibus, judicium redditur ipſo jure nullum. Ordo præpoſterus non quidem reddit nullum judicium, ut ſi teſtes auditi ſint ante litem conteſtatam, ſed inde recte appellatur.

4. *Quod Extraordinarium?*

c. Exhibita 19. eod. In quo proceditur ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu & forma judicii, i. e. non obſervatis ad amusſim omnibus ſolemnitatibus & terminis judicialibus, ſed ſummatim tantum examinata cauſa.

5. *Iudicium quibus conſtat perſonis?*

Clem. Sæpe De V. S. c. 10. in f. De V. S. l. 4. C. de idon.

Judicis, Actoris vel Accuſatoris, & Rei; vocabulo Accuſatoris καταχρηστικῶς accepto pro actore; nam & accuſare quandoque idem eſt quod agere. Actor intentionem ſuam proponendo agere dicitur in judicio: Reus exceptiones ſuas opponendo ſe tueri & defendere. Judex inter Actorem & Reum velut diſcepta-

Digitized by Google

ptator eſt & ſententia ſua litem dirimit, ipſæque diſceptationes appellantur judicia.

De Foro competenti.

TIT. II.

In hoc conflictu forenſi oportet primo Judicis perſona conſtitui. Neque enim cogitur Reus coram quovis judice reſpondere, ſed tantum coram Judice ſuo, quem vocant competentem.

1. *Quod dicitur forum competens?*

TRibunal illud, ubi Reus ſortitur forum; id eſt, ſub cujus eſt jurisdictione; quia regulariter Actor ſequi forum Rei debet.

2. *Quot modis ſortitur forum Reus?*

Quinque modis, videl. ratione domicilii, rei ſitæ, contractus, delicti, privilegii, id eſt, ejus judicis jurisdictioni reus ſubeſt, in cujus territorio vel domicilium habet, vel res, de qua controvertitur, ſita eſt, ſive mobilis ſive immobilis; vel in quo contraxit, licet alibi domicilium

c. Dilecti 17. & c. ult. hoc t. d. c. ult. & l. ult. c. ubi in rem actio d. c. ult. & c. 14. c. 13. & d. c. 14.

lium habeat, aut deliquit. Denique ex privilegio Clericus non niſi coram judice Eccleſiaſtico conveniri poteſt.

3. *Poteſtne ille, qui extra domicilii locum alibi ex aliis cauſis forum ſortitur, in loco domicilii ſui conveniri?*

l. 1.17. *h.t.* Poteſt, ſi ibi agere velit actor: quia, etſi quis ſit extra territorium ſui judicis, non tamen deſinit eſſe ſubditus ſuo judici.

4. *Quo loco quis domicilium habere dicitur?*

l. Cives C. De incol. lib. 10. *l.* 2. *C. Ubi Senatores &c.*

Ubi larem rerumque ac fortunarum ſummam conſtituit, vel ſaltem, ubi majorem bonorum ſuorum partem poſſidet.

5. *Poteſtne renunciari foro, & prorogari jurisdictio judicis non ſui?*

*c.*18. *hoc t. l. pen. C. De pact. c.* 12. *in fine hoc tit. l.* 7. §. *paciſcar.* 14. *D. de pact. & l.* 38. *D. de transa.*

Laicus quidem renunciare poteſt, etiam abſque conſenſu judicis ſui: quia cuilibet licet renunciare favori ſuo; ergo & exceptioni declinatoriæ fori ſibi competenti. Clericus vero non poteſt in ſe prorogare jurisdictionem judicis laici, ne quidem cum jurejurando, quia privilegium hoc eſt datum Clericis in favorem totius ordinis clericalis, ac proinde publicum, cui privatorum pactione derogari nequit.

De

Digitized by Google

De Libelli oblatione.

TIT. III.

Conſtituto Judice competente, conſequens eſt videre, quo ordine apud eum agi debeat. Ubi primo offertur Judici libellus, cujus copiam dari ſibi petit Reus.

1. *Quid eſt libellus?*

Libellus nihil eſt aliud, quam ſcriptura continens intentionem Actoris, petitionem ſcilicet & cauſam petendi; præterea nomen Judicis, coram quo petitur, nomen Actoris & nomen Rei, prout inſinuat hic verſiculus:

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & a quo?

2. *Quæ ſunt igitur partes præcipuæ Libelli?*

Hæ duæ, petitio Actoris, & cauſa petendi, ut ſcil. clare & dilucide exponatur, quid, & ex qua cauſa petatur, ſive res ſit mobilis, ſive immobilis, quæ petitur, ſive in rem, ſive in perſonam agatur.

3. *Eſtne hic differentia aliqua inter actionem in rem & in perſonam?*

Eſt utique: nam ſi agatur in rem actione ſive reali, ſufficit exprimere in libello cauſam proximam petendi, id eſt, domi-

Digitized by Google

dominium, vel quaſi; non etiam remotam, ex qua ſcil. cauſſa fundus v. g. ſit petitoris, an ex empto, & donato, legato &c. Quando vero agitur actione in perſonam, non ſufficit exprimere cauſſam petendi proximam, id eſt, obligationem, niſi & remota exprimatur, ut quia Titius v. g. mihi Actori obligatus eſt ex empto. &c. Alias enim nimis obſcurus erit libellus.

4. Cur potius in actione perſonali erit obſcurus, quam in reali?

§. *ſed ſi rem Inſt. De legat.* & *l.* 14. §. 2. D. *De except. rei jud.*

Quia cum dominium rei petitæ noſtrum eſſe non poſſit, niſi ex una aliqua cauſſa, is qui ſimpliciter agit reali actione, nulla cauſſa remota expreſſa intelligitur unam illam cauſſam, videl. dominium, in judicium deduxiſſe. At vero in actione perſonali libellus obſcurus eſt, niſi etiam cauſſa remota exprimatur, quia una & eadem res nobis ex pluribus cauſſis deberi poteſt, puta ex cauſſa empti ab uno, & ex donato forte ab alio, unde Reus poſſet non ſufficienter certior fieri, utrum cedere, an contendere debeat.

De mutuis petitionibus.

TIT. IV.

Contingit ſubinde Reum judicio conventum petere viciſſim ſibi ab Actore

re debitum, idque per Reconventionem, quæ hic dicitur mutua petitio.

1. *Quid igitur eſt Mutua petitio?*

EA nihil aliud eſt, quam conventio ex parte Actoris, & reconventio ex parte Rei, qua ſcilicet Reus, viſo Actoris libello viciſſim aliquid ab eo petit, idque coram eodem Judice, ſive ordinario, ſive delegato, non etiam coram arbitro. *c.1.hoc tit.*

2. *An & coram judice alias incompetente?*

c. Cum dilectus ſup. de arbitr.

Omnino; ut ſi reconventus alias ſubjectus non ſit judici Rei conventi: veluti Clericus, qui reum convenit coram judice laico, reconventus coram eodem judice: quia reconventio tollit exceptionem incompetentiæ: cum non debeat quis quem dedignari judicem, cujus in agendo arbitrium ſecutus eſt.

l.14. C. de ſent.& interloc. om. jud.& can. 1. §. cujus 11. qu. 8.

3. *In quibus cauſſis habet locum reconventio?*

In omnibus cauſis connexis & jure non prohibitis ſive in rem, ſive in perſonam agatur. Prohibetur autem in cauſis criminalibus, in cauſis præjudicialibus, in cauſis ſpiritualibus coram laico, in cauſa ſpoliationis, depoſiti, momentaneæ poſſesſionis.

Clem. Sæpe De V. S.can. Neganda 2. c. 3. 11. q. 11. c. 2.

Digitized by Google

ſup. de jud. & c. 25. De decim. c. ult. De ordin. cogn. c. 2. De depoſ. Gl. in d. c. fin. De ord. cogn. d. Clem. Sæpe §. verum arg. c. 3. verſ. reus De reſcript. in 6.

4. *Quando proponenda?*

Proponi poteſt mox ab exordio litis ſcil. vel ante litem conteſtatam, vel ſtatim poſt, ut ſic pari paſſu ambulet cum conventione: alias etiam usque ad ſententiam, vel ſaltem ad concluſionem in cauſſa, durante judicio conventionis. Illam vocant *Propriam*, hanc vero *impropriam* reconventionem.

5. *Qua forma & ordine:*

Oblato libello conventionis ex parte Actoris, & libello reconventionis ex parte Rei, tum prius Reus ad libellum Actoris, deinde Actor ad libellum Rei reſpondebit, & ſic deinceps utriusque cauſſæ ſinguli actus judiciales viciſſim ac ſimultanee ad finem usque litis decurrent, judexque, cauſſa utrinque cognita, ſi de utraque pariter liqueat, utramque una eademque ſententia definiet ac terminabit.

d. c. 1. in fine hoc tit.

De litis conteſtatione.

TIT. V.

Vidimus obiter de iis, quæ litis ingreſſum præcedere ſolent, ſuntque velut præludia quædam ipſius judicii; ſequitur modo de litis conteſtatione, quæ eſt

eſt primum judicii fundamentum, ipſeque litis ingreſſus.

1. *Quid eſt litis conteſtatio, & quomodo ea fit?*

Litis conteſtatio eſt Rei ad petitionem Actoris, vel contra (ut fit in reconventione) Actoris ad Rei petitionem, negando vel affirmando, reſponſio animo litem conteſtandi facta. Fit enim litis conteſtatio non per poſitiones Actoris ad eas Rei reſponſiones, ſed per petitionem in jure propoſitam, & per reſponſionem ſecutam. *c. un. h. t.*

2. *Eſtne neceſſe, ut Reus reſpondendo dicat, ſe reſpondere animo litem conteſtandi?*

Non eſt; quia hoc ipſo, quò ad petitionem Actoris ſimpliciter reſpondet, præſumitur reſpondere animo conteſtandi. Niſi reſpondeat cum proteſtatione de non conteſtando; quia hujusmodi proteſtatio impediret litis conteſtationem. *Dd. in d. c. un. & l. un. C. eod.*

3. *Eſtne neceſſaria in omni cauſſa litis conteſtatio?*

Eſt, in cauſſa utique judicii ordinarii, de cujus ſubſtantia eſt litis conteſtatio, & ſine qua judicium ordinarium eſt ipſo ju- *d. c. in fin.*

Digitized by Google

re nullum. In judicio vero extraordinario & ſummario, ubi proceditur ſimpliciter & de plano, absque figura judicii, litis conteſtatio omitti poteſt, ut judex, audita utrimque facti narratione judicet, quod ſibi æquum videbitur.

Clem. Sæpe De V. S.

4. *Quis eſt effectus litis conteſtationis?*

Inter alios plures eſt & iſte, quod litem conteſtando Reus excludatur ab omnibus ſuis exceptionibus dilatoriis, quibus hoc modo intelligitur renunciaſſe: & quod in perſequendo Actor conditionem ſuam faciat meliorem per litis conteſtationem; Rei vero conditio litis conteſtatione fiat deterior. Ut lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem vel ad ſententiam definitivam.

c. 19. C. de probat. & c. 20. inf. De ſent. & re jud. l. 27. & 36. De R. I.

TIT. VI.

1. *Cur lite non conteſtata procedi ad teſtium receptionem vel ſententiam non poteſt?*

QVa lite nondum conteſtata nihil adhuc extat in judicio, ſuper quo teſtes produci poſſint; nihil adhuc petitum, de quo ſententia ferri. Neque enim ante litem conteſtatam dici poteſt eſſe cœpta

l. 1. C. De jud. & l.

pta lis, nec Actor quicquam petiiſſe, ſed tantum petere voluiſſe. *Amplius 15. D. Ratam rem hab.*

2. *Quid ſi Reus citatus tertio, vel ſemel peremptorie, non compareat, atque ita impediatur conteſtatio?*

Nec eo caſu recipi teſtes poterunt; ſed Reus habebitur pro contumace, Actorque mittetur in bonorum poſſeſſionem rerum petitarum, cuſtodiæ cauſſa, ut hoc modo cogatur tandem Reus comparere in judicio ac reſpondere, litemque conteſtari.

3. *Suntne caſus, quibus circa litis conteſtationem recipi teſtes poſſunt?* *c. 3 & c. ult. in fine b. t.*

Sunt. Veluti primo in cauſſa matrimonii, ſive ſpiritualis (quale eſt inter Prælatum & Eccleſiam) ſive carnalis, an illud valeat, vel non, & reus per contumaciam abſit, recipi teſtes poſſunt, dum periculum eſt in mora: Veluti in electione Prælati confirmanda, ne Eccleſia deſtituta Paſtore detrimentum patiatur: & in cauſſa matrimonii, ne conjugum alter vota ſua diutius eludi patiatur, vel alterutri detur occaſio fornicationis. *l. 2. C. De ſponſal. c. ult. §. porro b. t. d. c. ult. §. ſunt & alii.*

II. Quando agitur per viam inquiſitionis.

III. Quando teſtes petuntur audiri ad

 perpe-

Digitized by Google

perpetuam rei memoriam, veluti ſi teſtes ſint valetudinarii, ſi ſenes, ſi peregrini, ne ob mortem, vel abſentiam teſtium poſt litem conteſtatam veritas poſſit elici. Id quod hodie fieri ſolet, reſcripto impetrato a Principe.

c. Cum olim. 34. inf. De teſtib.

De Juramento calumniæ.

TIT. VII.

Lite conteſtata, ne vel Actor vexandi tantum cauſſa, vel reus tantum differendæ ſolutionis gratia, litem inſtituere fovereque videantur, ſuccedit juramentum calumniæ utrinque præſtandum.

1. *Quis dicitur calumniari?*

l. 1. D. Ad SC. Turpill.

QVi ſciens & prudens vel falſum defendit, vel verum oppugnat, ac tergiverſatur.

2. *Quid igitur eſt Iuramentum Calumniæ?*

c. 5. & c. ult. h. t.

Eſt juramentum a litigantibus etiam Clericis, ſi cauſſam propriam agant, ſuper lite bona fide ſuſcepta præſtandum.

3. *Qualiter jurandum de calumnia?*

Jurat Actor, quod non calumniandi animo litem moverit, ſed quod exiſtimet

met & credat ſe juſtam habere cauſſam litigandi. Reus jurat, quod putans ſe bona inſtantia uti, ad reluctandum & contradicendum pervenerit. Deinde jurat uterque, quod nullam ab adverſario ſuperfluam exigat probationem, extrahendæ litis cauſſa, quodque nihil dederit aut promiſerit judici, ejus corrumpendi gratia. ***l.2.in pr.C. b.t.d.l.2. cum Auth. ſeq. Nov. 134. in pr. & Auth. Principales.C. eod.***

4. *Iuratne & procurator domini ſui nomine?*

Jurat; nec enim refert ipſe principalis in propria perſona hoc juramentum præſtet, an ejus nomine procurator, modo hic mandatum ſpeciale habeat ad jurandum & tunc jurat in animam domini ſui ac ſuam, exceptis Syndicis & Oeconomis, id eſt, adminiſtratoribus eccleſiarum, monaſteriorum, & univerſitatum, qui etiam ſine mandato & in proprias animas, non in animas ſingulorum, qui de Eccleſia aut univerſitate ſunt, jurant. ***c. ult. b. t. c. 3. & 4. b. t.***

5. *Quid ſi litigantes recuſent jurare?*

Tunc quidem Actor tanquam improbus litigator ab inſtituta cadet actione, Reus vero habebitur pro confeſſo, id eſt, perinde ac ſi debitum eſſet confeſſus ac

condemnatus. Cujuſmodi pœnæ non eſt locus in cauſis ſpiritualibus, ut cum agitur de decimis, jure patronatus &c. ne inde detur vitioſus ad talia ingreſſus.

d. c.ult. in fine Vallen hic § 4. n. 3.

De Dilationibus.

TIT. VIII.

Dilationes dari ſolent, aliæ ante litem conteſtatam, aliæ poſt. Ante litem conteſtatam dantur dilationes ad deliberandum, de quibus eſt hic Tit.

1. *Quid eſt Dilatio, & quotuplex?*

Dilatio in genere eſt juſtum temporis ſpatium, quod ad actum aliquem judicialem perficiendum conceditur Actori vel Reo, a lege, a judice, vel ex conventione partium. Unde Dilatio alia eſt *Legalis*, quæ a lege abſque miniſterio judicis aut litigantium, conceditur; alia *Iudicialis*, quam dat judex ipſe ex præcepto ſeu permiſſione legis; alia *Conventionalis*, quæ ex conventione partium competit. Dilationum vero Judicialium aliæ ſunt *Citatoria*, aliæ *Deliberatoria*, aliæ *Probatoria*.

2. *Quæ dicuntur Dilationes Citatoriæ?*

Quæ dantur citatis & in jus vocatis, ut commode pervenire poſſint ad judicium, idque

idque primo, ſecundo & tertio, juſto temporis intervallo inter ſingulas citationes. Quod tempus hodie variat ex ſtylo Curiæ cujusque, & fere eſt arbitrarium. Pro ternis citationibus poteſt judex, ſi cauſſa juſta ſubſit, uti unica peremptoria: quo caſu citatus peremptorie, ſi non veniat, perinde habetur, & punitur, ut contumax, ac ſi ter citatus fuiſſet. *Vallen. hic §. 1. num. 5. & 6.* *l. 70. D. De jud. vallen. ubi ſup. n. 7.*

3. *Quæ Deliberatoria?*

Deliberatoria dilatio datur Reo, ut, viſo Actoris libello, ſecum deliberet, cedatne, an contendat, & ſe inſtruat, cogitetque, quid Actori in judicio reſpondeat. Unde ſi ex litteris citatoriis Reus plene inſtrui poſſit, induciæ deliberatoriæ non concedentur. Tempus vero hujusmodi dilationis olim fuit 24. dierum a porrecto per Actorem libello, hodie eſt arbitrarium, & a ſtylo Curiæ pendens, prout de citatoriis dictum. *c. ult. h. t.* *c. 2. h. t.* *Auth. Offeratur C. De litis conteſt.*

4. *Quæ Probatoria?*

Quæ dantur Actori ad ſuam intentionem, & Reo ad exceptionem probandam. Et ne in his modum excederent judices, certum tempus præſcriptum eſt ad probandum ſeu producendum teſtes, ſcil. trium menſium in eadem Provincia,

Digitized by Google

ſex menſium, ſi trans mare; quod hodie quoque eſt arbitrarium.

De Feriis.
TIT. IX.

l.1. & ult. C. h. t. Quemadmodum dilatione durante Judicis officium interim conquieſcit, ita & durantibus feriis.

1. *Quid ſunt Feriæ?*

Sunt dies ab actibus judicialibus vacui, quibus ſcilicet forenſis ſtrepitus & juriſdictionis exercitium conquieſcere jubetur. *c.5. h. t. & l.5. D. eod.*

2. *Quotuplices ſunt?*

Aliæ ſunt *Solemnes* & *Ordinariæ*, vel ad divinum cultum inſtitutæ, ut ſunt dies feſti, vel ad fructus colligendos, ut ſunt feriæ meſſium & vindemiarum: aliæ *Repentinæ*, ſeu *Extraordinariæ*, quæ ſcil. pro rebus occurrentibus ab Imp. (unde & *Imperiales* dictæ) vel Rege indicuntur. *c.1. & ult. h. t. d. c. ult. in fine l. Anullo 4. C. eod.*

3. *Intereſtne inter has ferias?*

Plane intereſt, quod quidem ad judicium attinet: quia actus judicialis die feſto, ſive feriis ad divinum cultum inſti-

tutis.

Digitized by Google

tutis, celebratus, licet ex utriusque partium conſenſu, eſt ipſo jure nullus; non etiam actus judicialis tempore feriarum ob meſſem & vindemiam mutuo litigantium conſenſu celebratus. Ratio diverſitatis eſt, quia in priori caſu feriæ juris ſunt publici, non tam in ſingulorum gratiam, quam totius Reip. cauſſa introductæ, & mandatæ auctoritate Eccleſiæ, quibus propterea privata pactione renunciari non poteſt. Poſteriori vero caſu feriæ in ſingulorum potius gratiam, quam Reip. cauſſa, introductæ ſunt, unde & ſinguli renunciare his feriis poſſunt.

d. c. ult. in fine.

d. c. ult. in princ.

De Ordine cognitionum.

TIT. X.

Aliquando incidunt quædam in judicium definienda, antequam in cauſſa principali procedatur, vel de quibus diſceptatur inter actorem & reum, quæ cauſſa prior & quæ poſterior cognoſci debeat, ideo hic ſequitur Tit. De ordine cognitionum.

1. *Quid ſi igitur quæſtio præjudicialis, v. g. natalium, an quis ſit filius, l. proximus cognatus, incidat in judicium petitionis hæreditatis?*

Tunc

Tunc prius cognoſcendum & pronunciandum erit, quem eſſe Filium legitimum, vel cognatum proximum, quam an hæreditas ei reſtituenda ſit, vel non: quia cauſſa major (qualis hic eſt quæſtio natalium) trahit ad ſe cauſſam minorem, id eſt, cauſſam de hæreditate reſtituenda, ſive coram eodem judice agatur, ſive etiam coram diverſis, veluti de cauſſa natalium coram judice Eccleſiaſtico & de cauſſa hereditatis coram laico. Sic & exceptio conſanguinitatis objecta mulieri, vindicanti aliquem in maritum, eſt præjudicialis, prius diſcutienda, quam ſuper matrimonio pronuncietur.

c. 54. De jud. c. 1. b. t.

c. 1. b. t.

2. *Quid ſi agenti ſpolii nomine viciſſim objiciatur ſpolium?*

Tunc refert, an per modum exceptionis, an vero per modum actionis ſpolium objiciatur. Nam ſi reus excipiat ſe viciſſim ſpoliatum, prius de hac ſpolii exceptione cognoſcendum, quam de actione ſpolii. Quia licet ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, ita ut ante reſtitutionem non cogatur regulariter reſpondere ſuis ſpoliatoribus; tamen quando regeritur ſpolium per modum exceptionis, prius cognoſcitur de ſpolii exce-

c. 2. verſ. ſed quoniam hoc tit.

c. ult. b. t.

Digitized by Google

exceptione. Secus, ſi per modum actionis, id eſt, ſi Reus non excipiat, ſed viciſſim agit, ſe eſſe ſpoliatum.

3. *Quid ſi actio criminalis & civilis ſimul concurrant?*

Tunc criminalis principaliter intentata excludet civilem. Ubi vero civilis præjudicat criminali, vel contra, præcedere illa debet, uti præjudicialis, & altera ſequi. Quando autem altera alteri non eſt præjudicialis, tunc criminalis & civilis conjungi poſſunt. *Can. Civilis. l.* II. *q.* II. *c. Si crimen* III. *q.* II. *Vide Fach. in c.* 2.

De plus petitionibus.

TIT. XI.

Inter incidentes in quæſtiones eſt & hæc de plus petitionibus; an ſcil. Actor plus petierit, quam oporteat.

1. *Plus peti quando & quibus modis dicitur?*

QVatuor modis. Re, Tempore, Loco & Cauſa. *Re* plus petere dicitur, qui majorem ſummam vel quantitatem petit, quam debetur. *Tempore*, qui petit ante diem, vel conditionem obligationis adjectam, nec dum ſcil. exiſtentem. *Loco*, qui petit alio loco, quam ubi convenit, ut ſolveretur. *Cauſſa* qui id, quod in genere vel alternatim debetur, in ſpecie vel præciſe petit.

2. *Qua*

Digitized by Google

2. *Quæ eſt pœna plus petentium?*

Re plus petens, absque dolo malo, & in eo perſeverans usque ad ſententiam, condemnatur adverſario in expenſas litis. Tempore plus petente Actore, duplicantur Reo induciæ, nec cogitur poſtea litem excipere, niſi ſolutis expenſis litis prioris ante diem motæ. Loco plus petens tenetur, quanti rei intereſt alio loco peti, quam ubi oportebat. Cauſſa plus petens in expenſas omnes, & damnum, quod Reus occaſione inſtitutæ actionis tulit, condemnatur.

c.un.in pr. h. t.
d. c. un. verſ. et vero d. c. un. verſ. loco §. ſed hoc quidem In ſtit. action.

De cauſſa proprietatis & poſſeſſionis.

TIT. XII.

Incidit quoque frequenter quæſtio inter Actorem & Reum, de cauſa proprietatis & poſſeſſionis inſtituenda, inſtruenda, definienda; utrum ſimul in eodem judicio proponi poſſint, an vero ſingulæ cauſſæ ſingulis judiciis tractandæ ſint.

1. *Quæ dicitur cauſſa proprietatis?*

IN qua principaliter agitur de proprietate ſeu dominio, vel quaſi dominio, quando ſcilicet Actor contendit, ſe eſſe domi-

dominum rei controverſæ, Reus vero e contrario negat; & hoc appellatur judicium petitorium. *c. 4. h. t.*

2. *Quæ poſſeſſionis?*

In qua principaliter agitur de poſſeſſione, vel quaſi; veluti ubi Actor contendit, poſſeſſionem rei eſſe ſibi reſtituendam, & Reus negat, quod vocatur judicium poſſeſſorium,

3. *Quid eſt poſſeſſio?*

Eſt jus reale inſiſtendi vel incumbendi rei corporali, ſive mobili ſive immobili. *d. c. 4.* *Ius*, inquam, *reale inſiſtendi* &c. quia non ſtatim, qui rem aliquam detinet, ejus rei poſſeſſor dicendus eſt; ſic enim commodatarius, depoſitarius, inquilinus atque colonus, quamvis rem detineant & occupent, non tamen dicuntur poſſidere: quia non habent jus aliquod inſiſtendi rei, ſed tantum jus perſonale ex contractu. Dicitur *rei corporali*; quia rei incorporalis proprie loquendo nulla eſt vera poſſeſſio, ſed dicuntur hujusmodi tantum quaſi poſſideri. *c. 3. hoc tit.*

4. *Quotuplex eſt poſſeſſio?*

Triplex. Naturalis tantum, Civilis tantum, Naturalis & Civilis ſimul.

Natu-

Naturaliter tantum poſſidere dicitur, qui rei alicui incumbit, quam eandem aliquis alius poſſidet civiliter.

l. 6. §. qui ad nundinas D. d. acq. poſſ.

Civiliter tantum, qui a re corpore diſcedens, animo poſſeſſionem retinet. Ut qui ad nundinas profectus eſt, nullo in poſſeſſione fundi relicto, quem eo abſente alius aliquis forte occupavit. Hic abſens dicitur civiliter tantum poſſidere: is autem, qui eo abſente fundum occupavit, *naturaliter & civiliter ſimul* rem poſſidet, quam ſc. alius nullus ullo modo detinet, aut poſſidet.

5. *Quot modis agitur de poſſeſſione?*

Tribus; atque ita triplex eſt judicium poſſeſſorium: vel enim agitur interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis, vel retinendæ, vel recuperandæ, quæ plenius alibi explicantur.

Inſtit. De interd.

6. *In hoc judicio poſſeſſorio quis eſt Iudex competens?*

Non conveniunt hic Dd. Sunt qui poſſeſſorium retinendæ & recuperandæ poſſeſſionis ad judicem ſecularem ſpectare volunt: etiam cum de poſſeſſorio beneficiorum Eccleſiaſticorum, juris decimarum, & juris patronatus agitur ea ratione, quod poſſeſſorium rei ſpiritualis non ſit quid ſpirituale, ſed temporale &

Digitized by Google

le, & potius in facto quam in jure conſiſtit. Et hanc ſententiam uſus judiciorum in Gallia ac Belgio fere paſſim recepit; quamvis contraria de jure verior appareat.

7. *Poteſtne judicium poſſeſſorium & petitorium cumulari, id eſt ſimul tractari cauſſa poſſeſſionis & proprietatis?* *Vide Valenſ. hic §. 3.*

Utrumque hoc judicium ab initio ſimul proponi, tractari & finiri poſſe, coram uno eodemque judice, & adverſus eundem adverſarium, reſcriptum eſt. Non obſtante regula, quod, quando alicui competunt plures actiones ejusdem rei nomine, una aliqua eligenda ſit, & una tantum experiri oporteat; quia regula illa accipienda, quando plures actiones competunt ad unam & eandem prorſus rem. Hic autem duæ quidem ſunt actiones, ſed quæ competunt ad diverſa, nimirum poſſeſſorium ad poſſesſionem, & petitorium ad proprietatem ſeu dominium: atqui poſſesſio & dominium nihil commune habent. Deinde intereſt Reip. minui lites, quemadmodum hic fieri videmus, quia ex pluribus fit una. Et de hoc minor difficultas eſt, quando cauſſa proprietatis concurrit cum poſſeſſorio adipiſcendæ & recupe- *c.1. 4. & 6. h. t. l. 18. de vi & vi arm. l. 43. §. quoties De R. I.*

randæ, reſpectu diverſarum poſſeſſionum.

8. *Quid ſi cauſſa proprietatis ſeu petitorium concurrat cum poſſeſſorio retinendæ?*

Vid. Vallen.h. §.4. *n.*3. *& ſeq.* Etiam eo caſu cumulationem admittendam reſpectu ejusdem poſſeſſionis, verior ſententia eſt.

De Reſtitutione Spoliatorum.

TIT. XIII.

Interdum & hoc incidit in judicium, quis ordo ſervandus ſit, quando quis actionem inſtituit de ſpoliatione: nam id in hoc judicio ſpoliationis, ſeu interdicto recuperandæ poſſeſſionis, ſingulare eſt, ut qui agit tanquam ſpoliatus, ante omnia ſit reſtituendus.

1. *Spoliatus quis hic dicendus?*

Qvi vel vi, vel clam, de poſſeſſione rei alicujus corporalis vel incorporalis, veluti beneficii Eccleſiaſtici, aut alterius juris, ejectus eſt, vel alias injuſte privatus.

2. *Cui & adverſus quem datur hoc interdictum reſtitutorium.*

Datur ei, qui dejectus eſt, ſive dominus

minus rei fuerit, ſive non, puta uſufructuarius. Item hæredibus, eorumque ſucceſſoribus, adverſus eum, qui per ſe aut per alium dejecit, aut dejici mandavit. *l.1.§.12.l.3. §.fin.D.de vi & vi arm.*

3. ***Daturne adverſus tertium malæ fidei poſſeſſorem, qui non ſpoliavit?***

Non quidem hoc reſtitutorium interdictum: Unde vi; ſed aliud ei ſimile ex Conſtit. Innocent. III. Pont. qua actor, non obſtante juris civilis rigore (quod tamen jus alias etiam jure Pontificio confirmatur, ut ſcil. interdictum Unde vi locum habeat, niſi adverſus ipſum ſpoliatorem; vel qui ratum habuit) agere poteſt ad recuperandam poſſeſſionem, contra quemlibet poſſeſſorem, qui conſcius ſit ſpoliationis, ſive is immediate, etiam a bonæ fidei poſſeſſore intermedio. Eſt & in hanc rem aliud remedium recuperandæ poſſeſſionis ex *can. Redintegranda III. qu.* 1. quod datur adverſus quemlibet poſſeſſorem, licet ipſe non ſpoliaverit, nec conſcius fuerit ſpoliationis, quoquo modo res aliqua, etiam mobilis; ad eum pervenerit, idque absque ulla temporis præfinitione. *c. Sæpe 18. hoc tit.* * *c. Cum ad ſedem. 15. eodem l. 1. §. ait Prætor. 11. D. de vi & vi arm.* *Vallenſ. hic §. 3. Marant. p.4. diſt.7. num. 58.*

4. ***Quid ſi Reus excipiat de dominio, de beneficio non canonice acquiſito, aut de alio aliquo crimine?***

Non audietur, ſive de dominio agatur etiam in continenti probando, ſive de beneficio & non canonice facta inſtitutione, ſive de aliquo crimine, ut quia aut clam poſſederit, niſi prius poſſeſſionem actori ſpoliato reſtituerit. Non obſtante, quod juris ordo flagitare videatur, ut Reus audiatur in ſuis exceptionibus, ſicut Actor in ſua intentione; quodque favorabiliores Rei potius quam Actores habeantur: quia a Reg. iſta excipitur caſus ſpoliationis, quo favorabilior habetur cauſſa Actoris, quam Rei, idque in odium violenti ſpoliatoris.

c. 5. h. t. c. 6. eod.

l. 125. D. de R. L.

Vallen, hic h. 5. 4.

5. *Quid probare Actor debet, ut obtineat in hoc interdicto Unde vi?*

Hæc duo: Primo, ſe fuiſſe in rei poſſeſſione, vel quaſi, tempore factæ ſpoliationis. Secundo, ſe ſpoliatum fuiſſe ab eo, in quem agit, vel ab alio ejus nomine, vel ſpoliationem ab alio factam ratam habuiſſe. Quod ſi in alterutro horum probando deficiat, cauſſa cadet.

De dolo & contumacia.

TIT. XIV.

Interdum etiam quæritur de dolo & contumacia Actoris vel Rei punienda, ut quia

quia ſpoliatus dolo & contumacia Rei reſtitutionem conſequi non poteſt.

1. *Quid eſt dolus?*

Dolus malus eſt omnis calliditas, machinatio, fallacia, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. Dico: dolus malus; nam eſt & dolus quidam bonus, de quo hic non agitur. Agitur vero hoc Tit. non de quolibet dolo malo ſimpliciter, ſed quatenus contumaciæ abhæret. *l. 1. §. 1. D. De dolo malo.*

2. *Contumacia quomodo incurritur, & quis dicendus Contumax?*

Contumaciam incurrere dicitur, & fieri contumax, qui tribus edictis, vel uno pro tribus (quod tantum temporis, quantum tria illa edicta, continere debet, & vulgo peremtorium appellatur) evocatus, & nulla juſta cauſſa impeditus, præſentiam ſui facere contemnit, ſive per ſe, ſive per procuratorem. *l. Contumacia 53. D. De re jud.*

3. *Quæ eſt pœna contumaciæ?*

Diſtinguendum hic eſt inter Actorem & Reum, quia & Actor contumax fieri poteſt. Reo facto contumace ante litem conteſtatam, mittitur Actor in poſ-

Digitized by Google

c. 1. &c. ſeſſionem bonorum ipſius Rei, pro mo-
pen. hoc t. do declarati debiti. Poſt litem vero con-
c. 4. eod. teſtatam, ſi judici ex actis liqueat de rei veritate, poterit ſententia ſua litem ter-
L. 13. §. fin. minare. Neque tunc licebit condemna-
autem C. to appellare, ſaltem jure civili; cum
De jud. non de judice, ſed de ſe ipſo quæri debeat: æquitate Canonica juris civilis rigorem nonnihil remittente perſonis Eccle-
d. c. 4. in fi- ſiaſticis. Quod ſi de cauſa non liqueat ju-
ne & d. §. dici, tunc veram rei poſſeſſionem Actori
fin. autem. adjudicabit, Reo abſenti ſola proprietatis relicta quæſtione.

4. *Quid ergo ſi Actor fuerit factus contumax?*

c. Actor. h. t. Tunc ante litem conteſtatam Actor, ad terminum citationis non comparens Reo condemnatur in expenſas, nec ad novam citationem admittitur, niſi caveat ſe, adſignato termino compariturum: permittiturque Reo adverſus Actorem legitime citatum probare exceptionem ſuam. Judexque poſtquam ei conſtiterit ex actis de rei veritate, Reum a petitione Actoris abſolvet. Si de eo
c. 9. hoc tit. non conſtet ſatis, tunc quoque abſolvere Reum poterit, non quidem ab Actoris petitione, ſed tantum ab inſtantia, ſalvo Actori ſuo jure facultateque de novo agen-

agendi, novaque inſtantia utendi, cum refuſione expenſarum prioris inſtantiæ. Lite vero conteſtata, ſi deinde Actor contumaciter abſit, & tempus inſtantiæ, puta triennium, usque ad ſemeſtre præterlapſum ſit, poterit Judex ad definitivam procedere, etiam in favorem Actoris; alias Reus abſolvi debet. *d.l.13.& §. quidem.*

De eo, qui mittitur in poſſeſſionem, cauſſa rei ſervandæ.

TIT. XV.

Dictum paulo ante, Actorem ob Rei contumaciam mitti in poſſeſſionem bonorum ſeu rei petitæ: hic docetur, quid juris ex hujusmodi miſſione conſequatur.

1. *Quotuplex eſt hæc miſſio?*

Duplex, ex primo & ſecundo decreto.

2. *Quid juris conſequitur Actor ex miſſione in bonorum poſſeſſionem ex primo decreto?*

Tunc neque dominium rei, neque etiam veram poſſeſſionem conſequitur, ſed tantum detentionem: quia ejusmodi miſſio fit duntaxat rei ſervandæ cauſſa, ut eam cuſtodiat Actor, dum interim veniat re-

Digitized by Google

reſponſurus Reus; idque in actione tam in rem, quam in perſonam.

c. 2. & ult. h. t.

3. *Quando ſecundo decreto opus eſt?*

Hic diſtingue inter actionem realem & perſonalem. Nam in reali actione opus non eſt hoc ſecundo decreto, ſcilicet Reo poſt misſionem non comparente intra annum; quia tunc Actor, elapſo anno, ſtatim, id eſt, absque alio judicis decreto, conſequitur veram rei poſſesſionem, in quam miſſus eſt. Verum actione perſonali, quia Reo contumace intra annum non comparente, eo anno elapſo, non ſtatim acquiritur Actori poſſesſio rei, in quam miſſus eſt; opus eſt ſecundo judicis decreto, ad hoc, ut veram rei poſſesſionem conſequatur.

d. c. 1. h. t. c. 5. §. in aliis ſup. Ut lite non conteſt. Vallen. hic n. 3.

Ut lite pendente nihil innovetur.

TIT. XVI.

In ea quisque poſſesſione, aut quaſi, manere debet, quam initio litis habuit, adeoque lite pendente nil eſt innovandum, id eſt, nihil fieri poteſt, quo litis qualitas ſtatusve immutetur aliquo modo.

1. *Pendere lis quando dicitur?*

PEndere lis dicitur inter aliquos, non tantum, quando lis eſt conteſtata, ſed

ſimu-

ſimulatque Reus ab Actore in jus voca- *Clem.* 2.
tus eſt, addita & clare expreſſa cauſſa, *hoc tit.*
ob quam vocetur.

2. *Non licebit ergo in jus vocato ſuper aliqua re eam rem alienare?*

Nequaquam: neque per hujusmodi alienationem poſſeſſio aut dominium in alium transferetur. Imo is qui alienavit, *c.* 3. & 4.
ſi recuperari ea res non poſſit, tenetur aliam *hoc tit.*
in ejus locum ſurrogare.

3. *An neque rei controverſæ poſſeſſio pendente lite auferri alicui poterit?*

Non poterit, licet quis proferat Principis aut S. Pont. reſcriptum, quo id ju- *c.* 12. *verſ.*
beatur: quia tale reſcriptum non præſu- *quia ta-*
mitur a Principe aut S. Pont. profectum, *men ſup.*
nec Pont. præſumitur alicui ſuo reſcripto *De off. jud.*
jus ſuum auferre velle ſine juſta cauſſa. *ordin. c.*
Hinc etiam reſcriptum lite pendente im- *ult. hoc t.*
petratum, litis nulla facta mentione, tanquam ſubreptitium rejicitur.

De ſequeſtrationibus poſſeſſionum & fructuum.

TIT. XVII.

Quamvis ſequeſtratio rei, de qua inter aliquos lis eſt, ea pendente regulariter prohibita ſit, certis tamen caſibus

Digitized by Google

*l. 1. C. d. probib. ſeque*ſ*t. pec.* permiſſum eſt, rem in judicium deductam, ejusque fructus apud ſequeſtrem deponi.

1. *Quis dicitur Sequeſter?*

c. Sequeſter. 110. *De V. S.* APud quem plures (ſcilicet Actor & Reus) eandem rem, de qua inter eos controverſia eſt, depoſuerunt.

2. *Quotuplex eſt Sequeſtratio?*

Duplex, alia *Voluntaria*, quæ fit partis utriusque conſenſu, eaque ſemper permiſſa; alia *Neceſſaria*, quæ fit per judicem, idque vel ex officio, dum rem litigioſam mandat ſequeſtrari, ſimiliter permiſſa; vel ad petitionem partis unius, altera contradicente, quæ regulariter eſt prohibita; cum non oporteat judicium ab executione inchoare, nec poſſeſſorem, durante lite, privare commodo ſuæ poſſeſſionis.

3. *Quibus caſibus licita eſt Sequeſtratio?*

c. 2. h. t. Primo, ſi Actor miſſus in bonorum poſſeſſionem ex primo decreto fructus, quos ex bonis percepit, diſtrahat & diſſi-
c. ult. eod. pet pro arbitrio ſuo. Secundo, ſi item
Gl. in d. c. Reus poſſeſſor condemnatus a ſententia
2. in VI. ſe- contra ſe lata appellaverit, & fructus ex
queſtrari. re poſſeſſa dilapidet, Actor recte petit pen-

Digitized by Google

pendente appellatione rem & fructus ſequeſtrari: pluresque caſus alibi recenſentur.

De Confeſſis.

TIT. XVIII.

Expeditis iis, quæ incidere in judicium ſolent, a Tit. X. *de feriis*, fit tranſitus ad ipſam cauſſam principalem, Actorque accingit ſe ad probandum. Certiſſima vero probatio eſt ipſius Rei confeſſio.

1. *Qualis eſt hac confeſſio?*

QVam facere Reus ſolet, præſtito prius juramento calumniæ, vel de veritate dicenda, ad poſitiones Actoris judicio, ſub ſimili juramento propoſitas, per verbum *Credo*, vel *Non credo*. Nam ſi Reus præfracte & abſque cauſſa detrectet reſpondere ad poſitiones Actoris, habetur pro confeſſo. Ad quas vero reſpondet per verbum *Credo*, eas probandi Actori non incumbit neceſſitas.

c. 2. h. t. in 6. & c. 1. ſup. de lit. conteſt.

2. *Quid differt confeſſio per verbum* Credo *ab ea, quæ fit ſimpliciter in judicio?*

Quod illa ad probationem tantum faciat, & relevet Reum ab onere proban-

d. c. 2. bandi: hæc vero, quæ ſimpliciter in judicio ſit, & contra ipſum confitentem, non modo relevet ab onere probandi, verum etiam faciat, ut confeſſus pro judicato habeatur, tametſi nullam cauſſam adjecerit, cur id, quod confeſſus eſt, *l. unica C. eod.* ita ſe habeat; quia nemo præſumitur in judicio temere quid confiteri. Quamvis hodie receptus ſit, ut taliter facta *VVeſenb. D. h. t. n. 8.* confeſſio vim probationis potius habeat, quam ſententiæ, qua proinde ſemper eſt opus.

3. *Confeſſio extrajudicialis quam vim habet?*

Confeſſio talis nullum præjudicium infert confitenti: quia extra judicium quidquam confiteri, etiam coram duobus te- *c. Si cautio inf. De fide inſtrum.* ſtibus, ſine cauſſa tamen, non relevat actorem ab onere probandi, quæ indiſcrete confeſſus præſumitur.

4. *Quid ſi confeſſus in judicio erraverit, an ei licitum erit errorem ſuum revocare?*

Diſtinguendum eſt; quia aut erravit in jure, & hic error nocet confitenti, cum in jure communi errans ſit in lata culpa, quæ non meretur excuſationem ſed pœnam, quia jura omnes ſcire debent:

bent: aut erravit in facto, & hoc revocare poteſt usque ad ſententiam. *l. Leges C. De LL. c. ult. h. t.*

De Probationibus.
TIT. XIX.

Si Reus non confiteatur de intentione Actoris, ſed ad quasdam ejus poſitiones reſpondeat per Verbum, *Non credo*, neceſſitas eas probandi incumbit Actori; & hinc poſt Tit. *De confeſſis* recte ſequitur Tit. *De probationibus* in genere.

1. *Quid eſt Probare & Probatio?*

PRobare eſt judici fidem facere de facto aliquo dubio, de quo in judicio eſt diſceptatio. Probatio aliud non eſt, quam rei dubiæ, apud judicem controverſæ, per legitimos modos facta oſtenſio.

2. *Quotuplex eſt Probatio?*

I. Alia eſt Artificialis, alia inartificialis. *Artificialem* vocant, quæ ex ipſa cauſa argumentis & judiciis deducitur. *Inartificialem*, quæ extra cauſſam deſumitur vel a legibus, vel a teſtibus, tabulis, confeſſione, juramento, aut aliis ſimilibus. Ita vulgo Rhetores dividunt.

II. Alia

II. Alia eſt plena, alia ſemiplena, quæ eſt diviſio Interpp. juris. *Plenam* vocant, quæ plenam fidem facit judici, per idoneos teſtes aut inſtrumenta publica, ita ut ſecundum eam judex ſententiam
c. 2. h. t. ferre poſſit. *Semiplenam* vero, quæ judici non facit plenam fidem, ſed tantum opinionem ingerit; non tantam tamen, ut inde moveri poſſit ad ferendam ſententiam: veluti ſi quid probetur per unicum teſtem omni exceptione majorem, vel per privatam ſcripturam, quam Reus non ſit confeſſus.

III. Alia eſt Judicialis, quæ fit in judicio poſt litem conteſtatam, alia Extrajudicialis.

3. *Probandi onus cui incumbit?*

c. 2. eod. l. 2. D. eod. Illud regulariter incumbit Actori, cujus eſt probare ſuam intentionem, nimirum ejus qui ait, non qui negat.

4. *Actore laborante in ſua probatione, an cogi Reus poterit, ei propria edere documenta?*

c. 1. h. t. Nequaquam: quia ipſe Actor proprias adferre debet probationes, non eas petere ab adverſario: qui etiam urgeri
l. 7. C. D. teſtib. & nequit ad exhibitionem eorum, per quæ ſibi negotium fiat. Actoreque non probante

bante abſolvendus eſt Reus, etſi nihil ipſe præſtiterit. *l. 4. C. de edend.*

5. ***Quid ſi probandi onus utrique parti incumbat, ut puta in judiciis communibus?***

Tunc is obtinebit, qui ſuam probaverit intentionem, altero non probante; ut in judicio communi dividundo, familiæ erciſcundæ, finium regundorum, item in interdicto retinendæ poſſeſſionis, quia in his judiciis uterque litigantium velut Actor eſt, uterque Reus. *c. 3. & c. Licet. 9. h. t. l. 37. §. in vita D. de O. & A.*

6. ***Quid ſi probet uterque?***

Tunc judex diſpiciet, uter melius probet, & utrius teſtes ſint magis idonei; vel in poſſeſſione uter antiquiorem poſſeſſionem & juſtiorem titulum probaverit. *d. c. 9. h. t. d. l. 3.*

7. ***Quid ſi Actore probante ſuam intentionem, Reus interim perſiſtat in ſua negatione, & ſuper ea petat audiri teſtes?***

Non audietur; cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla ſit, ſaltem directa: nam indirecte aliquando probari negativa poteſt. *c. 12. h. t. l. Actor 21. C. De probat.*

8. ***Probatio quibus modis fit?***

Fit

Fit ea per libros antiquos, teſtes, famam, & per alia adminicula. Fama, veluti publicum teſtimonium, auget quidem & confirmat rei, de qua quæritur, fidem; non tamen cedit in vicem juſtæ probationis.

De Teſtibus & atteſtationibus.

TIT. XX.

Inter modos probandi, de quibus ſigillatim tractant Tit. ſequentes, frequentisſimus eſt, qui fit per Teſtes.

1. *Teſtes in quibus cauſis adhiberi poſſunt?*

IN omnibus omnino cauſis, tam criminalibus, quam civilibus, & tam in cauſis Eccleſiaſticis ac ſpiritualibus, quam profanis.

2. *Quales teſtes probant?*

Oportet eos eſſe idoneos, & fide dignos, ſeu, ut dicitur, omni exceptione majores. Quales habentur omnes, niſi qui nominatim per Canones aut leges prohibentur teſtimonium dicere.

c. 1. *h. t.*

3. *Qui ergo prohibentur eſſe teſtes?*

Prohibentur I. Impuberes, furioſi, mente capti, ob defectum vel infirmitatem

tatem

Digitized by Google

tatem judicii. II. Domeſtici, conſanguinei, vel affines ejus, a quo & pro quo producuntur, propter affectionem & favorem erga ſuos. III. Perjuri, infames, ſive infamia ſit juris, ſive etiam facti, ſaltem ſecundum Canones, ac famoſo aliquo judicio condemnati, veluti furti, de dolo &c. imo & accuſati tantum, judicio adhuc pendente. *c. Teſtimonium* 54. *& l. ult. eod.*

4. *An Clerici & Prælati in cauſſa Eccleſiæ ſuæ?*

Quamvis alias teſtis idoneus nemo ſit in propria cauſſa, quæ directe vel indirecte ad ſe pertineat, non tamen prohibentur Clerici in cauſis ſuæ Eccleſiæ, modo non ſint illius procuratores; quia res Eccleſiæ non ſunt revera res ſingulorum. *l.* 10. *D. De teſtib. & l. Omnibus* 10. *C. eod.*

5. *An Monachi vel alii Religioſi?*

Verius eſt, nec illos arceri a teſtimonio dicendo: quia contra eorum profeſſionem non eſt, prodere veritatem quamvis alias prohibeantur, ſe negotiis immiſcere ſecularibus. *c.* 30. *& c.* 51. *h. t.*

6. *An laicus contra Clericum?*

Nullo modo; in cauſſa utique criminali, & quoad plenam probationem. *c.* 14. *h. t. Abbas in d. c.* 14. *n.* 5.

 Secus

Secus quoad judicium faciendum, ſufficiens ad torturam.

7. An mulieres?

In cauſſa civili, veluti in contractibus non prohibentur; in cauſſa vero criminali prohiberi, communior habet ſententia. Niſi agatur de crimine per modum inqui-
c. 3. h. t. ſitionis vel exceptionis.

8. Teſtes quomodo & qualiter producendi ac recipiendi?

contra Vallen. hic §. 2. n. 23. Inprimis petere a judice debet, ſive Actor ſive Reus, admitti ad probandum, & dari ſibi terminum probandi, i. e. ſtatui diem, intra quem teſtes ſuos producat, & præterea citari adverſarium, ut videat te-
c. 2. h. t. ſtes produci & jurare; una cum exhibitione articulorum, ſuper quibus teſtes producere intendit & nominibus teſtium,
c. 2. eod. in 6. ſi quid forte in perſonas eorum objiciendum habeat. Exhibitis inſuper etiam ab adverſario, ſi velit, judici ſuis quoque interrogatoriis ſuper articulis ſibi prius exhibitis, ut, ſi forte teſtes a producente ſint ſubornati, id judex ex interrogatoriis adverſæ partis facilius deprehendat. Exceptoque deinde a ſingulis teſtibus juramento, de eo, quod teſtimonium ex animi ſententia dicent,

ſingu-

Digitized by Google

ſinguli ſigillatim ac ſeparatim, remotis litigantibus, examinandi de ſingulis cauſſæ circumſtantiis, de perſonis, loco, tempore, viſu, auditu, ſcientia, credulitate, fama & certitudine rei: & potiſſimum de ratione ſui dicti ſeu depoſitionis. *c. Cum cauſſam 37. h. t. Vallen. hic §. 2. num.* 11.

9. ***Permittine debet ſuper iisdem articulis ſecunda aut ulterior teſtium productio?***

Permiſſa quidem ſecunda & tertia, non etiam ulterior. Niſi qui quartam productionem poſtulat, affirmet juramento, ſe eam dolo malo non petere, neque teſtificata aliquo modo didiciſſe, id eſt, teſtimonia intellexiſſe, ſed quia quos producere de novo deſiderat, prius habere nequiverit. *c. 15. &c. pen. eod.*

10. ***Publicatione atteſtationum facta, an alii teſtes ſuper iisdem vel contrariis articulis produci poterunt?***

Non poterunt, ne quidem in cauſſa appellationis; quia qui ſemel didicit teſtificata, facile poſſet ſuper iisdem vel contrariis articulis falſos teſtes ſubornare. Super aliis vero articulis nihil prohibet, alios teſtes producere, non facta ulteriori teſtium productione. *c. 17. & 25. eod.*

De Teſtibus cogendis.

TIT. XXI.

1. ***Poſſuntne cogi teſtes ad teſtimonium dicendum?***

OMnino, in cauſis utique civilibus. Idque tum ob publicam utilitatem, ne veritas in alicujus præjudicium occultetur; tum etiam, quia teſtimonium perhibere eſt muneris publici, ad quod etiam invitus quis compellitur.

2. ***An & in cauſis criminalibus?***

can. Ex delicto 11. *q.* 1. *per c.* 4. 5. 8. & *c. ult. h. t.*

Id quidem aliqui negant; ex ratione, quod nemo alteri debeat detrahere, declarando ejus delicta, ergo neque ad id cogi: ſed verius alii adfirmant, quod teſtificari in cauſſa criminali non tam ſit alicui detrahere, quam veritatem dicere, atqui expedit Reip. ne crimina maneant impunita.

De Fide Inſtrumentorum.

TIT. XXII.

Non ſolum teſtibus, ſed & inſtrumentis quis judici fidem facere poteſt, intentionemque ſuam probare: unde operæ pretium eſt noſſe, quæ inſtrumenta fidem judici faciant, quæ non.

1. *Quid*

Digitized by Google

1. *Quid eſt Inſtrumentum?*

INſtrumentum in generali ſua acceptione ſignificat id omne, quod cauſſam inſtruit, & quo fides fit judici, atque ita & teſtes & teſtimonia Inſtrumenti nomine veniunt. Specialiter vero & proprie accipitur pro qualibet ſcriptura, quæ fidem rei, quam continet, judici facit, & cauſſam inſtruit. *l.1.D. h. t. & c.4 ſup. tit. prox.*

2. *Quotuplex eſt Inſtrumentum?*

Duplex, aliud *Publicum*, quod a publica perſona, veluti a Tabellione vel Notario publico, ſolenni ac debita forma eſt conſcriptum, aut publico & authentico ſigillo Principis, Epiſcopi vel capituli ſignatum, auctoritateve Magiſtratus interveniente publicatum. *c.2. & c.6. h. t.* Aliud *Privatum*, ab homine privato, nulla auctoritate publica confectum, ut chirographum, apocha, antapocha, ſyngrapha, epiſtola. *c.9. h. t. & c.7. ſup. De probat.*

3. *Intereſtne quoad fidem faciendam inter hæc duo genera?*

Intereſt ſane: quia inſtrumenta publica de eo, quod inſtrumento continetur, plenam fidem faciunt, & non tantum ipſa authentica, ut vocant, ſed auctoritate judicis confecta. Privata vero inſtrumenta regulariter non faciunt fidem *c. ult. h. t.*

l. Scriptu- pro ſcribente, niſi trium teſtium ſubſcri-
tas 11. *in* ptione fuerint munita; tum enim ea acci-
fine cum piuntur quaſi publice confecta.
Auth. ſeq.
C. Quipot.
in pign.

4. *Cur addis, non facere fidem pro ſcribente?*

Quia contra ſcribentem, dummodo cauſſam expreſſam habeant, ex qua aliquid debitum ſit, puta ex mutuo, &c. plenam fidem faciunt, etiam nullo teſte adſcripto: ſecus, ſi cauſſam expreſſam non habeant.

c. Si cautio 14. *b. t.*

5. *Suntne caſus, quibus contingit, fidem inſtrumenti publici, vel etiam privati, enervari ac deſtrui?*

Sunt utique; veluti I. per contrarios teſtes, qui deponant, rem non ita contigiſſe, ut Tabellio vel Notarius profitetur, eosque ad minimum tres, ſi teſtes inſtrumento inſcripti mortui ſint: quamvis communius receptum ſit, duos ſufficere fide dignos & omni exceptione majores. II. Si ab uno eodemque contraria inſtrumenta fuerint producta, quod ea producenti imputandum. Quod ſi a diverſis diverſa producantur inſtrumenta, æſtimabit judex, cui ſtandum putet. III. Si raſuram habeat inſtrumentum alicujus vocabuli, vel ſyllabæ, quæ rei mutet

c. 10. *&* 15. *Gl. ac Dd. b. t. c. Imputari.* 13. *b. t. d. c.* 13. *& ibi Doct. c. 6. verſ. inſtrumentum.*

Digitized by Google

mutet ſubſtantiam. Secus: ſi ſenſum inſtrumenti raſura non mutet. IV. Si probetur confectum ab alio Notario, quam qui inſtrumento ſubſcripſit. *h. t. c. 3. eod. diverſ. inſtrum.*

De Præſumtionibus.

TIT. XXIII.

Continet & probationem aliquam indicia & argumenta, fidemque faciunt modo plenam, modo ſemiplenam, & interdum alias præſumptiones adjuvant.

1. *Quid eſt Præſumptio?*

Eſt conjectura probabilis, ex certo aliquo ſigno proveniens, ad adſtruendam rei dubiæ fidem. Vel: Eſt anticipata de re dubia opinio, ex argumentis, indiciis & conjecturis, per veras rerum circumſtantias plerumque evenientibus ſumpta. *Menoch. de præſ. lib. 1. q. 7. n. 4.*

2. *Quotuplex eſt?*

I. Præſumtio alia eſt hominis, alia legis. Præſumtio hominis eſt conjectura, quam facit homo, ex facti qualitatibus & circumſtantiis aliquid conjiciendo, & adſumendo pro vero, donec aliud demonſtretur ac doceatur. Præſumtio

legis eſt, quando ipſa lex aliquid conjicit & pro vero adſumit, donec contrarium probetur.

II. Rurſus præſumtio legis vel eſt neceſſaria, vel probabilis. Neceſſaria (quæ & violenta & vehemens & vehementisſima ſubinde dicitur) eſt, quæ ex ſignis certis & neceſſariis oritur. Vel eſt diſpoſitio legis aliquid præſumentis, & ſuper præſumpto tanquam ſibi comperto ſtatuentis. Hanc vocant præſumptionem juris & de jure. Unde qui ſemel declaratus eſt pejeraſſe, eum præſumit canon ſeu lex ſemper inpoſterum pejeraturum, idque præſumptione juris & de jure, quæ probationem in contrarium non admittit. Præſumtio probabilis eſt, quæ ex ſignis probabilibus colligitur: eique proprie præſumptionis vocabulum competit, & dicitur præſumptio juris, qua ſcil. jus in dubio aliquid præſumit, ſed tamen non ſtatuit in illo jus, id eſt, non habet pro jure & indubitato. Sic qui ignorat res alterius, præſumptione juris juvatur, niſi probetur ſcire. Sic pro eo, qui probavit intentionem ſuam per teſtes & inſtrumenta, ſtat juris præſumtio, quam ſequetur judex, niſi contrarium probetur.

c. 47. De R. j in 6.

De

De Jurejurando.
TIT. XXIV.

Eſt denique modus probandi, qui fit per delationem aut relationem jurisjurandi, ſive ex pactione ipſorum litigatorum, ſive auctoritate judicis deferatur: maximumque remedium expediendarum litium eſt jurisjurandi religio. *l. 1. D. De jurejur.*

1. *Quid eſt Iusjurandum?*

Eſt invocatio divini Numinis in teſtimonium, ſive promittendo aliquid in futurum, ſive adſerendo aliquid in præteritum.

2. *Quotuplex eſt Iusjurandum?*

Duplex, *Promiſſorium*, quo quis ſancte promittit ac jurat, ſe quid daturum vel facturum; & *Adſertorium*, quod alias dicitur litis deciſivum, quo alter litigatorum aliquid jurejurando adſerit atque affirmat, quo lis vel altercatio finitur.

3. *Quæ eſt vis & effectus juramenti promiſſorii?*

I. Inducere obligationem. II. Confirmare ipſam promisſionem & aliquando etiam contractum, quando ſcil. alteri, in cujus favorem præſtatur, jus tribuit, & contractum in ſua ſpecie efficit validum. *Vallen. hic* §. 8. *n.* 4.

4. *Quid ſi dolo, vi vel metu ſit extortum juramentum?*

Hic diſtingue inter jus Civile & Canonicum. Jure enim Civili ejuſmodi extortum juramentum eſt ipſo jure nullum, defectu conſenſus, cui nihil tam contrarium quam vis & metus. At jure Pontificio non licet contravenire juramento etiam per vim aut juſtum metum extorto, niſi ante a ſuperiori impetrata abſolutione: quia etiam coacta voluntas eſt voluntas & coactus conſenſus eſt utique conſenſus.

Auth. Sacramenta pub. C. Si adverſ. vendit. & l.16. D. De R.I. c.2. h. t. c. Sacris ſup. De his quaevi &c.

5. *Quotuplex eſt juramentum adſertorium?*

Triplex, Voluntarium, Judiciale & Neceſſarium. *Voluntarium* eſt quod extra Judicium & ante ſuſceptum judicium pars parti defert; dictum ideo voluntarium, quia non cogitur quis illud deferre, vel referre. *Iudiciale* eſt, quod ſuſcepto judicio, judice approbante, pars parti defert vel refert. *Neceſſarium*, quod a judice, propter probationum inopiam, defertur, vel Reo ad ſui purgationem, ſi pro eo ſtet præſumtio; vel Actori ad cauſſæ victoriam, ſi judex, inſpectis perſonarum & cauſſæ circumſtantiis, illud videat Actori potius deferen-

Digitized by Google

rendum eſſe, ut quia forte plus quam ſemiplene probavit, vel etiam tantum ſemiplene; Reo contra per ſe nihil probante. *c. ult. §. ſane h. t.*

De Exceptionibus.

TIT. XXV.

Poſtquam Actor aliquo ex prædictis modis probavit intentionem ſuam, audiendus deinde eſt Reus, qui ad defenſionem ſui uti ſolet exceptionibus, quibus actiones jure competentes vel ſaltem de facto intentatæ excluduntur.

I. Quid ergo eſt Exceptio & quotuplex?

Eſt actionis vel intentionis excluſio, eaque in genere duplex, alia Facti, qua Reus repellit actionem nullo jure, agentem v. g. ſi quis agat ex mutuo, qui mutuum nunquam dedit: alia Juris, qua reus excludit actionem, ipſo quidem jure competentem, ſed cujus nomine iniquum ſit Reum condemnari.

II. Exceptionum juris aliæ ſunt Dilatoriæ, aliæ Peremptoriæ. *Dilatoriæ* ſunt, quæ principalem cauſam & actionem non perimunt, ſed tantum differunt ad tempus, ut exceptio declinatoria fori,

Digitized by Google

fori, exceptio procuratoria &c. *Peremtoriæ* exceptiones ſunt, quæ non differunt tantum, ſed & perimunt atque elidunt actionem, ut exceptio pacti conventi de non petendo, exceptio rei judicatæ, exceptio tranſactionis & jurisjurandi.

2. Quando proponendæ ſunt hæ exceptiones?

Dilatorias quidem regulariter objici oportet ante litem conteſtatam, vel intra terminum a judice conſtitutum, niſi in caſibus exceptis. Peremptoriæ vero regulariter objici poſſunt ante & poſt litis conteſtationem, usque ad ſententiam, quia poſt ſententiam res judicata habetur pro veritate.

c. Inter 20. *in f. De ſent. & re jud. c.* 4. *&* 12. *h. t. l.* 207. *De R. I.*

De Præſcriptionibus.

TIT. XXVI.

Non tantum exceptionibus, ſed & præſcriptionibus, ſive uſucapionibus ſe defendere Reus poteſt, objiciendo Actori, quod rem vel jus, de quo agitur, juſte præſcripſerit, eſtque hæc exceptio peremptoria præſcriptionis.

1. *Quid*

1. *Quid eſt Præſcriptio ſeu Uſucapio?*

Est adjectio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. *Inſt. h. t. in pr.*

2. *Quæ ſunt requiſita ad præſcriptionem?*

Poſſeſſio continua, bona fides & juſtus titulus, id eſt, juſta cauſſa acquirendi: ut quidem res mobilis triennio, immobilis X. annis inter præſentes. XX. inter abſentes, res vero Eccleſiæ alicujus XL. annis, jus denique Eccleſiæ Romanæ non niſi centum annorum ſpatio præſcribatur. *l. ult. C. De præſcript. long. temp. c. 4. 6. 8. & c. 13. h. t.*

3. *Quid ſi ab initio quis bona fide poſſideat rem, verum ante completam uſucapionem ſuperveniat mala fides?*

Hæc quidem jure civili non interrumpit uſucapionem, eo, quod mala fides ſuperveniens ſit facti, uſucapio vero juris: at jure Pontificio non attenditur ſubtilitas juris Civilis, quippe involvens peccatum mortale, ut nulla valeat abſque bona fide præſcriptio tam Canonica quam Civilis. *c. ult. h. t.*

De Sententia & re judicata.

TIT. XXVII.

Poſtre-

vocari poterit. Definitiva revocari non poteſt, quia, poſtquam judex ſemel ſententiam dixit, jam deſinit in ea cauſſa eſſe judex, quippe officio ſuo functus.

3. *Quæ dicitur ſententia interlocutoria vim habens definitivam?*

Quæ quoad id, ſuper quo fertur, parit præjudicium irreparabile per definitivam, & quoad juris effectus per omnia æquiparatur ſententiæ definitivæ. Talis eſt ſententia interlocutoria, per quam repellitur vel admittitur exceptio aliqua peremptoria, qua judex pronunciat ſe incompetentem, & qua pronunciat appellationem eſſe deſertam, vel fatalia elapſa. Sed & ſententia attentatorum revocatoria vim habet definitivæ: item ſententia excommunicationis ſive Banni.

vide Mynſ. cent. 3. obſ. 88. Gail. 1. Obſ. 130. Humm. Eucyr. p. 2. tit. 22. c. 1. num. 7.

4. *Qualiter ferenda ſententia definitiva?*

Inprimis, utraque parte litigantium citata ad audiendum jus dici, & ſententiam ferri. Judex deinde dicto die & in loco ſolito pro tribunali ſedens, per ſe & in ſcriptis ſententiam pronunciabit, idque in omnibus ſervato juris ordine, ac prævia cauſſæ cognitione.

5. *Quis eſt effectus hujusmodi ſententiæ?*

Fini-

Finire litem, & poteſtatem judicis, quoad cauſſam, in qua jus dixit: item facere jus inter partes, inter quas lata: quia res inter alios acta ac judicata jus non facit, nec aliis præjudicat regulariter.

c. pen. h. t.

De Appellationibus, Recuſationibus & Relationibus.

TIT. XXVIII.

Sententia a judice lata, ſi hæc victo videatur iniquior, poterit ab ea appellare: eſtque frequens & neceſſarius appellandi uſus, quippe iniquitatem judicantium vel imperitiam corrigens.

l. 1. D. h. t. in pr.

1. *Quid eſt Appellatio?*

Appellatio eſt ab inferiore judice ad ſuperiorem facta provocatio, ratione gravaminis illati vel inferendi.

2. *Quotuplex eſt appellatio?*

Duplex, alia *Iudicialis*, quæ proprie & ſtricte dicitur Appellatio, alia *Extrajudicialis*. Illa in judicio a ſententia ſive definitiva ſive interlocutoria interponitur, ut ea corrigatur; hæc vero ab actis ſive decretis extrajudicialibus, ut dum appellatur ab electione, ſpoliatione, & ſimilibus.

Clem. 3. eod.

3. *An*

3. *An ergo etiam a ſententia interlocutoria appellare licebit?*

Jure quidem civili regulariter non licet, niſi certis caſibus, quibus interlocutoria habet vim ſententiæ definitivæ: at jure Pontificio ab omni interlocutoria, imo & ab omni gravamine, etiam extra judicium alicui illato vel inferendo, recte appellatur. Hodie ex decreto Conc. Trid. non aliter permittitur appellare a ſententia interlocutoria, quam ſi vim definitivæ habeat, & gravamen contineat irreparabile.

c.5.§.ſive. ro c. 51. & 59. hoc tit. Seſſ. 24. c. 20. de reform. c. 5. in fine c.11. & 13. h. t.

4. *In quibus cauſſis permiſſa eſt appellatio?*

In omnibus cauſſis, tam civilibus & levioribus, quam criminalibus & majoribus. Attamen ſi crimen fuerit notorium, Reus condemnatus appellans non auditur, qui tum conſtat eum tantum appellare differendæ pœnæ cauſſa, quod non debet admitti: Pluresque alii ſunt caſus & cauſſæ, in quibus non appellatur.

l. 14. & l. 29. C. eod. d.c.13. & c. 61. §.porro eod. Vall. hic §. 4. n. 6. & ſeqq. c.65. hoc t. l.un.C.Ne lic. in una eademque cauſſa.

5. *Quoties permiſſum appellare?*

Ab una eademque ſententia tertio appellare non permittitur: quia præſumit lex & canon illud eſſe juſtum, quod

tribus diverſorum judicum conformibus ſententiis eſt firmatum; eaque eſt præſumptio juris & de jure.

6. *A quo, & ad quem judicem eſt appellandum?*

A judice inferiori, qui ſententiam tulit, ad ejus proxime ſuperiorem, & ſic gradatim ad hujus quoque proxime & immediate ſuperiorem, ne alias contingat confundi jurisdictionem: adeo, ut omiſſo judice aliquo intermedio, ne quidem ad ipſum Principem liceat appellare, ſaltem jure civili. Nam jure Pontificio permittitur cuilibet appellare a quolibet judice inferiore ad S. Pont. omiſſis judicibus intermediis. Idque tam varie, quia S. Pont. omnium inferiorum judicum jurisdictionem habet, omniumque & ſingulorum eſt judex. At Princeps inferiorum judicum jurisdictionem a ſe abdicavit.

l. 21. in pr. D. eod.

c. 7. 31. 34. & 52. h. t.

7. *Coram quo?*

Regulariter interponenda eſt appellatio coram eodem Judice, qui ſententiam tulit: niſi vel juſtus metus prohibeat, vel is, qui appellare deſiderat, copiam judicis a quo habere nequeat, quo caſu ſufficiet coram probis viris, vel coram Notario & teſtibus appellare.

c. ult. h. t. & ibi Gl.

8. *Quan-*

8. *Quando appellandum?*

Vel ſtatim a ſententia lata, quod dicunt, *illico appellare*, ſine libello, & viva voce. Eſtque hoc tutisſimum, quia ibi ſatis eſt, ſi dicat tantum, *Appello.* Vel ſi non appellaverit illico, appellandum eſt intra decendium, id eſt decem dies a die latæ ſententiæ, vel a die, quo ſententiam latam eſſe intellexerit is, qui appellare vult, & quidem in ſcriptis.

l. 14. C. eod. *l. 2. D. eod.* *l. 6. §. fin. autem C. eod.*

9. *Qui dicuntur Apoſtoli?*

Sunt litteræ dimiſſoriæ, quas Judex a quo tranſmittit ad judicem ſuperiorem ad quem appellatum eſt, in teſtimonium & fidem appellationis interpoſitæ.

10. *Quotuplices ſunt Apoſtoli?*

Triplices. Dimiſſorii, Reverentiales & Refutatorii. *Dimiſſorii* jam definiti ſunt. *Reverentiales* ſunt, quando non ob cauſæ juſtitiam, ſed ſolum ob reverentiam Judicis ſuperioris ad quem appellatur, Judex a quo defert appellationi. *Refutatorii* ſunt, quibus Judex a quo reddit cauſſam Judici ad quem, cur appellationi non detulerit. Nam cum appellans petit apoſtolos dimiſſorios, ex adverſo appellatus ſeu intimatus, ut hodie lo-

Digitized by Google

quuntur Pragmatici, petit ſibi dari apoſtolos refutatorios.

11. *Intra quod tempus petendi ab appellato?*

Intra XXX. dies, a die, quo lata eſt ſententia, idque ſæpius & inſtanter, inſtantius, inſtantiſſime. Alias ſi neglexerit eos petere appellans, præſumitur appellationem interpoſitam deſeruiſſe; quæ præſumtio eſt juris & de jure.

12. *Intra quod tempus cauſſa appellationis finiri debet?*

Clem. Sicut eod. c. 8. hoc tit.

Intra annum, vel ſi ſit juſta cauſſa, cur intra illud tempus finiri non poſſit, ſaltem intra biennium; a die interpoſitæ appellationis computandum. Alias intelligitur appellatio eſſe deſerta; niſi per reſtitutionem in integrum judex ad quem ex juſta cauſſa indulſerit appellatori tertium annum.

13. *Quid eſt Recuſatio?*

Qua alter litigantium recuſat judicem, & negat ſe ejus ſtare velle judicio in præſenti cauſſa, quamvis alias ſit judex competens, eo quod ex juſta cauſſa ſit ſuſpectus. Cauſſæ autem ſuſpecti judicis ſunt variæ, & fere arbitrariæ. Effectus recuſationis eſt, quod cauſſa recuſationis pen-

Digitized by Google

pendente, judex in lite ſuperſedere, nec progredi ulterius debeat. *l. Eum quem 79. §. 2. D. De jud.*

14. *Quid eſt Relatio?*

Eſt judicis inferioris de jure dubitantis ad ſuperiorem, Pontificem vel Principem transmiſſa conſultatio, ut ſciat, quid in judicando ſequi debeat.

De Clericis peregrinantibus.

TIT. XXIX.

1. *Quis dicitur Clericus peregrinans?*

QVi ad Sedem Apoſtolicam, vel ad limina Apoſtolorum peregrinationis aliave ex cauſſa proficiſcitur.

2. *Quid hic ſimile habet cum appellante?*

Quod ſicuti qui appellat ad S. Pont. eximit ſe a juriſdictione Judicis, a quo, ita & qui Romam, peregrinationis ergo iter inſtituit, intelligatur ipſo facto ad S. Pont. appellare. Ideoque ſicut pendente appellatione nihil eſt innovandum, ita nihil eſt immutandum circa res ejus, qui Romam profectus eſt.

Digitized by Google

De Confirmatione utili vel inutili.

TIT. XXX.

1. *Quæ hic dicitur confirmatio utilis?*

QVando S. Pont. ſententiam aliquam, ſive privilegium, ſive aliud quid confirmat ex certa ſcientia : quia tunc judex
c. 1. 2. & pen. hoc t. inferior de eo amplius cognoſcere non poteſt; & talis confirmatio jus tribuit illi, cujus negotium confirmatum eſt.

2. *Quæ inutilis?*

Quando reſcriptum confirmationis a S. Pont. factæ probatur eſſe ſubreptitium vel obreptitium, ſcilicet re non ſatis intellecta, ut ſe habebat, ſed vel falſo narrato, vel vero ſubticito. Ideo vero eſt inutilis confirmatio taliter facta, quia licet ipſo jure non ſit nulla, tamen per exceptionem repelli poteſt.

FINIS LIBRI II.

JURIS

Digitized by Google

JURIS CANONICI

Per

EROTEMATA

DIGESTI ET ENUCLEATI,

LIB. III. TIT. I.

De vita & honeſtate Clericorum.

Abſoluto tractatu ordinis judiciarii, agitur deinceps toto hoc libro III. & IV. de rebus, quæ in judicium venire ſolent, quarum quædam ſunt Eccleſiaſticæ & Clericorum propriæ, quædam profanæ. De illis agitur hoc lib. tertio, & primo quidem de ipſorum Clericorum ſtatu & moribus.

1. *Vita ſtatusque Clericorum circa quæ potiſſimum verſatur?*

VEl particulariter circa negotia & officia Clericorum, vel circa habitum & veſtitum, vel circa vitam & mores.

2. *Quid igitur circa officia & negotia incumbit Clericis?*

Ut negotiis & commerciis ſecularibus non ſe immiſceant, implicentque, uſuras non exerceant, mimis, jaculato-

Digitized by Google

c. ult. hoc t. c. 2. eod. c. 12. 15. & pen. h. t. ribus & hiſtrionibus operam ſuam non impendant; ad aleas & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis interſint.

3. *Quid circa habitum & veſtitum?*

d. c. pen. c. 4. 5. & 7. eod. d. c. 2. hoc tit. & Clem. 1. §. adverſus eod. can. Clerici XXIII. q. 8. Ut veſtes ſuo ordini congruentes deferant, ut neque comam nutriant neque barbam: ut arma non ſumant, nec armati incedant.

4. *Quid circa vitam & mores?*

Ut ab avaritia maxime ſint alieni; ut a crapula ac temulentia (quam gaſtrimargiam Græci vocant) diligenter abſtineant, atque ut vinum ſibi temperent, & ſe vino: ut continenter & caſte vivere ſtudeant. In ſumma, ſic decet omnino Clericos in ſortem Domini vocatos, vitam moresque ſuos omnes componere, ut habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliisque omnibus nil niſi grave, moderatum ac religione plenum præ ſe ferant. *Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 1 de reform.*

De cohabitatione Clericorum & mulierum.

TIT. II.

Clericorum propria & præcipua virtus eſt continentia & caſtitas, quæ ut illibata ſervetur, & ſuſpicio mali omnis abſit,

Digitized by Google

abſit, prohibetur hic, ne Clerici cum mulieribus habitent.

1. *An neque cum Matre, avia, matertera, amita vel ſorore?*

NEquaquam; quia in talibus perſonis naturale fœdus nihil permittit ſævi criminis ſuſpicari. Niſi & illæ de vita lubrica ſuſpectæ ſint, ut permitti non debeant cum Clericis, nepotibus vel fratribus morari. *c. pen. h. t.*

2. *Clerici concubinarii vel fornicarii qua pœna afficiendi?*

Tales ſi notorii, fuerint, ab Ordinibus ipſo jure ſunt ſuſpenſi, cum ſuſpectis vero mulieribus verſantes, ſi moniti ab Epiſcopo concubinas non deſerant, ſuſpendi ſunt a beneficiis ſuis, & correctione non ſecuta deponendi, ſacriſque exuendi Ordinibus. *c. 4. h. t.* *c. 6. eod.*

3. *Quis dicendus notorius fornicator?*

Qui vel palam in jure fornicationem ſuam confeſſus eſt, vel talis eſſe legitime eſt probatus, vel ſententia judicis condemnatus: quod vocant notorium juris; vel denique, cujus crimen eſt publicum per evidentiam rei, ita ſcilicet, ut nulla poſſit tergiverſatione celari; quod vulgo appellant notorium facti. *c. ult. eod.* *c. Tua nos 8. eod.*

De Clericis conjugatis.

TIT. III.

1. *An Clericis permittendum uxores ducere?*

AUt Clerici ſacris ſunt Ordinibus initiati, & prohibentur uxores ducere: nemo enim admittitur ad ſacram Ordinem, *c. 2. hoc t.* niſi qui caſtitatem voveant: aut in minoribus Ordinibus ſunt conſtituti, & non prohibentur matrimonium contrahere; ut *c. 3. h. t.* tamen beneficium, ſi quod habuerint, ſtatim ducta uxore amittant.

2. *An & amittent privilegia alias indulta Clericis?*

Retento privilegio Canonis, *Si quis ſuadente* XVII. *qu.* 4. & privilegio fori, cætera amittent privilegia eo ipſo, quo matrimonium contrahunt: imo & pri- *c. un. hoc t.* vilegium canonis & fori, eo ipſo, quo *conc. Trid.* non ſervant conditiones requiſitas de *ſeſſ. 23. c. 6.* ducendo unicam eamque virginem, de- *de reform.* que geſtando habitu ac tonſura clerica- *c. Quam-* li. Itaque tales non gaudent immunita- *quam de* tibus a vectigalibus; & aliis muneribus *cenſib. in 6.* perſonalibus, quemadmodum alii Cleri- *Cov. Pract* ci in minoribus ordinibus conſtituti, non *quaeſt. c. 31.* conjugati. *num. 9.*

(Clericis non recte interdicunt conjugium Pontificii.)

De

Digitized by Google

De Clericis non reſidentibus in Eccleſia vel præbenda.

TIT. IV.

Quia beneficium Eccleſiaſticum datur propter officium, ideo nemo ad illud adſumendus, niſi qui in loco ejusdem reſidere ac per ſe deſervire, & velit & poſſit.

1. *Quinam ergo tenentur reſidere perſonaliter?*

INprimis omnes, dignitatem Eccleſiaſticam vel curam animarum annexam habentes, ut ſunt Decanatus, Paſtoratus, qui per ſe ipſos, & non per Vicarios officium facere debent. Tum etiam de jure communi omnes, beneficium ſimplex obtinentes, id eſt, quod nullam jurisdictionem aut eminentiam adjunctam habeat, nec etiam curam animarum in ea Eccleſia, ubi illud obtinent: quia in omni beneficio ejusque collatione, ſemper intelligitur electa induſtria perſonæ. Talibus enim beneficium Eccleſiaſticum conferri debet, qui reſidere in loco, & curam ejus per ſeipſos valeat exercere. Verum tamen contrarium fere paſſim conſuetudine obtinuit, ut in beneficiis ſimplicibus non cogatur Clericus

c. 3. 8. & 9. hoc tit.

c. 6. & 19. eod. c. 4. eod.

Digitized by Google

ricus reſidere perſonaliter, ſed per vicarium obire miniſterium ſuum poſſit. Quæ conſuetudo nusquam per Canones prohibita invenitur.

2. *Clerici non reſidentes an privandi beneficiis ſuis?*

Clericus non reſidens primo monendus eſt per ſuum Superiorem, ut ad Eccleſiam ſuam redeat, præfinito juſto temporis ſpatio, intra quod commode redire poſſit: cæteroquin privandus beneficio
c. 8. 9. & ſuo: ſi non redeat, nec juſtam alleget ab-
ult. hoc tit. ſentiæ diuturnioris cauſſam, quod tunc poterit alteri conferri.

3. *Quæ ſunt juſtæ cauſſæ abſentiæ?*

Si quis abſit ut familiaris & in ſervitio exiſtens ſummi Pont. vel Epiſcopi ſui,
c. 4. *h. tit.* aut propriæ Eccleſiæ negotia curet; ſi
c. 13. *eod.* ſtudiorum gratia ad tempus in univer-
c. 12. *eod.* ſitate aliqua commoretur, petita tamen
d. c. 12. & prius a Superiore licentia. Quibus caſi-
c. 14. bus abſentes etiam groſſos fructus (ut loquuntur) beneficiorum percipere poterunt.

4. *Quid intelligis nomine* Groſſorum fructuum?

Eos ſcil. fructus, qui non ſingulis diebus,

Digitized by Google

bus, uti quotidianæ, quas vocant, diſtributiones; ſed vel annuatim, vel ſingulis ſemeſtribus, vel alia anni parte, juxta Eccleſiæ cujusque conſuetudinem, percipiuntur. Dicti *Groſſi*, tanquam majores utilioresque, ut qui conſiſtunt in fundis, in prædiis, in pratis, in vineis, in reditibus; & vocantur fructus demenſa groſſa.

Ioan. Cep. de Fruct. lib. 2. tit. 6. c. un. & lib. 4. c. 2. Felin. in c. Iacob. 44. inf. de Simon.

5. *An & ex juſta cauſſa abſentes percipient diſtributiones quotidianas?*

Nunquam: quia illæ tantum debentur & dantur præſentibus, pro divino officio, cui ſtatis horis interſunt. Excipitur tamen abſens propter morbum, ſi alias, dum ſanus erat, ſolitus fuerit intereſſe divinis; aut propter ætatem graviorem, cum ſenectus ipſa per ſe morbus ſit; ut ſi alias evidens Eccleſiæ utilitatis Clericum cogat abeſſe.

c. un. h. t. in 6.

6. *Quas vocas* Diſtributiones quotidianas?

Quæ diſtribuuntur quotidie, aut fere quotidie. Clericis actualiter in divino officio præſentibus: & alio nomine *Manualia* vel *Victualia* appellantur, quod communiter ad manum ſolvantur, quem-

quemadmodum fieri videmus in plumbetis? vel etiam *Panes diarii*, quod alibi hujusmodi portiones quotidianæ in panum diſtributione conſiſtant: & quia a præſentibus præcipiuntur, etiam *Præſentiam vocant.*

De Præbendis & Dignitatibus.

TIT. V.

Præbendæ & Dignitates, cæteraque beneficia, ſunt bona Clericorum externa, quæ ſcil. Eccleſia illis ſuppeditat ratione miniſterii Eccleſiaſtici, cum qui altari ſervit, de altari etiam vivere debeat:

c. 11. h. t.

1. *Quid nominis eſt Præbenda?*

PRæbendæ nomine venit hic generaliter quodlibet beneficium Eccleſiaſticum, & ſumitur pro ipſo titulo beneficii. Alias proprie loquendo Præbenda eſt Canonica portio, quæ de communi bonorum proventuumque Eccleſiaſticorum maſſa ſumitur, & præbetur ſingulis pro ſua portione; unde & Præbenda nomen: accipiturque pro patrimonio & reditibus ipſius beneficii, atque ita acceſſio quædam eſt ad titulum Canoniæ.

c. 8. 9. & 26. h. t.

Gonz. ad R. 8. Cancell. §. 1. gl. 5. num. 4.

2. *In*

Digitized by Google

1. *In quo ergo differt Canonicatus vel Canonia a Prabenda?*

Quod a Canonia, ut dixi, ſit titulus ipſius beneficii, & quoddam jus ſpirituale nec in commercium cadat: Præbenda vero conſiderata in abſtracto temporale quod ſignificet. Ut tanquam diverſa, Canonicatus & Præbenda unum ſine altero conferri poſſit, ſcil. Canonicatus ſine Præbenda, quamvis non ſine ſpe & exſpectione proxime vacaturæ; & contra, per collationem Præbenda non videatur collatus Canonicatus. Et tales Canonici (quibus quidem competit ſtallum in Choro, & vox in Capitulo; verum antequam adſequantur Præbendam, non participant de communibus reditibus, fructibus ac juribus Canonicalibus) *Honorarii Canonici* appellantur & *Canonici in herbis*; quemadmodum Canonici præbendati dicuntur *Canonici in floribus.*

c. Dilectus 18. h. t. & c. Si Clericus 11. eod. in 6. Staphil. de lit. grat. tit. De form. exſpect. Boet. Epo. Heroic. qq. lib. 6. num. 72. & 73.

3. *Quid eſt beneficium Eccleſiaſticum?*

Eſt jus perpetuum percipiendorum fructuum ex bonis Eccleſiæ dicatis, ratione miniſterii Eccleſiaſtici, auctoritate Eccleſiæ conſtitutum. Nam ad hoc, ut ſit beneficium Eccleſiaſticum, & pro titulo Eccleſiaſtici beneficii conferri & haberi

beri poſſit, debet ſpiritualizari, hoc eſt, per Epiſcopum & Ordinarium loci in titulum beneficii creari & erigi. Dico eſſe jus perpetuum: quia hoc proprium eſt beneficii Eccleſiaſtici, non conferri ad certum tempus, ſed perpetuo, id eſt, ad vitam ejus, cui confertur. Nam & matrimonium ſpirituale, quod contrahitur inter beneficiatum & Eccleſiam eſt perpetuum, ad inſtar matrimonii carnalis.

c. Regenda &c. Noverint. X. q. 1.

VVameſ. conſ. 231. n. 4. hoc t.

4. *Quotuplex eſt?*

Beneficia Eccleſiaſtica varie dividuntur: in Secularia & Regularia; in Majora & Minora; in Curata & non Curata; in Simplicia, & non Simplicia; in Manualia & non Manualia: in Patrimonialia; & non Patrimonialia; in Electiva & Collativa.

5. *Quæ dicuntur Beneficia Secularia & quæ Regularia?*

c. pen. ſup. de ætat. & qual. præfic. Innoc. in c. 4. ſup. de offic. Archid.

Secularia vocant, quæ Clericis ſecularibus, id eſt, nullam Religionem profeſſis, addicta ſunt, & conferri ſolent: ut ſunt Præpoſituræ, Decanatus, Canonicatus, Capellania, in Eccleſia ſeculari. Et notandum Beneficium omne præſumi ſeculare, niſi contrarium probetur. ***Regularia*** vero, quæ per Regulares ſeu Religio-

Digitized by Google

ligioſos regi conſueverunt, idque vel ex fundatione, vel eſt inſtitutione Ordinarii ſeu Superioris: vel ex conſuetudine, præſcriptioneve XL. aut plurium annorum, ut ſunt Abbatiæ, Prioratus.

6. *Quæ Curata & non Curata; & quid Cura?*

Curata ſunt; quibus incumbit cura & ars artium, regimen animarum, ut ait Innoc. III. Pont. Nomine *Curæ* ſtricte accepto pro poteſtate ligandi & ſolvendi in fo[illegible] pœnitentiali. Alias late ſumpta vox illa ſignificat poteſtatem fori contentioſi, qualis eſt poteſtas excommunicandi, abſolvendi, viſitandi, cæteraque id genus faciendi, quæ ad morum correctionem pertinent, cujuſmodi curam habent Archidiaconi, & alii inferiores Prælati. Beneficia, quæ poteſtatem fori pœnitentialis aut certam parochiam non habent, neque juriſdictionem aliquam, aut aliquid præcellentiæ, dicuntur non Curata ſeu Simplicia beneficia, ut Canonicatus, Cepellania.

7. *Quæ non ſimplicia & quid Dignitas, quid Perſonatus?*

Beneficia non ſimplicia ſunt beneficia

M illa,

illa, quæ præter miniſterium Eccleſiaſticum habent præeminentiam ac rerum adminiſtrationem; eamque vel cum imperio & jurisdictione; ut Epiſcopatus, Decanatus, vel Archidiaconatus &c. & hæc eſt *Dignitas*, ſcil. præeminentia quædam cum adminiſtratione vel jurisdictione. Vel ſine jurisdictione, cum aliqua tamen præeminentia ſive prærogativa, v. gr. loci honorifici in Choro, in proceſſionibus &c. ut beneficium & officium Cantoris, Theſaurarii &c. & tale beneficium vocatur *Perſonatus*. Verum hac in re, quod ſcil. beneficium reputetur pro dignitate, vel non, quia non ubique eadem ratio dignitatum obſervatur, ſpectanda eſt conſuetudo cujusque loci & Eccleſiæ.

Staphil. de form. impetr. §. Tranſeo, Rebuf. in Praxi benef. tit. de ſecul. benef. n. 7.

8. *Quæ Manualia?*

Quæ ad nutum conferentis ſeu ſuperioris, vel certo modo ſunt revocabilia, occurrente ſaltem legitima cauſſa. Qualia de ſui natura præſumuntur eſſe beneficia omnia, niſi vel in fundatione, vel ſtatuto, a Sede Apoſtolic[a c]onfirmato, aliter ſancitum fuerit.

Gonzal. ubi ſup. gl. 5. §. 6. n. 6.

9. *Quæ Patrimonialia?*

Quæ conferri non poſſunt niſi Clericis patriæ,

Gonz gl. 9. §. 1. n. 3.

patriæ, loci vel parochiæ alicujus originariis. Ut e diverſo non patrimonialia, quæ cuilibet alteri, ſive ex patria ſive aliunde oriundo, recte conferuntur.

10. *Quæ Conſiſtorialia?*

De quibus S. P. in ſuo conſiſtorio, cum interventu Cardinalium providere ſolet, prout ſunt Abbatiæ & quædam aliæ dignitates, tam ſeculares quam regulares. *Gomez. ad R. de infirm ſig. q. 24.*

11. *Quod dicitur beneficium de Menſa?*

Quod eſt perpetuo incorporatum menſæ ſive Epiſcopali, ſive Abbatiali &c. Quod proinde nunquam vacare dicitur, nec in tali beneficio datur negligentia quoad proviſionem.

12. *Quod item de Pertica?*

Quod ſecundum conſuetudinem ad effectum permutationis faciendæ, fingi ſolet, ut quando beneficium pingue cum tenui ac macilento, nulliusque fere momenti, adeoque cum non beneficio, ficte & imaginarie permutatur. *Gomez uti ſup. q. 19.*

13. *Quod denique Monoculum?*

Quod Præla[illegible] collator unicum duntaxat hab[illegible]endum. Attamen

men non dicetur beneficium monoculare, ſi præter unicum illud, cujus liberam habet ſolus collationem, habeat præterea ſimultaneam cum alia perſona, vel collegio, aliorum beneficiorum collationem.

Rota deciſ. 40. de reſcr. in antiquit.

14. *Beneficii Eccleſiaſtici nomine an dicendum venire Præſtimonia?*

Diſtinguendum. Vel enim Præſtimonia ſeu Præſtimoniales portiones dantur in titulum perpetuum beneficii Ecclaſiaſtici, habentque annexum aliquod obſequium ſpirituale: & dicendum ea venire nomine beneficii, ſaltem large accepto hoc nomine. Secus, ſi in titulum perpetuum non dentur; neque annexum habeant aliquod onus aut ſervitium ſpirituale. Sunt autem Præſtimonia, ſeu portiones Præſtimoniales, fructus, cenſus ſeu emolumenta, quæ detrahuntur a beneficio, & ſeorſim dantur perſonæ alicui Eccleſiaſticæ, absque aliqua Eccleſia.

Staph. tit. de for. exſpectat §. Quinta for. Gonz. d. gl. 5. §. 2. num. 10.

15. *An Perſonatus?*

Omnino, prout Perſonatus communiter accipimus, nec aliud eſſe videntur quam Præſtimonia quædam ſeu Præſtimoniales portiones. Suntque proventus Paſtoribus, ſeu animarum curatoribus

bus, e decimis aliiſque Paſtoralibus prædii, atque emolumentis ſubtracti. Alias *Perſonatus* denotat munus perſonale, quod in Eccleſiis parochialibus geruntClerici, docendo & curando animas diœceſanorum, eiſque impertiendo Sacramenta ad ſalutem neceſſaria.

Vide D. Cuyck. in Spec. concubin. c. 8.

16. *An & Vicaria?*

Diſtinguendum & hic inter Vicarias perpetuas, quæ dantur in titulum beneficii, & ſunt vere beneficia Eccleſiaſtica, & inter Vicarias temporales; quæ non dantur in titulum, nec in perpetuum, ſed ad certum tempus, atque ita nec ſunt vere beneficia.

c. Ad has De offic. vid. Rebuf. tit. de Vicar. perpet. n. 14. *Gonz. §.* 3, *n.* 19. *& ſeqq.*

7 *An Commendæ?*

Diſtingue, ut ante, inter Commendam perpetuam, ad favorem perſonæ & ad vitam commendatarii, eam ſcil. eſſe beneficii titulum canonicum, nihilque aut parùm diſtare a reliquis proviſionibus beneficiorum: & inter Commendam temporalem, ad utilitatem Eccleſiæ, ac commendatariorum temporalium, qui tanquam Vicarii temporales non poſſunt dici habere titulum beneficii. Verum commendatoriorum hujuſmodi nimia in-

c. Dudum 54. *ſup. De elect.* *Gonz. §.* 8. *n.* 2. *& per tot.* *Peck. ad c.* 1. *n.* 27. *De R. I. in* 6.

dulgentia (præſertim quando Clerico ſeculari beneficium regulare, Prælatura v. gr. conceditur in commendam) ſæpe damnoſa eſt, & pernitiem adfert Reip. Chriſtianæ, quippe per quam cultus divinus diminuitur, religio Monaſtica, abſente Paſtore, debilitatur jus hoſpitalitatis petit.

18. *An Coadjutoria?*

Id quidem dicendum videtur, ex eo, quod coadjutor vocetur etiam Prælatus, & ut talis curam habeat animarum, ſimulque plenam & liberam adminiſtrationem, non tantum in temporalibus, ſed & in ſpiritualibus, proindeque beneficia Eccleſiaſtica conferre, ac beneficiorum reſignationes admittere poſſit. Quibus tamen non obſtantibus, ſunt qui contrarium adferant, nimirum Coadjutoriam, quæ ſimpliciter datur, ſine futura ſucceſſione, non eſſe beneficium, nec Coadjutorem dici aut eſſe vere beneficiatum, utique ad effectum Reg. VIII. Cancellariæ.

Gonz. gl. 5. §. 9. num. 2. & ſeqq. Gonz. d. loco. n. 19. & ſeqq.

19. *Quibus modis acquiritur beneficium?*

Duobus, collatione & Electione; unde Beneficiorum Eccleſiaſticorum alia dicuntur eſſe Collativa, alia Electiva.

Con-

Conferuntur beneficia ſimplicia, & quæ non ſunt dignitates, ut Perſonatus, cura animarum &c. ipſaque collatione tribuitur plenum jus in beneficio. Per electionem mandantur dignitates Eccleſiaſticæ, in quibus poſt electionem opus eſt confirmatione.

20. *Quid eſt Collatio?*

Eſt beneficii vacantis adſignatio gratuita, facta alicui Clerico ab eo, qui jus conferendi habet. Dicitur *gratuita*, ut excludantur pactiones ſimoniacæ.

21. *Quotuplex eſt?*

Duplex, Libera & non libera. *Libera* eſt, in qua is, qui conferendi poteſtatem habet, omnino liber eſt, non alligatus vel præſentationi, vel ulli nominationi ab alio factæ. *Non libera*, qua is, qui jus conferendi habet, conferre ei cogitur, quem patronus præſentaverit, vel alius nominaverit, ex privilegio S. Pont. ut Reges ſeu Principes & Univerſitates Studiorum, vel cui Pontifex mandaverit provideri de beneficio.

c. 11. h. t. Peck. ad c. 1. num. 18. de R. I. in 6.

22. *Qui conferendi Beneficia jus habent?*

Imprimis S. Pontifex, qui in beneficiis

c. 4. in f. de conceſſ. prab.

Eccleſiaſticis (quæ Chriſti patrimonium appellantur, cujus eſt Vicarius) plenam habet poteſtatem, quamvis eam regulariter non utatur: tum alii ordinarii collatores, idque varie, pro conſuetudine alia atque alia in ſingulis Eccleſiis. Quædam enim a ſolis Prælatis, quædam Capitulis, quædam etiam a ſingulis Canonicis in turno exiſtentibus conferuntur. Secundum Canones vero in Eccleſiis quidem cathedralibus collatio beneficiorum pertinet ad Epiſcopum, adhibito conſenſu ſui Capituli: in collegiatis autem electio ſeu præſentatio ad Canonicatus & dignitates competit Prælato Eccleſiæ, ut Præpoſito & Capitulo; inſtitutio ſeu confirmatio ad Epiſcopum ſpectat.

c. 29. & c. 31. ſup. De elect. & ibi Abbas c. 3. inf. de inſt. & ib. Vallen. §. 2. n. 5.

23. *An & laico jus illud competere poteſt?*

Nullo modo: quia collatio beneficii Eccleſiaſtici eſt juris ſpiritualis, cujus laicus eſt incapax. Quod vero jus quoddam conferendi videantur jam olim exercuiſſe, & etiamnum hodie exercere videamus Reges ac Principes quosdam, id in illis, quoad beneficia ſingularia & juris ſui patronatus ſingulare eſt, quippe qui ſimplici nudoque jure præ-

ſen-

ſentandi, patronis omnibus communi, minime contenti, etiam conferendi poteſtatem quandam ſibi vindicarunt. Idque non alio titulo (quamvis eos plures allegare ſoleant, qui Regum hic cauſſam agunt, regaliumque juribus etiam jus hoc conferendi addi adſcribunt) eos facere potuiſſe putandum eſt, quam ſolius privilegii Pontificii, ex mera gratia ac benignitate: uti etiam nec alio titulo beneficia ſibi retinere poſſunt. Hinc enim legimus Galliæ Reges in Eccleſiis Turonenſi, Pictavienſi, & alibi Canonicos eſſe, & Carolum V. dum Aquisgranum coronandus properaret anno 1520. Trajecti ad Moſam in D. Servatii tanquam Canonicum, ſacra amictum veſte penſilique almuſio, divinum cum aliis Canonicis cultum peregiſſe: Hannoniæ item Comitiſſam Montibus in primario templo Abbatiſſæ dignitate illuſtrem eſſe.

c. Dilectus 34. h. t. Boet. Epo. Heroic. qu. l. 1. qui eſt Regalib. in pr. Gigas de Peaſ. q. 21. Abbas in c. 36. §. qui vero h. t. Plac. in Catal. Epiſc. Leod.

(Poteſtatem conferendi beneficia Eccleſiaſtica Regibus ac Principibus competere *titulo ſolius privilegii Pontificii ex mera gratia ac benignitate:* arrogantius aſſeritur. Dolendum quidem eſt Pontifices ſucceſſu temporis eorum poteſtate creſcente, plurimum juris hac in re eripuiſſe Regibus ac Principibus: adeo ut Fridericus III. Imp. cum Nicolao V. Papa certa pacta inverit

Anno 1448. quæ concordata Nationis Germanicæ appellari ſolent. Unde & jus primariarum, quas vocant, precum, ſeu nominandi perſonas idoneas ad beneficium Eccleſiaſticum vacaturum conferendum, Eccleſiaſticum, proprio quodam jure ad Imperatores pertinens & ab antiquis temporibus uſurpatum, his quaſi ex indultu Papæ demum conceſſum Pontificii tribuunt. Vid. Johannis a Chokier, Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis Canonici *Scholia in primarias preces Imperatori Ferdinando II. a Paulo V. Papa indultas.* Reſervarunt ſibi etiam Pontifices in dictis concordatis (quæ extant apud Goldaſtum *conſtit. Imperial. tom. 1. pag. 207. & Chokier d. tract. ſect. 5. pag. 51. & ſeqq.*) menſes, inde *Papales* nominatos, quibus ſi mors alicujus Clerici contingat, ipſi poteſtatem conferendi beneficium vacans habeant, oppoſitos menſibus ſex reliquis Capitularibus, quorum aliquo ſi decedat canonicus, collatio ſecundum ſtatuta Eccleſiæ ad capitulum ſpectat. Verum, cum in noſtris terris Pontificum poteſtas juxta transactionem Paſſavienſem & Pacem Oſnabrugenſem haud admittatur, illi menſes Papales nihil nos attinent, iisque omnis vis in bonis Statuum Auguſtanæ Confeſſionis Eccleſiaſticis denegatur *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 5. verſ.* Was von den Annaten. Hac tamen addita limitatione: *In quorum autem Eccleſiaſticorum bonorum immediatorum Capitulis utriusque religionis Capitulares & Canonici vigore pro re præfati termini nim. (D. 1. Jan. An. 1624.) certo utrinque numero admittuntur, menſesque Papales id temporis in uſu fuerunt, porro quoque ſi decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant, atque execu-*

executioni, caſu eveniente, mandentur, modo Papalis proviſio Capitulis immediate e Curia Romana & tempore legitimo inſinuetur. d. art. 5. §. 5. verſ. in welcher unmittelbaren.)

34. *Quibus recte conferuntur Beneficia?*

Clericis tantum, ordine, ætate, ſapientia vitæ, morumque probitate idoneis, qui velint & valeant Deo, & Eccleſiæ gratum impendere famulatum, ſive nobiles ſint, ſive ignobiles, modo non minores XVII. annis. *c. 2. 9. h. t. c. pen. eod. c. 35. eod. Vallen. d. §. 3. n. 4.*

25. *Rectene plura beneficia uni conferuntur?*

Conſtat ei, qui dignitatem, vel perſonatum, vel curam animarum habet, non poſſe aliam dignitatem, perſonatum, vel curam conferri, neque in eadem, neque etiam in diverſis Eccleſiis. Adeo ut beneficium non ſimplex obtinens, per receptionem alterius ſimiliter non ſimplicis, ipſo jure amittat primum; etiam altero ſpoliandus, ſi primum retinere voluerit. Et ideo hæc non ſimplicia beneficia Interpretes vocant incompatibilia: in quibus tamen diſpenſare S. Pont. poteſt, & ſolet cum ſublimibus & literatis perſonis. *c. 13. cum duob. ſeqq. & c. 18. h. t. c. de multa 28. h. t. d. c. 28. in fin.*

26. *Quid de beneficiis ſimplicibus ſtatuendum?*

Verius

Verius eſt de jure, neque plura beneficia ſimplicia poſſe ab uno eodemque obtineri & retineri absque diſpenſatione: tum quia Canones indiſtincte loquuntur: tum etiam, quia beneficia quoque ſimplicia reſidentiam requirunt perſonalem: tum denique quia multitudo præbendarum invitat ad diſſolutam vitam & divagationem de Eccleſia in Eccleſiam, cum certo animarum periculo. Hodie vero ex inveterata paſſim conſuetudine plura beneficia ſimplicia licite obtinentur & poſſidentur, etiam absque diſpenſatione.

c.5.cod.tit. Vide Vallen.inſ.tit. De conceſſ. præb. §.4.

De Clerico ægrotante vel debilitato.

TIT. VI.

De hoc dubitari poterat, an non exuendus eſſet beneficio, cujus intuitu officium & miniſterium ſuum obire non poſſet, quia ſupra dictum eſt, beneficium dari propter officium.

1. *Poteritne igitur Clericus ægrotans vel debilitatus privari ſuo beneficio?*

NOn poterit; imo neque privandus eſt fructibus aut beneficii diſtributionibus quotidianis, quæ illi cedunt per-

perinde atque ſi ſanus eſſet & reſidens in Eccleſia. Quia, ut ait Pont. afflicto afflictio non eſt addenda, imo potius ipſius miſeriæ miſerendum. *c.1.& 2 v.* *c.pen. eod.*

2. *Quid ſi Rector Eccleſiæ lepra aut alio morbo incurabili laboret?*

Tunc ei, ſive is Epiſcopus ſit vel alius Epiſc. inferior, dandus eſt Coadjutor, qui vices ejus ſuppleat, alendus ex fructibus beneficii ægrotantis, ſi ſit opulentum, ſin minus, ab Eccleſia, cui ſervit. *c. 3. & c. eod.*

De Inſtitutionibus.

TIT. VII.

Regula eſt, Beneficium Eccleſiaſticum non poſſe licite ſine Canonica inſtitutione obtineri. Diciturque Canonica inſtitutio, id eſt, collatio, præſentatio, electio, proviſio, quæ ſecundum præcepta Canonum fit, nomine inſtitutionis generaliter accepto. *D. in eod. c. 1. n. 55. De R.I. in 6. & n. 23.*

1. *Quid ergo eſt Inſtitutio ſic largo modo ſumpta?*

Eſt libera beneficii Eccleſiaſtici collatio. Vel; eſt receptio ad beneficium Eccleſiaſticum, juxta præſcriptum ſacrorum Canonum, idque per legitimam

ele-

electionem, poſtulationemve & confirmationem, vel per collationem ſimplicem, quæ vel fit ad præſentationem patroni Eccleſiæ vel beneficii Eccleſiaſtici. Hæc enim nomine inſtitutionis Canonicæ veniunt.

Caniſ. ad d. c. 1. De R. I. in 6.

2. *Quid eſt Inſtitutio ſtricte accepta?*

Eſt collatio vel translatio juris Eccleſiaſtici, non libera, a ſuperiore ad præſentationem patroni facta. Dicitur, *non libera*; quia ſuperior ſive velit ſive nolit, tenetur jus illud conferre in præſentatum, ſi eſt idoneus.

3. *Quomodo igitur differunt hæc in beneficialibus, Præſentare, Conferre, Providere, inſtituere?*

Quod præſentare plerumque ſolius ſit patroni laici, qui jus patronatus habet; conferre vero & providere referatur magis ad patronum Eccleſiaſticum, ut qui plus juris conferat ei, cui providet, quam conſequeretur ex nuda præſentatione. Ut vero cujus eſt inſtituere præſentatum, is eidem conferat titulum & jus in re.

4. *Ad quem pertinet jus inſtitutionis ſeu collationis non liberæ?*

3. 5. t. Illud jure communi pertinet ad ſolum

ſolum Epiſcopum, vel ejus Vicarium, *c. 4.*
qui mandatum inſtituendi ab Epiſcopo *paſſim. inj.*
habet, ac Sede vacante ad Capitulum, *De jure*
aut cui alias ex præſcriptione vel conſue- *patron.*
tudine competit, ut his in locis paſſim
Archidiacono.

5. Inſtitutione Canonica obtenta, cujus deinde eſt dare actualem ſeu corporalem poſſeſſionem?

Hoc jure communi ſpectat ad Archidiaconum, qui ſolet eos, qui ab Epiſcopo inſtituti ſunt, inducere in realem, actualem & corporalem poſſeſſionem beneficii Eccleſiaſtici. Id quod hodie fieri pot- *c. Ad hæc*
eſt per alium quemcunque, cui id colla- *ſup. De*
tor mandaverit, vel a quo collatarius *conceſſ.*
requiſiverit, imo & per tabellionem ſeu *præb. Re-*
Notarium Publicum, non tantum Cleri- *buff. in*
cum, ſed & laicum. *Prax. tit.*
poſſ. n. 25.

De Conceſſione præbendæ & Eccleſiæ non vacante.

TIT. VIII.

1. Valetne proviſio de beneficio nec dum vacante?

NOn valet; imo talis proviſio ſive *c. 1. 2. &*
collatio & inſtitutio, tanquam con- *per tot.*
tinens votum captandæ mortis alterius, *h. t.*

eſt

eſt ipſo jure nulla :- & qui ſe patitur in beneficium viventis inſtitui, jubetur deponi, id eſt, Ordinibus, quibus eſt initiatus, ſpoliari.

d. c. 1.

2. *Intra quod tempus beneficia vacantia ſunt conferenda?*

Intra ſex menſes a tempore vacationis, ne Eccleſia diu careat miniſtro; & ſi intra illud tempus collator ordinarius non contulerit beneficium vacans, amittit pro ea vice jus conferendi, fitque locus devolutioni. Tempus autem hoc eſt utile, non continuum, quod propterea non currit ignoranti, ſed ei, qui ſcit beneficium vacare, & poteſt experiri in judicio.

d. c. 2. & c. Licet ſup. de ſupplen. negl. prælat.

(Indulgeri ſolent ab Impp. preces primariæ (*de quibus ſuperius, h. t. dictum*) ſuper conferendo beneficio aliquo incerto primum vacaturo ab Impp. de quibus notanda ſunt verba inſtrumenti Pacis Oſnabrugenſis : *Ubi ſacra Cæſarea Majeſtas Ius primariarum precum exercuit, exerceat etiam impoſterum, dummodo decedente Auguſtanæ Confeſſioni addicto in ejus Religionis Epiſcopatibus Confesſioni Auguſtanæ addictus ad normam ſtatutorum & obſervantiæ idoneus precibus fruatur. In mixtis vero ex utraque religione ſeu Epiſcopatibus ſeu aliis locis immediatis precibus primariis præſentatus*

tatus non gaudeat, niſi beneficium vacans Religionis conſors poſſederit. art. 5. §. 5. Similiter in Eccleſiis, uti nominant Collegiatis, Archiepiſcopis & Epiſcopis competit poteſtas providendi & beneficio aliquo primum vacaturo, ſi vacuitas aliquo alternorum menſium Epiſcopalium contigerit. Qua de re Reverendiſſ. & Sereniſſ. Archiepiſcopus Magdeburgenſis Dn. Auguſtus Dux Saxoniæ ita diſponit: Unſern Collegiat-Stifftern bleiben ihre Capituls Monat noch ferner wie vor alters üblich geweſen/ in denen Monaten aber/ in welchen uns die beneficia majora zu verleihen zu kommen/ wollen wir hinführo bedacht ſeyn/ daß ſolche Einländiſchen/ welche derſelben würdig und darzu qualificiret/ auch dem Lande zum beſten in Verſchick- und andern Verrichtungen nützlich zugebrauchen ſeyn/ mögen conferiret und ſie damit providiret werden / *Viſitation-Decret* und Abſchied A. 1656. §. unſern pag 52.

Ne ſede vacante aliquid innovetur.

TIT. IX.

1. *Cur circa beneficia vacantia nihil innovandum, vacante Sede, id eſt, Eccleſia deſtituta Prælato?*

TUm quia nusquam invenitur cautum in jure, quod Capitulum vacante Sede fungatur vice Epiſcopi in collationibus beneficiorum: tum quia collatio illorum beneficiorum inter fructus Epiſcopi computatur, quos capitulum *c. 1. h. t.*

N futu-

futuro Epiſcopo reſervare tenetur. Itaque Sede vacante nihil eſt innovandum, id eſt, nihil faciendum, quod præjudicet Eccleſiæ, quando illa Prælatum, legitimum ſuum defenſorem, non habet: quemadmodum & jure civili ſententia judicis eſt nulla contra minores indefenſos lata, tutorem vel curatorem non habentes, quibus Eccleſia comparatur.

c. 4. ſup. De off. ordin. & c. 40. De elect. in 6. c. 1. §. attendentes h. t. l. Acta 45. §. contra D. De re judic. c. ult. h. t.

2. *Quid ſi collatio beneficiorum ſimul ſpectet ad Epiſcopum & Capitulum?*

Poterit tunc, mortuo Epiſcopo, vel a beneficiorum collatione ſuſpenſo, Capitulum, cui totum jus accreſcit, vacantes conferre præbendas. Sic & de beneficiis, quæ per negligentiam inferioris collatoris ad Epiſcopi collationem devoluta ſunt, recte providet Capitulum; cum ejuſmodi collatio non proveniat ex dignitate Epiſcopali, nec cenſeatur inter fructus dignitatis.

c. un. in pr. eod. in 6. Abbas in c. 2. h. t. Zyp. in ſua Analyſi h. t. num. 7.

3. *Cur ergo, quæ juriſdictionis ſunt Epiſcopalis, Sede vacante, permiſſa ſunt Capitulo?*

Quia hoc pacto nullum futuro Epiſcopo, vel Eccleſiæ creaturæ præjudicium; imo levatur illo onere, dum electiones vacantium Eccleſiarum confirmat vel infirmat, dum condemnat, judicat, abſolvit, Epiſcopi nomine.

c. 9. ſup. De major. & obed.

De

De his, quæ ſunt a Prælato ſine conſenſu Capituli.

TIT. X.

Pleraque ſunt, de quibus Epiſcopus diſponere non poteſt ſine conſenſu aut conſilio Capituli.

1. *Quid intereſt conſenſus, an conſilium Capituli requiratur?*

PLurimum: nam quando requiratur conſenſus, tunc Epiſcopus aliud facere non poteſt, quam quod permittit major & ſanior pars Capituli, nec poteſt eo non conſentiente facere. Ubi vero requiritur conſilium, ſufficit rem communicaſſe, & aliorum ſententiam exploraſſe, qua audita fieri poteſt, ut quis ſententiam mutet. *c. 7. ſup. De arb.*

2. *In quibus ergo conſilio vel conſenſu Capituli opus eſt?*

In his potiſſimum, ut quod Epiſcopus, vel alius Eccleſiæ Prælatus, ſine conſilio ſui Capituli non poteſt Abbates, Abbatiſſas, & alias perſonas Eccleſiaſticas inſtituere vel deſtituere, id eſt, eos beneficiis privare, quod neque poteſt nominatos & præſentatos a patronis, vel aliis, ad quos jus nominandi pertinet, *c. 4. h. t.*

Digitized by Google

confirmare vel illis beneficia conferre,
c. 5. eod. neque Eccleſias ſibi ſubjectas aliis Eccleſiis, vel etiam monaſteriis, attribuere, ſtatumve Eccleſiæ mutare: quod etiam non poteſt res Eccleſiæ alienare, veluti donare, vendere, permutare, niſi ex juſta cauſſa, & cum conſenſu totius Cleri
d. c. 8. & Capituli, ſubſcriptioneque ſingulorum.

De his, quæ ſunt a majori parte Capituli.

TIT. XI.

Recte ſubjicitur hic Tit. ſuperiori, cujus eſt velut appendix, ut pateat de conſenſu Capituli recte adhibito vel non ſi forte non omnes conſentiant.

1. *Quid ergo tunc erit juris circa conſenſum vel diſſenſum?*

c. l. h. t. Cenſebitur conſenſiſſe Capitulum, ſi major & ſanior pars Capituli conſentiat.

2. *Quæ dicitur major pars & quæ ſanior?*

Dixi ſup. tit. De elect. Major pars dicitur, quæ aliam partem numero vincit. Sanior æſtimatur dignitate & ex zelo majori. Itaque fieri poteſt

poteſt interdum, ut major pars numero, non ſit tamen ſanior, & contra.

3. *Quid ſi major pars numero diſſentiat a ſaniore, quæ pars ſequenda erit?*

Neutra, ex communiori & veriori *c.* 1. *& ult.*
ſententia, ſcilicet neque quod pars ma- *h.t.*§. *pen.*
jor non ſanior, neque quod ſanior non *Inſt.* *d.*
major ſenſerit: quia requiritur major & *hæred.*
ſanior pars Capituli conjunctim. Atqui *Inſt.* & *l.* 5.
Reg. eſt, ubi lex duo conjunctim requi- *D.* *de*
rit, ibi alterum non ſufficere. *condit.*

4. *Quid ſi minor pars juſtiorem rationem habeat contradicendi, quam major & ſanior conſentiendi?* *Inſt.*

Nihilominus major & ſanior pars prævalebit & inſequendum erit, quod illa ſenſerit: quia præſumitur major & ſanior
pars etiam juſtiorem rationem eſſe ſecu- *can. In or-*
ta; non tamen præſumtione juris, ideo- *dinatione*
que admittitur probatio minoris partis in *diſt.* 61.
contrarium.

Ut Eccleſiaſtica beneficia ſine deminutione, conferantur.

TIT. XII.

1. *Cur beneficia ſine deminutione conferri debent?*

 Quia

Digitized by Google

c.7.in f.de cenſib.c.8. & 36.ſup. de præben. QVia hoc ſaperet ſpeciem Simoniæ, ſi Prælatus concedendo beneficium paciſceretur, aut alias retineret ſibi partem aliquam proventuum ex beneficio. Neque etiam permittunt Canones, beneficium unum dividi in duo.

2. *Quid ſi detrahi partem fructuum ad ſolvendum æs alienum ſit neceſſe?*

c.pen. inf. De V. S. c. un. h. t. & ibi Abbas d. c. un. §. ſi vero. Poterit Epiſcopus cum Capitulo ſuo ſaltem ad tempus, priuſquam beneficium conferatur, retinere partem proventuum beneficii vacantis, ut ita Eccleſiam liberet ære alieno. Quæ tamen retentio fructuum non debet fieri a Prælato, paciſcendo cum eo, cui beneficium confert; quia hoc ſaperet Simoniam.

De rebus Eccleſiæ non alienandis.

TIT. XIII.

Clerici in bonis ſeu rebus Eccleſiæ, ex quibus fructus percipiunt ratione beneficii ſui, quæque Eccleſiæ ipſius dominio continentur, præter adminiſtrationem nihil juris ſibi vendicare poſſunt, ut neque alienandi eas jus habeant.

1. *Quid*

1. *Quid hic venit nomine alienationis?*

Actus omnis, quo vel rei dominium vel jus aliquod reale transfertur, quod fit donando, vendendo, permutando, locando ad longum tempus, in emphyteuſin vel in feudum dando, pignori vel hypothecæ obligando. *can. Non licet cum c. ſeq. III. q. 2. c. 5. h. t. & l. fin. C. De reb. alien. non al.*

2. *Cur res Eccleſiæ alienare non licet & quæ pœna eas alienantium?*

Tum quia exemptæ dominio Clericorum, & multo magis laicorum, etiam Principum, in quorum territorio res illæ ſitæ; atqui regulariter, qui dominus non eſt alicujus rei, eam alienare non poteſt, *c. 2. h. t.* tum etiam quia Canones regulariter prohibent ejusmodi alienationem. Quæ proinde non obſtante prohibitione facta, eſt ipſo jure nulla, & tam qui alienavit rem Eccleſiæ, quam qui eam accipit, excommunicatur; ipſeque alienans, & quilibet alius ejusdem Eccleſiæ Clericus eam vindicare a quolibet poſſeſſore poteſt; *d. c. 2. & c. 6. h. t.* *d. c. 6.* quia ſingulorum Clericorum intereſt, ne quid rerum Eccleſiæ, cui deſerviunt, depereat.

3. *Cur dicis, regulariter prohibitam a Canonibus alienationem?*

Quia certis caſibus res Eccleſiæ etiam

immobiles licite alienantur, ſi nimirum juſta cauſſa ſubſit, & inſuper ſolennitates requiſitæ adhibeantur.

4. *Quæ eſt juſta cauſſa alienationis?*

Urgens neceſſitas, & evidens Eccleſiæ utilitas. Neceſſitas, inquam, veluti ſi Eccleſia ære alieno gravata non habeat res ullas mobiles, unde ſolvat: ſic aliunde non ſuppetat, quo pauperes alantur, vel captivi redimantur. Utilitas vero, ut ſi res aliqua Eccleſiæ minus utilis alienetur, ad aliam magis utilem comparandam.

can. Etenim §. hoc jus X. q. 2. can. ſicut 89. c. Aurum 70. c. XII. q. 2. c. 8. in fine h. t.

5. *Quæ ſolemnitates ad hoc ſunt requiſitæ?*

Ut alienatio fiat a Prælato cum Capitulo vel Clero, prius habito deſuper tractatu, id eſt, re prius in deliberationem deducta, an eam expediat alienari; & cum conſenſu expreſſo ac ſubſcriptione totius Capituli, vel majoris partis.

d. c. 8. & c. 50. ſ qq. c. XII. q. 2.

6. *Quid ſi aliquid horum fuerit omiſſum?*

Tunc alienatio erit ipſo jure nulla, etiamſi ex juſta cauſa fuerit facta; quia factum contra Canones eſt ipſo jure nullum, quemadmodum jure civili quod fit contra leges, habetur pro infecto.

c. ult. h. t. l. Non dubium verb. Nullum C. de LL.

7. *Quid*

7. *Quid ſi per alienationem legitime factam Eccleſia graviter ſit læſa?*

Poterit tunc adverſus hujusmodi alienationem in integrum reſtitui, & reſcindi alienatio: exemplo minorum, quibus Eccleſia comparatur. *c. Ad noſtram* 11. *h. t.*

De Precariis.

TIT. XIV.

Jam ſi de fructibus, quos Clerici percipiunt ex beneficiis ſuis, quæratur, an de illis diſponere poſſint; dicendum eſt poſſe, & ſuper iisdem fructibus perceptis quodlibet genus contractus recte iniri; unde hic ſequitur de Precariis.

1. *Quid eſt Precaria vel contractus Precariarum?*

Est contractus, quo veluti precarius uſusfructus prædii Eccleſiaſtici alicui ad vitam, vel in perpetuum, aut ad longum tempus conceditur, ea lege, ut de quinquennio in quinquennium renovetur ad perpetuam rei memoriam. Et quamvis inter Precarium & Precarias quidam diſtinguant, ut Precaria duret ad vitam tantum, nec renovationem deſideret; *c.* 1. *h. t. can. Precaria X. qu.* 2. & *can. Longinquitate XII. q.* 2.

deret; Precariæ vero etiam ultra; quinto quoque anno renovandæ: tamen verius eſt, ſecundum Canones non differre. Ut nil aliud ſit Precaria ſive Præcariæ, quam jus percipiendi fructus ex Prædio Eccleſiaſtico, conceſſum alicui vel gratuito vel certa mercede numerata vel in compenſationem ac remunerationem dari beneficii Eccleſiaſtici.

2. Quid eſt Precarium?

c. fin. h. t. l. 1. & 2. D. De Precario d. c. fin.

Eſt contractus, quo alicujus rei uſus alicui gratis conceditur, revocandus pro arbitrio ipſius concedentis. Differt a Precariis, quia hæ non poſſunt ad arbitrium concedentis revocari.

De Commodato.

TIT. XV.

Nunc tranſit Pont. ad reliquos contractus tam nominatos, ſive re, ſive conſenſu, ſive aliter contrahantur, quam innominatos. Inter nominatos occurrit primo loco Commodatum.

1. Quid eſt Commodatum?

Eſt contractus re initus, quo res aliqua alicui utenda datur gratuito ea lege, ut, uſu expleto, ad quem tradita eſt, eadem reſtituatur.

2. *De*

2. *De qua culpa tenetur Commodatarius?*

Tenetur de dolo, & de omni culpa, lata, levi & leviſſima; quia commodatum plerumque commodatarii tantum gratia contrahi ſolet. De caſu vero regulariter non tenetur, niſi tribus caſibus exceptis: ſi culpa caſum præceſſerit, ſi intervenerit pactum, vel ſi commodatarius fuerit in mora reſtituendi. *c. un. h. t. & l. 6. §. nunc videndum D. eod.*

3. *Ex Commodato qua actio datur?*

Datur eo nomine duplex actio, altera *directa*, qua commodator, ejusve hæres experitur, ad repetendam rem commodatam, finito uſu: altera *contraria*, quæ datur commodatario, ſi ante expletum uſum res commodata repetatur; vel ad repetendas impenſas, ſi quas fecerit in rem commodatam: cum non decipi nos beneficio oporteat, ſed adjuvari.

De Depoſito.

TIT. XVI.

1. *Quid eſt Depoſitum?*

Eſt contractus re initus, quo res aliqua alicui cuſtodienda traditur, nulla mercede ei data vel promiſſa. Quod poſtremum hic additur, quia mercede inter-

interveniente non depoſitum, ſed locatio eſt: & quia depoſitum tantum ad cuſtodiam datur, repeti illud a depoſitario pro arbitrio deponentis poteſt.

c. 2. verſ. ſane h. t.

2. Depoſitum repetenti an compenſatio opponi poterit?

d. c. 2. & l. ult. C. De compenſat.

Non poterit; ut contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minime referatur.

3. Ad quid tenetur depoſitarius, ſi res depoſita perierit aut deterior facta ſit?

l. 1. §. convenit D. c. h. t. & l. 23. De R. I. l. 226. De V. S. d. l. 23. De R. I.

Teneri eum de dolo certum eſt, etiamſi cum deponente pactus eſſet, ne de dolo teneretur: ut & de lata culpa, quæ dolo comparatur, non etiam de culpa levi ac leviſſima: quia depoſitum regulariter non depoſitarii, ſed deponentis gratia contrahitur.

4. Quibus caſibus depoſitarius etiam de levi ac leviſſima culpa tenetur?

Si aliquid mercedis pactus ſit ſibi dari pro cuſtodia; ſi depoſito ſe obtulerit: ſi convenerit, ut etiam levem vel leviſſimam culpam præſtaret; quia pacta dant legem contractui, adeo ut etiam caſum fortuitum præſtare teneatur, ſi hoc pactus ſit; ſi denique depoſitarius ſit in mora reſtituendi.

d. c. 2. h. t. l. 1. §. ſæpe D. eod.

5. Ex

Digitized by Google

5. Ex depoſito quæ actio competit?

Duplex, actio depoſiti *directa*, quæ datur deponenti, ejusve hæredi, ad repetendam rem depoſitam: actio *contraria*, quæ datur depoſitario, ad repetenda impendia in rei depoſitæ cuſtodiam facta.

6. Quid ſi dolo vel culpa Clerici depoſitarii res depoſita perierit, vel deterior reddita ſit? *c. 1. h. t.*

Eo caſu actio depoſiti proponenda eſt, non adverſus Eccleſiam, cui depoſitarius ſervit, ſed adverſus ipſum Clericum, qui depoſitam accepit: quia delictum perſonæ non debet redundare in Eccleſiam. *c. 6. §. licet autem ſup. De except.*

De Emptione & Venditione.

TIT. XVII.

1. Emptio & venditio quando contrahi dicitur?

Contrahitur, perficiturque emptio & venditio ſimulatque inter emptorem & venditorem de pretio, pro re empta ſolvendo, convenerit, quamvis nondum pretium numeratum ſit, & res empta nondum tradita. *Inſt. eod. in princ.*

2. *Quæ*

Digitized by Google

2. *Quæ igitur neceſſaria ſunt ad hunc contractum?*

Hæc ita I. Res, quæ veneat, ſive illa nunc exiſtat, ſive futura ſit, ut fructus, qui naſcitur; ſive ſperetur tantum, quia poteſt quis emere ſpem. II. Pretium, quod conſiſtere debet in pecunia numerata. III. Ut in rem & pretium emptor, venditorque conſentiant vere, non ſimulate.

c. 5. h. t.

3. *Quæ res vendi poſſunt?*

Vendere emere licet rem quamlibet, ſive ea mobilis ſit, ſive immobilis, corporalis, ſive incorporalis, modo poſſideri aut quaſi poſſideri poſſit. Unde & annuus cenſus recte emitur, id eſt, jus præſtandi & ſolvendi annuum cenſum ſive reditum: non etiam res & jura Eccleſiaſtica, ut Eccleſiaſtici Ordines, beneficia, aliæque res ſpirituales.

c. 1. & 2. in Extrav. com. h. t. c. 9. & paſſim inf. De ſimon.

4. *Re aliena vendita, ad quid tenetur venditor?*

Tunc evictionis nomine obligatus eſt emptori, id eſt, re evicta & avocata per verum dominum, tenetur emptori in id, quod ſua intereſt, rem emptam per evictionem non eſſe ablatam.

l. Venditor 8. ff. & toto tit. C. De evict.

5. *Qui*

Digitized by Google

5. *Quibus caſibus ceſſat hac de evictione actio?*

Tribus. I. Si emptor conventus evictionis nomine, id non denunciaverit venditori. II. Si denunciaverit quidem, ſed per contumaciam abſens emptor condemnatus ſit, rem reſtituerit; quia præſumit lex, rem eſſe evictam magis propter emptoris contumaciam, quam quod malam cauſſam haberet. III. Si emptor, facta denunciatione, interfuerit quidem judicio, ſed per injuriam judicis res evicta fuerit. Addi his poteſt & quartus, ſi emptor ſciens rem eſſe alienam emerit; quia ſic præſumitur periculum emptionis in ſe ſuſcepiſſe.

c. ult. h. t. l. Emptor. 8. C. De evict.

l. Si ideo 55. ff. eod.

d. l. 8. & l. 27. C. eod.

6. *Emptio venditio perfecta an altero invito reſcindi aliquo caſu poterit?*

Poterit; utique ob læſionem ultra dimidium juſti pretii, ſi vel venditor vel emptor (nam & in illo beneficium legis locum obtinere, habet verior ſententia) decepti ultra dimidium juſti pretii, & eſt in poteſtate vendentis reſcindere venditionem, aut quod deeſt juſto pretio ſupplere: nam ſi ſupplere velit, emptio non reſcinditur.

l. 2. C. De reſcind. vend.

c. 3. & c. 6. h. t.

De locato & conducto.
TIT. XVIII.

Simul

1. Locatio conductio quando contrahitur ac perficitur?

Simulatque inter locatorem & conductorem de mercede vel penſione pro re locata, nimirum pro uſu alicujus rei vel opera hominis, ſolvenda convenerit.

2. Perfecto contractu ad quid tenetur locator?

Tenetur conductori præſtare rem locatam, ut ea utatur fruatur ad tempus conventum: ad quod etiam cogi poteſt, nec ante tempus conductionis finitum regulariter expellere conductorem conceditur.

3. Cur dicis regulariter?

Quia certis caſibus permittitur locatori cogere conductorem, ut ante tempus conventum emigret ex prædio conducto. I. Si neceſſitas id expoſcat, quæ tempore locationis non imminebat, & vel neceſſario reficienda ſit domus, vel ipſe locator eam inhabitare velit. II. Si conductor in re conducta perverſe agat. III. Si canonem ſeu mercedem per biennium non ſolverit.

c. pen. §. verum h. t. & l. Æde. 3. C. eod.

4. Ad quid tenetur conductor?

Tenetur locatori mercedem conventam

tam ſolvere ſtatis temporibus, & ſi per biennium ceſſet, poteſt ex prædio conducto expelli, etiamſi cum locatore pactus eſſet, ne expelleretur, quia tale pactum intelligi debet, modo penſionem ſtatis temporibus ſolverit. *l. Quare* 54. §. *inter D. h. t.*

5. *Eſtne facienda conductori remiſſio mercedis ob ſterilitatem?*

Tunc remiſſio ea recte petitur & fit, ſi absque conductoris culpa ſterilitas acciderit, & cum ubertate præcedentis vel ſubſequentis anni compenſari non valeat. Veluti vel tempeſtate, vel lue aliqua vel incurſu hoſtium ſegetes vehementer corruptæ fuerint. *d. c. pen. in princ. h. t.*

6. *Cur aliter conſtitutum in emphyteuſi, ut penſio non remittatur, licet ſterilitas acciderit ſine culpa emphyteuta?*

Quia in emphyteuſi non ſolvitur penſio ſive canon in compenſationem fructuum, qui ex re emphyteutica percipiuntur; cum fructus rei emphyteuticæ plerumque infinitis partibus canonem ſuperent: ſed canonem ſolvit emphyteuta in recognitionem dominii, ut ſcil. eum, cui ſolvit, recognoſcat eſſe directum dominum rei emphyteuticæ. At

Digitized by Google

vero conductor mercedem ſolvit in compenſationem fructuum, quos ex fundo percepit, & ad quos propterea etiam moderanda eſt penſio.

7. *Quid eſt Emphyteuſis?*

Eſt contractus in ſcriptis celebrari ſolitus, quo prædium aliquod alicui fruendum traditur, vel in perpetuum, vel in longisſimum ſeu longum tempus, ſub onere annuæ penſionis.

8. *Quomodo finitur vel amittitur Emphyteuſis?*

Si emphyteuta non ſolvat canonem, vel per biennium jure Pontificio; niſi celeri ſatisfactione ſibi providerit, & purgaverit moram: vel per triennium jure civili. Excidit quoque emphyteuta jure ſuo, ſi emponemata ſeu meliorationes (id eſt, prædium emphyteuticum, quod jam ſua cultura fœcundius & melius reddidit) & jus ſibi competens alteri vendiderit, nulla denunciatione facta domino directo, vel facta quidem, ſed non exſpectato duorum menſium ſpatio, intra quod dominus ſecum deliberet, num oblato pretio velit emphyteuſium recipere ad ſe.

d. c. pen. & c. ult. h. t. l. 2. C. De jure emph.

d. c. pen. & l. 3. C. d. t.

De

De Rerum Permutatione.

TIT. XIX.

Contractibus innominatis accenſetur Permutatio : quæ licet proprium nomen habere videatur, non eſt tamen illud nomen proprium contractus, quod certam contractus ſpeciem & naturam ſignificet, ut eſt Emtio, Locatio &c.

1. *Quid eſt Permutatio ?*

Est contractus innominatus, quo convenit, ut pro re una detur alia, ſive ſpecies, ſive genus, ſive quantitas. Nam ita quoque contrahi permutationem poſſe verius eſt, ut etiam ſpecies pro genere, vel genus pro genere detur, vel quantitas pro quantitate, veluti decem modii frumenti pro decem doliis vini.

2. *Quæ ergo res permutari poſſunt ?*

Omnes omnino, quæ ſunt in commercio hominum, nec permutari prohibentur, etiam res corporales cum incorporalibus, dummodo mere temporales ſint, v. gr. fundus compenſatione annua.

3. *An res Eccleſiæ?*

Regulariter non licet res Eccleſiæ permutare, ſive immobiles ſint, ſive mobiles, quæ ſervando ſervari poſſunt: niſi ex juſta cauſſa, & ſervata ſolemnitate alias ad alienationem rerum Eccleſiæ requiſita, quia permutatio eſt ſpecies alienationis.

4. *Licetne rem ſpiritualem permutare pro alia re ſpirituali?*

Licet: veluti duæ Eccleſiæ parochiales duobus monaſteriis adnexæ poſſunt inter ſe permutari, etiam permutatis earum poſſeſſionibus, & adjecta certa ſumma pecuniæ ad æqualitatem proventuum compenſandam.

c. 9. in fin. h. t.

5. *An igitur licebit Clericis etiam beneficia ſua inter ſe permutare?*

c. 5. in fine h. t.

Nequaquam; niſi auctoritate Superioris interveniente, ut Epiſcopi, qui cognoſcat, an juſta ſit cauſſa admittendæ permutationis. Alias quamvis pro re ſpirituali, id eſt, beneficio, detur aliud beneficium, ſimiliter ſpirituale, habeat tamen aliquid adjunctum temporale, nimirum fructus, ratione cujus tanquam adnexi etiam contrahi Simoniam conſtat. Eſt enim permutatio vicina em-

c. præterea 9. ſup. De transact. l. 1. in fine D. De permut. Gl. in c. Cum olim. 7. V. definitivam. h. t.

ptio-

ptioni venditioni: conſtat autem ſpiritualia vendi non poſſe, ergo neque permutari. Conſtat item, in rebus alienis nullam contrahi permutationem; beneficia vero non eſſe beneficiorum propria, ſed ſolius Eccleſiæ, & uſum nudum duntaxat concedi Clericis.

De Feudis.

TIT. XX.

Contractibus innominatis ſunt, qui annumerant Feudum: obtinuit tamen eſſe contractum nominatum, & nomen ſuum accepiſſe a conſuetudine.

1. *Quid eſt Feudum?*

Feudum eſt benevola & libera rei immobilis vel æquipollentis conceſſio, cum dominii utilis translatione, dominio directo remanente penes concedentem: ea lege, ut vaſallus in licitis & honeſtis fidelitatem promittat & præſtet domino ſuo, a quo feudum accipit.

2. *Quotuplex eſt Feudum?*

Multiplex: aliud Proprium ſive Rectum & Improprium; aliud Antiquum, Paternum; Novum; aliud Ligium & non ligium; aliud Seculare & Eccleſiaſticum &c.

3. *Qui concedere ſeu dare in feudum poſſunt & quæ res dari?*

Poteſt quilibet habens liberam rerum
c. un. in pr. ſuarum adminiſtrationem, etiam fœmi-
2. F. 3. & na, etiam Clericus, quoad bona propria,
arg. l. 22. non intuitu Eccleſiæ acquiſita. Neque
C. Mand. enim infra ſummum Pontificem quiſ-
d. c. un. in quam Prælatorum res Eccleſiarum in feu-
fine c. 1. n. dum dare poteſt; res, inquam, antea in
2. F. 35. feudum dari non ſolitas: quia in feudum
c. 3. tit. datio eſt alienatio, atqui regulariter res Eccleſiæ alienare non licet.

(Vid. Syntagm. Jur. Feudal. Struv. *cap. 5. aph. 8. & 9.*)

De Pignoribus & aliis cautionibus.

TIT. XXI.

Contractibus firmandis ſolent accedere pignora & aliæ cautiones: nimirum vel ſimplex promiſſio, vel juratoria cautio, vel ſatisdatio, quæ fit datis fidejuſſoribus; vel ſatisfactio, quæ datis pignoribus.

1. *Quid eſt Pignus?*

Eſt contractus, quo creditori jus in re alicujus conſtituitur, ut debitum ei tanto ſit tutius.

Digitized by Google

2. *Quomodo contrahitur Pignus?*

Contrahitur ſola conventione, eaque vel expreſſa, vel tacita: ubi vero & rei traditio intervenit, dicitur proprie Pignus, nominis notione inſpecta, alias magis proprie Hypotheca, quamvis ſæpius confundantur hæc nomina. *§. item Serviana Inſt. De act.*

3. *Quomodo tacite contrahitur?*

Quando ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti pignus introducitur: veluti maritus dotem uxoris ſuæ accipiendo intelligitur hoc ipſo bona ſua omnia pignori & hypothecæ obligare. Sic & bona tutoris, curatoris, adminiſtratoris Eccleſiæ, civitatis, ſunt tacite obligata pupillo, minori, Eccleſiæ, civitati. *c. Ex litteris 5. h. t.*

4. *Quæ res pignori obligari poſſunt?*

Regulariter res omnes, quæ ſunt in dominio, vel quaſi dominio debitoris: non etiam res ſacræ, ſanctæ, religioſæ: quia non ſunt in commercio: neque liber homo: non res Eccleſiæ, ſive mobiles, cultui divino dicatæ, ut calices, patinæ, veſtimenta ſacerdotalia, ſive immobiles alienari prohibitæ: quia rem pignoridare eſt alienare, utpote jure pignoris, quod eſt reale, & afficit rem, ad quemcunque tandem poſſeſſorem perveneſrit, *L. 3. D. De reb. pig. dari non poſſ. c. 1. eod.*

rit, tranſlato in creditorem; ideoque quemadmodum res Eccleſiæ regulariter alienare non licet, ita nec pignori dare, niſi ex juſta cauſſa.

5. *Quæ actio datur ex pignore, ſive expreſſe, ſive tacite conſtituto?*

ad §. item Serviana. Actio hypothecaria, quæ & Serviana & quaſi Serviana dicitur, daturque creditori, cui pignus conſtitutum eſt, adverſus debitorem, vel alium quemcunque rei oppignoratæ poſſeſſorem ad hoc, ut poſſeſſionem ejus rei adipiſcatur, ut ita ex diſtractione ejusdem id, quod ſibi debitum eſt, conſequi valeat.

6. *Creditor, rei oppignoratæ poſſeſſionem conſecutus, an fructus inde perceptos faciet ſuos?*

Nequaquam; verum eos reſtituere & in ſortem computare debet, id eſt, deducere de principali debito, & quantum fructuum percepit, tantum de ſorte diminuere; adeo, ut ſi fructus percepti ſortem adæquent, teneatur creditor nulla alia exſpectata ſolutione, pignus reſtituere: quia perceptione fructuum, qui ſorti æquivalent, debitum principale ipſo jure extinguitur.

c. 6. h. t. l. 1. & 2. C. de pign. act. & l. 1. C. De diſtract. pig.

7. *An*

7. *An ergo improbatum eſt hoc jure pactum Antichreſeos?*

Omnino; quia uſurarium, ut ſcil. fructus pignoris tamdiu cedant loco creditoris, donec ſors, ſive debitum exſolutum fuerit. Jus vero civile approbat ejusmodi pactum, ut & jus Pontificium certis caſibus. *Vid. inf. tit. De uſur.*

8. *An & pactum legis commiſſoriæ?*

Tale quidem pactum valet inter emptorem & venditorem, ſcilicet ut pretio intra certum diem conventum non ſoluto res fiat inempta, & dominium rei venditæ ac traditæ redeat ad venditorem: in pignoribus vero non valet, & prohibetur utroque jure: quia improbi eſt hominis, ex dilatione ſolutionis captare tam juſtum lucrum, in fraudem uſurarum; cum pignus plerumque pluris ſit, quam debitum, pro quo eſt obligatum. *l. 7. h. t. & l. ult. C. de pact. pig.*

De Fidejuſſoribus.

TIT. XXII.

Contractibus firmandis etiam Fidejuſſores cohiberi ſolent, qui pro alio acceſſorie ſe obligant, obligationemque alterius in ſe ſuſcipiunt.

1. *Qui fidejubere poſſunt?*

OMnes, qui obligari, niſi nominatim prohibeantur. Non prohibetur autem Clericus fidejubere, ſive pro Clerico, ſive etiam pro laico, ea tamen cautela, ut ſæpius & pro pluribus fidejubendo non ſe nimium negotiis involvat ſecularibus.

2. *An neque Religioſus?*

Religioſus prohibetur, absque Prælati ſui licentia: quia velle aut nolle ali-
c. 2. h. t. quid non poteſt, niſi auctoritate ſui Superioris, cui voluntatem ſuam renunciavit.

3. *Quis eſt effectus fidejuſſionis?*

Quod, ſi debitor principalis non ſolvat, cogi poſſit fidejuſſor ſimpliciter acceptus; cui tamen datur beneficium excusſionis, ſive ordinis, ut prius conveniri non debeat, quam excuſſo debitore principali.

4. *Quid ſi plures ſint accepti fidejuſſores pro eodem debitore?*

Illi quidem omnes etiam in ſolidum tenentur ipſo jure; ſed gaudent beneficio diviſionis, ex epiſtola D. Hadriani, Imp. ut in ſolidum conventi ſinguli pro ſua tan-

tantum parte ſolvere teneantur, ſi modo alii fidejuſſores litis conteſtatæ tempore ſolvendo ſint. *l.* 10. § *demum h. t.*

5. *Fidejuſſor quomodo repetet, quod pro debitore ſolvit?*

Actione vel mandati, ſi fidejuſſerit pro debitore, hoc expreſſe vel tacite mandante, vel negotiorum geſtorum, ſi pro abſente fidejuſſerit, etiam pro Clerico, qui fidejuſſorem ſuum tenetur ſervare indemnem. *l. 6. h.t.* & *l. Inter* 26. §. 3. *l.* 20. §. 1. *D. eod. c.* 3. *h. t.*

6. *Fidejuſſor an agere adverſus debitorem poteſt, ut ſe liberet a fidejuſſione?*

Regulariter non poteſt; tum quia fidejubet pro debitore & promittit, ſe pro eo ſoluturum; unde quamdiu non ſolvit, non poteſt dici perfeciſſe id, quod promiſit: tum etiam quia alias foret inutile beneficium fidejuſſionis, ſi ſtatim agere poſſet, ut liberetur. Quod tamen fallit certis caſibus, ut ſi aliter convenerit inter creditorem & debitorem; ſi debitor diu ceſſaverit in ſolutione; ſi bona ſua cœperit diſſipare; ſi fidejuſſor condemnatus fuerit ſolvere. *c.* 3. & *c. ult. h. t. l. Lucius* 38. *D. Mand.* & *l. Si preco C. eod.*

De

De Solutionibus.

TIT. XXIII.

1. *Solutione quando tollitur obligatio?*

l. 23. D. h. t. SI vel ipſemet obligatus principaliter, vel alius ejus nomine ſolvat, debitore *l. Solvere* principaliter licet invito: quia etiam *53. D. eod.* ignorantis & inviti licet facere conditionem meliorem.

2. *Quid ſi debitor, antequam ſolverit, moriatur?*

l. 59. & l. 61. De R. I. l. 10. D. eod. Tunc ejus hæres tenetur ſolvere: qui hæres ſuccedit in locum & jus defuncti, & ſecundum naturam eſt, ut ad quem pervenerint bona defuncti, idem & ſubeat onera æris alieni.

3. *An igitur Prælatus tenebitur ſolvere æs alienum a ſuo prædeceſſore contractum?*

Non aliud, aut alias, quam quod pro neceſſitate vel utilitate Eccleſiæ, cui præeſt, contractum eſt. Accipit enim bona & poſſesſiones Eccleſiæ, velut hære- *can. Cum* ditatem quandam ſui prædeceſſoris. Non *verior.* quod Prælatus ſucceſſor ſit verus hæres ſui *verſ. abſit* prædeceſſoris, ſed quia in adminiſtratione *XIII. q. 8.* rerum Eccleſiæ ſuccedat in ejus locum.

4. *Quid*

4. *Quid ſi Prælatus Eccleſiam pro alienis obliget debitis?*

Eo caſu Eccleſia non tenebitur: Imo Prælatus ita obligans & gravens Eccleſiam, removendus eſt ab adminiſtratione rerum Eccleſiæ; quia hoc faciendo abutitur officio boni adminiſtratoris. *c. 2. &*

5. *Quid ſi debitor ſit non ſolvendo?*

Is olim poterat trahi in carcerem. Quod, quia ſatis durum inhumanum videbatur, permiſſum deinde fuit debitori cedere bonis: quo illud conſequitur ut & carceres evitet, & in plus conveniri non poſſit, quam quatenus facere poteſt. *4. D. De ceſſ. bon. & l. 1. C. eod.*

6. *An etiam hoc in Clerico, qui ſolvendo non eſt, locum habebit?*

Ita veteres plerique, ſcilicet ad prædictum effectum teneri etiam Clericum cedere bonis. Alii contra, Clericum propter debitum civile volunt non indigere hoc ceſſionis beneficio, & nihilominus gaudere beneficio competentiæ, neque trahi poſſe in carcerem, exemplo militis. *Gl. & in C. Odoardus h. t. l. Miles 6. & l. 18. D de re jud.*

De

De Donationibus.

TIT. XXIV.

Tit. hunc de Donationibus forte ideo S. Pont. ſegregavit a contractibus ut a donationibus propriis, de quibus hic agitur, perveniret paulatim ad ultimas voluntates, quæ etiam quædam ſunt donationes, ſed impropriæ.

1. *Quid eſt donatio?*

I. 1. in pr. & l. Donari 29. D. h. t. Est liberalitas, quæ fit nullo jure cogente.

2. *Quotuplex eſt donatio?*

Alia eſt mortis cauſſa, quæ fit propter mortis ſuſpicionem; eſtque impropria hæc donatio, quia non fit ex mera liberalitate. Alia inter vivos, quæ fit ſine ulla mortis ſuſpicione, ex mera liberalitate: & eſt hæc pura, ſimplex & proprie dicta donatio.

3. *Donatio hæc qualiter fit?*

l. 9. D. De cred. l. 1. & quisquis 28. C. h. t. Jure veteri non perficiebatur, niſi donator rem tradidiſſet, aut donatarius ſtipulatus eſſet ſibi rem tradi. Nec donator poterat ulla actione cogi dare, quod donaſſet, & non tradidiſſet: quia donatio hujusmodi eſt nudum pactum, unde jure civili non naſcitur actio. Hodie

die vero ex Juſtiniani Conſtitutione donatio etiam ſolo conſenſu ſeu voluntate perficitur, teneturque donator rem donatam tradere, quemadmodum venditor tenetur rem venditam tradere, etiamſi forte donatarius non eſſet ſtipulatus rem ſibi tradi. *c.1. h.t. l.c. Si quis argentum 35. C. eod. & §. alia autem Inſt. eod.*

4. *Qui donare poſſunt?*

Donare poſſunt omnes, qui liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habent: ut Clerici de bonis ſuis patrimonialibus, quorum ſunt plene domini, & de quaſi patrimonialibus; deque bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, de fructibus ſcil. & proventibus ſuorum beneficiorum ex magis recepta & probabili ſententia. Res vero ipſius Eccleſiæ, etiam cui ſerviunt, Clerici donare non poſſunt, ut neque Prælatus res Eccleſiæ, cui præeſt, quia non eſt dominus rerum Eccleſiæ, ſed procurator. Plus tamen juris in rebus Eccleſiæ ſuæ Prælatus habere videretur, cum certis caſibus donare poſſit res Eccleſiæ, quam procurator, qui ſine ſpeciali mandato domini nihil donare poteſt. *Sarm. r rediti b Eccleſ. p. 2. c. 1. & 2. l. 63. De procurat.*

5. *Quibus ergo caſibus licet donare res Eccleſiæ?*

Permiſſum id Epiſcopo in diœceſi ſua mona-

monaſterium vel Eccleſiam aliquam conſtruenti & dotanti ex rebus Eccleſiæ, cui præſidet, modo dos definitam quantitatem quinquageſimæ vel centeſimæ partis redituum illius Eccleſiæ non excedat. Item permiſſum Abbati de rebus monaſterii ſui donationem aliquam facere, modo id modice fiat, & quatenus fert loci conſvetudo.

c. 9. h. t. & can. Bonæ rei 74. XXI. qu. 2. c. 3. h. t.

6. *Donatio ſemel perfecta an revocabilis?*

Non, niſi juſta cauſſa, revocari poteſt, puta ob ingratitudinem donatarii erga donatorem, ut ſi manus impias, atrocem injuriam, grave damnum donatori intulerit, aut vitæ inſidiator fuerit. Quod tamen ad donatoris, qui tacuit nec revocavit, hæredem non extenditur, quia revocatio hæc vindictam ſapit ingratitudinis ipſius donatarii, quæ cum perſona extinguitur.

l. ult. C. De revoc. donat. & c. ult. h. t. d. c. ult. in fine.

7. *Quid cenſendum de donatione Conſtantini M. Imp. facta Eccleſiæ?*

Hanc revocari poſſe, imo revocandam, quidam perſuadere conantur: tum quia nimium profuſa & immenſa, exhauriens Imperii vires: tum etiam quia res donatæ non fuerint Conſtantini propriæ, ſed ipſius Imperii, quæ propterea, uti

. 7. ſacra autem res D. de rer. diviſ. can. e reb. XII. 7. 2. can. Conſtantinus diſt. 96. vid. Covar. 4. Var. 6.

uti alienæ, valide alienari non potue- *F. num. 8.*
rint, At contra adſerendum eſt, eam *Bœt. Epon.*
tanquam ſacroſanctam prorſus inviola- *Hertic.*
bilem & irrevocabilem eſſe: cum quod *qu. lib. 2. q.*
ſemel Deo dicatum & conſecratum eſt, *3. per tot.*
non ſit amplius ad uſus profanos tradu- *Gudel. De*
cendum. Fuiſſe autem revera factam, *jure novo,*
non fictam hujusmodi donationem (cum *lib. 6. c. 2.*
& hoc nonnulli controvertant, Eccleſiæ Romanæ aut hoſtes, aut minus æque de ea ſentientes) probatur inprimis teſtimonio Gratiani, collectoris veterum Canonum; tum plurimum aliorum auctoritatibus, diverſisque donationis Conſtantinianæ formulis, iisque conformibus.

(Donationem Conſtantini quam aſſerunt Pontificii, omnino fictitiam, & ſi unquam facta fuiſſet, irritam ac prorſus invalidam eſſe, dudum a plurimis ſolide demonſtratum eſt. Vid. Henning. Arniſ. *comment. Politic. de transſat. Imper. Romani c. 6.*)

De Peculio Clericorum.

TIT. XXV.

1. *Quid eſt Peculium?*

PEculium eſt parva & puſilla pecunia ſervo vel filiofam. a patre vel domino conceſſa. Peculium ejusmodi competit inprimis Clericis, ſive veteres Cano- *can. Duo ſunt XII. qu. 1. 1.*

nes ſpectemus, quippe nullam inter ſe proprietatem, ſed omnia communia poſſidentibus.

2. *Quotuplex hodie eſt Peculium Clericorum?*

Triplex: vel enim conſtat ex propriis Clericorum bonis, ſive ea patrimonialia ſint, ſive quaſi patrimonialia, quæ ſcil. Clericis ab amicis & cognatis obvenerint, quæque ſua induſtria & labore acquiſiverint; vel ex bonis Eccleſiæ; vel ex bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis.

de quo p. ſſim h.t.

De Teſtamentis.

TIT. XXVI.

Sequitur modo deſpiciendum, an & quatenus de peculio ſuo Clerici teſtamento vel alia ultima voluntate diſponere valeant.

1. *Quid eſt Teſtamentum?*

1. D. Qui teſtam. fac. poſſ.

Est voluntatis noſtræ juſta ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. *Iuſta*, id eſt perfecta & omnibus ſuis numeris abſoluta: vel *juſta* dicitur ſententia, id eſt, ſolemnis, adhibitis omnibus ad teſtamentorum ordinationem requiſitis.

2. *In*

2. *In quibus ergo conſiſtit perfectio illa ac ſolennitas teſtamenti?*

In his duobus: ſcilicet ſeptem teſtium adhibitione, coram quibus, rogatis & vocatis ad hunc actum, fiat teſtamentum uno & eodem tempore, unoquoque contextu, quique teſtamento nomina ſua ſubſcribant, & ſubſignent, item in hæredis inſtitutione, hoc eſt, ut nominetur aliquis, qui in univerſum jus defuncti ſit ſucceſſurus.

3. *Quid hic circa teſtium numerum jus Pontificium novi juris ſtatuit?*

Jure ˀto neceſſe non eſt, ut ſeptem teſtes adhibeantur, ſed ſufficit teſtamentum eſſe factum coram duobus vel tribus teſtibus & Parocho: non tantum, ſi fiat principaliter ad pias cauſſas, ſed & ſi principaliter non fiat ad pias cauſſas, ut cum aliquis laicus hæres inſtituitur, maxime in Provinciis Eccleſiæ Romanæ, etiam quoad temporalem jurisdictionem ſubjectis, vel ubi moribus hoc genus teſtamenti receptum eſt. *c. Cum eſſes* 10. *h. t. c. Relatum* 11. *eod.*

4. *An & circa hæredis inſtitutionem mutatio aliqua hoc jure facta eſt?*

Id quidem aliqui putant, ſc. jure Pontificio non requiri, ut pater filium, quem

in poteſtate habet, hæredem inſtituat, vel exhæredet nominatim, ſed valere teſtamentum, in quo præteritus fuerat filius relicta illi legitima portione, idque aliquo titulo, vel donationis vel legati. At verius etiam hoc jure filios eſſe hæredes inſtituendos, & legitimam portionem ipſis jure inſtitutionis relinquendam; quia hoc ita fit jure civili, neque uſquam jure Pontificio contra ſtatutum.

arg. c. Raynaldus 18. *eod. inſtit. De exhæred. lib* & *Nov.* 115. §. *aliud.*

5. *Filius gravatus fideicommiſſo, an præter legitimam ſuam portionem etiam quartam detrahet Trebellianicam?*

c. 16. & 18. *b. t. Vide Vallen. hic* §. 3.

De hoc extat deciſio Pontificis permittens, detrahi utramque quartam, & legitimam, ut debitum naturale, & inſuper Trebellianicam, debitam pro præmio aditionis. Qua ratione etiam jure civili præter legitimam, detrahi quartam Trebellianicam poſſe, communius obtinuit.

6. *Qui teſtamentum facere poſſunt, & an Clerici?*

c. 1. 4. 9. & 12. *b. t. Navar. de Red. Eccl.* ſ. q. 1. n. 1. c. 1. 9. &

Teſtamentum facere poſſunt omnes, qui non prohibentur. Clerici vero recte teſtantur de bonis ſuis patrimonialibus & quaſi Patrimonialibus. Item de bonis, quæ ſua induſtria ac perſonali opera acquiſiverint, quæ-

quæque parcius vivendo ex proventibus ſui beneficii congrue ſuſtentationi ſubtraxerint.

6. *An & de bonis intuitu Eccleſiæ, cui ſerviunt, acquiſitis, veluti de fructibus ſuorum beneficiorum?*

De his Clerici jure Canonum teſtamentum facere non poſſunt, ſive ſint mobilia, ſive immobilia. Quia bona intuitu Eccleſiæ acquiſita Clericis, poſt eorum mortem ipſo jure redeunt ad Eccleſiam in ejuſdem Eccleſiæ dominio manſura. Ut ne quidem ad piam cauſſam Clerici de his fructibus teſtari valeant: quamvis de iisdem donare inter vivos pauperibus & convertere in pios uſus poſſint, quantum voluerint. *d. c. 1. c. 2. 7. 9. & 12. h. t.* *d. c. 1. in fine & d. c. 7.*

8. *An probanda conſuetudo, qua hodie paſſim receptum videmus, ut Clerici de fructibus beneficiorum ſuorum libere teſtentur etiam ad uſus profanos?*

Valere dicendum eſt: quia prohibitio hæc non eſt juris divini, neque naturalis, nec gentium; ſed eſt juris mere poſitivi; ut contrario jure poſitivo & contraria conſuetudine generali tolli poſſit.

9. *Quæ dicitur Canonica portio, quæ detrabitur de legatis?*

 Eſt

Eſt portio illa, id, eſt quarta pars,quam Epiſcopus ſibi detrahit de legatis, pietatis cauſsa relictis Eccleſiæ, in ſua diœceſi ſitæ. Quæ tamen portio non deducitur ex legatis relictis Eccleſiæ pro ornamentis certis, fabrica, luminaribus &c. quia favor divini cultus hoc poſtulat: modo tamen non fiat in fraudem Epiſcopi, ne Epiſcopus Canonicam ſuam portionem decerpat.

c. officii 14. cum c. ſeq. & ibi gl. h. t. c. ult. eod. d. c. ult.

10. *Executio teſtamenti a quibus & intra quod tempus facienda?*

Facienda ab executoribus, iisque vel hæredibus ipſis, vel per teſtatorem datis, vel per judicem aut magiſtratum conſtitutis, idque intra tempus a teſtatore definitum, numerandum a die aditæ hæreditatis; vel nullo tempore definito, intra anni ſpatium, quo elapſo jus exequendi devolvitur ad Epiſcopum.

c. 3. h. t.

De Succesſionibus ab inteſtato.

TIT. XXVII.

Quemadmodum Clerici hæredem ex teſtamento habere poſſunt in bonis ſuis patrimonialibus, & aliis intuitu Eccleſiæ non acquiſitis: ita & ab inteſtato eadem bona accipiunt conſanguinei,

& ſi

& ſi non extent conſanguinei, tunc Eccleſia, cui ſerviebant, ea capit.

1. *Quinam igitur ſuccedunt Clericis ab inteſtato?*

IN bonis quidem patrimonialibus & quaſi patrimonialibus ſuccedunt, qui Clericis ſanguine juncti ſunt, idque eo ordine, quem jus civile noviſſime induxit, deſcendentium, aſcendentium, & a latere venientium. In quo ordine ſuccedendi jus Canonicum nihil immutavit: ſucceduntque poſt fratres & ſorores, fratrumve & ſororum liberos, reliqui cognati & agnati usque ad decimum gradum. *Nov.* 118. *d Nov.* 118. *& can. XII. qu.* 5.

2. *Quid ſi defuncto Clerico nulli ſint cognati vel agnati usque ad eum gradum?*

Tunc clerico ab inteſtato ſuccedit Eccleſia; vel alteri, cui ſervierit, omnia ejus bona intuitu perſonæ adquiſita perpetuo addicuntur. *c.* 1. *b. t. & d. can. fin.*

3. *Qui ſuccedunt in bonis intuitu Eccleſiæ queſitis?*

In his quoque ſuccedit Eccleſia, ſecundum Canones, excluſis omnibus etiam ſanguine conjunctisſimis. Nomine

autem Eccleſiæ non Epiſcopus, vel ſucceſſor Clerici morientis, ubi eſt collegium Clericorum, ſed communis congregatio intelligitur. Servus Presbyter factus ſi decedat, relictis bonis, ejus peculium dividi jubetur in quatuor partes, quarum una Epiſcopo, altera Eccleſiæ, tertia pauperibus, quarta parentibus adſignetur. Hodie loci cujusque conſuetudo circa hæc attendi ſolet, ac plerisque in locis ſuccedunt Clericis inteſtatis conſanguinei hæredes, niſi ſint bona ſub nomine & ad opus Eccleſiæ comparata.

c. Relatum 12. ſup. De teſtam. c. 2. h. t. Syp. in ſua Anal. lib. 3. cit. De teſtam. n. 1.

De Sepulturis.

TIT. XXVIII.

Præter bona intuitu Eccleſiæ quæſita, ſunt & aliæ res Clericorum externæ, quas intuitu quidem Eccleſiæ accipiunt, non tamen ab Eccleſia, ſed a laicis ratione miniſterii Eccleſiaſtici, ut jura ſepulturæ.

1. *Ius hoc ſepulturæ cui Eccleſiæ debitum eſt?*

Regulariter Eccleſiæ debetur parœciali, in qua quis recipere conſuevit Sacramenta, & audire divina; in eaque

vel ejus cœmiterio, vel ſi quis ſepulcrum majorum habeat, nec aliam elegerit ſepulturam, in eo ſepeliri debet. *c. 1. h. t.*

2. *Eſtne cuilibet libera ſepulturæ electio?*

Omnino: ſive ſit vir, ſive mulier nupta, quia in electione ſepulturæ uxor ſoluta eſt lege viri. *c. 7. in pr. h. t.* Alias ſi ſepulturam non elegerit, ſepelienda in ſepulcro mariti, ut quos conjunxit unum conjugium, & quorum mens una ſemper fuit, ſepultura non ſeparet. Si plures habuerit maritos, nec ſepulturam elegerit, cui ultima, cujus domicilium retinet & honorem, eſt tumulanda. Filio impuberi ſepulturam, quo voluerit loco, eligere poteſt pater, ſi id conſuetudo habeat. *can. 2. & 3. XIII. q. 2. c. 3. in fine eod. in 6. c. 7. in fine h. t. & c. per eod. in 6.*

3. *Portio Canonica paræcialis quæ, & quando debita?*

Debetur illa ex bonis, quæ defunctus ei loco vel Eccleſiæ reliquit, ubi ſepulturam elegit. Et eſt hæc portio alibi tertia pars bonorum, alibi dimidia, alibi minor, pro loci cujusque conſuetudine. Ubi autem talis conſuetudo non eſt, ibi jure communi eſt quarta pars, quam & *quartam funeralium vocant.* *c. 1. 2. 9. & 10. h. t. c. D. & d. c. 10.*

4. *Quibus recte denegatur ſepultura Eccleſiaſtica?*

can. Sane Judæis, Paganis, Hæreticis, eorumque fautoribus & receptatoribus, cæteris que excommunicatis in excommunicatione mortuis. Imo talis ſepultus in loco ſacro, ſi internoſci poſſit, effodi jubetur, & extra locum ſacrum projici. Denegatur & Eccleſiaſtica ſepultura uſurariis publicis, niſi pœnituerint, & caverint de reſtituendo, cæterisque omnibus, quos in gravioribus peccatis impœnitentes deceſiſſe conſtiterit.

XXIV. q. 2. *c.* 13. §. *credentes inf. De hæret. &c.* 2. *eod. in* 6. *c.* 12. *h. t. vide vallen. hic* §. 7.

De Parœciis & alienis Parœcianis.

TIT. XXIX.

1. *Quid nominis Parœcia ſive Parochia?*

PArœcia Græca vox eſt a παροικεῖν id eſt, *cohabitare*, vel *juxta habitare*, ut Parœcia idem ſit quod cohabitatio, vel vicinia, aut quaſi habitatio ejusdem viciniæ: item vicinianorum, qui unum aliquod commune templum accolunt, & Sacramenta percipiunt, conventus; Quamvis nomen Parœciæ hic non tantum pro quolibet viciniæ conventu, qui uni Parocho ſubjectus eſt, accipiatur, ſed etiam pro integra diœceſi, *Parochia* a Græ-

can. Bona XII. qu. 2.

a Græco παρέχειν, quod *præbere* ſignificat, nomen habet: quia Parochi ſuis parochianis Sacramenta exhibere & præbere tenentur.

2. *Quis igitur dicendus Paræcianus vel Parochianus alicujus Eccleſiæ?*

Qui intra Parochiæ limites habitat, animo ibidem manendi, ita ut ſi vere tranſlatus, non juris fictione, ſive audierit ibi divina, ſive non. *can.*1. *diſt.* 28. & *c.* 3. *De ſepult. in* 6.

3. *Quæ Eccleſia Parochialis ſeu Paræcialis?*

Quæ Populum habet certis finibus & limitibus diſtinctum, cum poteſtate fori pœnitentialis, id eſt, ligandi & ſolvendi, ſubditis Sacramenta adminiſtrandi, idque ex neceſſitate oneris Eccleſiæ impoſita. Dicitur eadem *Curata*, nomine *Curæ* proprie & ſtricte accepto, pro poteſtate ligandi & ſolvendi in foro, ut dixi, pœnitentiali. Item Plebanalis, Baptiſmalis & Eccleſia matrix. *Vide dicta ſup. tit. De præb. & dignit.*

4. *Quam vocas Eccleſiam matricem?*

Large ſumto hoc vocabulo, per Eccleſiam matricem intelligitur Eccleſia parochialis, in qua parochiani recipiunt Sacramenta, & quæ alias Eccleſias mino- *c.* 3. *De Eccleſ. ædif.* & *c.* 16. *ſup. De præſ.*

res

res vel Capellas ſub ſe habet, in ſubſidium, proque ſubditorum ac parochianorum vicinorum commoditate, ut ibidem commodius ſacra audiant, & non teneantur ſemper ex loco diſtantiori venire ad matricem Eccleſiam. Proprie vero & ſtricte nomine Eccleſiæ matricis ſignificatur Cathedralis ſeu Epiſcopalis, in qua Epiſcopus cum ſuo Collegio ſeu Capitulo cathedram ſeu ſedem ſuam habet: quia & Epiſcopo cura incumbit animarum per totam ſuam diœceſin adeoque magis, quam ipſi Parocho.

c. Venerabilis 22. de V. S. Abbas in c. Ex parte 12. De reſcr. Landt. de vet. Cleric. mon. 2. c. 37.

5. *An & Eccleſia Collegiata dicendi veniret hoc nomine?*

Hæc quoque plerumque jura habet Eccleſiæ Parochialis: juſque Parochi primitivi (ut loquuntur) ſæpius penes Collegium principalis Eccleſiæ manet, cujus membra & vicarii ſunt ipſi Parochi.

6. *Quæ dicitur Eccleſia Collegiata ſive Collegialis: & quæ numerata & non numerata?*

Gonz. ad R. 8. Cancel. gl. 9. §. 3. in pr.

Conſtituitur illa ex collegio Canonicorum, id eſt, hominum Eccleſiaſticorum, inſtar Regularium, certis ſtatutis, canonibus ſeu regulis viventium; idque numero plerumque certo, quandoque etiam

etiam incerto. Illam vocant Eccleſiam numeratam, hanc non numeratam, vel alias receptivam, in qua ſecundum fructuum excreſcentiam Canonici aut alii beneficiati creſcunt vel decreſcunt.

7. *Quid hic intereſt, Eccleſia numerata vel non numerata?*

Quod Canonicatus, ſeu beneficia in Eccleſia non numerata, nunquam dici poſſunt vacare. Sed quemadmodum cum electis & adſumptis in Canonicum Eccleſiæ non numeratæ jus quoddam naſcitur, ita & iisdem decedentibus, mox deſinit & exſpirat jus illud, ſupprimiturque & ceſſat tale beneficium. Unde neque devolutio ad ſuperiorem, ex cauſa negligentiæ intra ſemeſtre beneficio non providentis: neque etiam reſervatio de beneficiis vacaturis hic locum habere poteſt. Quia alias dici deberet, quod talis reſervatio poſſet facere Canonicum ſeu beneficiatum mortuum reviviſcere; quod eſt contra naturam.

c. Dilect. 25. verſ. præterea ſup. de præb. Gl. in c. fin. V. diſtinctio De ceſſ. præb.

Gonz. d. loco n. 10. & ſeqq.

8. *Cur Parochias ſeu Diœceſes ſuis limitibus diſtinctas eſſe oportuit?*

Ut evitetur hoc modo confuſio jurisdictionem inter Epiſcopos & alios Presbyte-

byteros, & ne alter alterius juriſdictionem invadat, veluti alienum Parochianum ordi-

c.3. h. t. l. ult. D. De juriſd. can Eccleſias XIII. q.1. Landt. §. lib.1. c.70.

nando vel judicando &c. cum extra territorium jus dicere non liceat. Diſtinctio autem illa finium facta ſub Evariſto, Pont. ut plerique volunt. Alii ſub Dionyſio, Papa factam arbitrantur, vel potius reſtaurationem finium antiquorum: addito præcepto, ne quis limites ſibi præſcriptos transgrederetur.

9. *Parochianorum finibus an præſcribi poterit?*

Quamvis alias regulariter omni jure præſcribi poſſit, adeo tamen favorabile eſt hoc jus ſingularum Parochiarum, ut earum finibus, & his, quæ finibus cohærent, nequeat præſcribi, modo conſtet de finium legitime facta conſtitutione.

10. *Quod potisſimum eſt munus Parochianorum?*

c. pen. h. t. Dominicis & feſtivis diebus ſuam frequentare Parochiam & ibidem rem divi- *c. ult. eod.* nam audire. Adeo, ut ſi quis proprio contemto Parocho ad alienam parochiam *Vide conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 4. Land. ubi ſub. c. 6. 8.* ſe conferat, ut ibi Miſſam audiat, ab ea repellendus ſit. Niſi aliquis parochiam ſuam mutet, & alio domicilium transferat. Hodie vero ſive per privilegia, ſive per conſuetudinem fere obten-

tentum eſt, ut non obligentur fideles, Miſſam audire in propria Parochia, neque concionem proprii parochi.

(Peccata confiteri, & abſolutionem petere, nec non ſacra Synaxi quis uti debet regulariter in propria ſ. ea Parochia, cujus eſt parochianus: nec hic, ordinario paſtore relicto, ab alterius Eccleſiæ & Diœceſeos miniſtro ad ſacram cœnam admitti debet. Vid. Carpz. *l. 2. Juriſpr. conſiſtor. tit. 18. def. 290. 29. l.*)

De Decimis, Primitiis & Oblationibus.

TIT. XXX.

Spectant quoque ad res, Clericorum externas, quas illis laici pendent, intuitu miniſterii Eccleſiaſtici, Decimæ Primitiæ, Oblationes.

1. *Decima quid?*

DEcimæ ſunt decima vel quota pars bonorum omnium, quoque modo licite quæſitorum, miniſteriis Eccleſiæ debita & quotannis perſolvenda. Dixi *quota pars*; quia non ſemper decima pars ſolvitur, ſed interdum duodecima, vigeſima, vel alia, quamvis portio illa ſemper vocetur & habeatur pro Decima.

2. *Quo jure ſunt debita?*

Jure

Jure divino eas Clericis deberi, communis eſt Canoniſtarum ſententia : niti-turque hac ratione, quod omni jure debita ſit ſuſtentatio illis, qui ſacris mini-*c.14. h.t.c.* ſtrant, quodque non ab hominibus, ſed *25. eodem.* ab ipſo Domino decimæ dicantur inſtitutæ, & divina conſtitutione deberi. Id-*c.31. eod.* que in ſignum univerſalis dominii, quaſi quodam titulo ſpeciali Dominus ſibi de-*l. 1. Var. c. 17.* cimas reſervaverit. Verum contraria Theologorum opinio hodie magis communiter recepta eſt, quam & Covarr. probat, ſcil. quotam decimarum tempore legis Evangelicæ & a temporibus Apoſtolorum, ſolo jure Eccleſiaſtico debitam fuiſſe & deberi : tum quia nullum ea de-*Vide Vallen. hic §. 4. num. 4.* re in lege Evangelica extet præceptum: tum etiam quia ſi decimæ juris eſſent divini, conſuetudine contraria tolli aut minui non poſſent.

3. *Quotuplices ſunt ?*

c. 4. & §. 1. h. t. I. Decimarum aliæ ſunt *Prædiales*, quæ debentur ex fructibus prædiorum, arborum, pecorum, apum, columbarum, ex obventionibus molendinorum & ſimi-*c. 5. 21. 22. & 23. eod.* lium. Aliæ *Perſonales*, quæ ſolvuntur de rebus, quas quis ſua induſtria & opera *c. 20. 22. & 26. eod.* acquiſivit, veluti ex negotiatione, venatione, militia, aliave profeſſione. Qui-

bus

bus alii addunt *Mixtas*, partim prædiales, partim perſonales, ut quæ ex fructibus pecorum aliorumve animalium, veluti quæ ex fœtu, lana, lacte colligantur.

II. Decimæ vel ſunt *Majores*, quæ percipiuntur ex frumento, ſiligine, avena, hordeo, & ſimilibus; & hæ ſunt uberiores, plusque emolumenti adferunt & magis certæ ſunt: vel *Minores* ſive *Parvæ*, quæ ſunt minutiores, leviores & minoris momenti, ut quæ percipiuntur ex fructibus hortorum, agnellorum, porcellorum, & ſimilibus. *c. 7. & 22. h. t. c. & 28. eod. c. 33. eod.*

4. *Quæ eſt differentia inter Decimas Prædiales & Perſonales?*

Quod prædiales ſolvendæ ſunt integræ non deductis expenſis, quæ fieri ſolent in prædia colenda, in quærendos & colligendos fructus, idque ſine deductione cenſuum ac tributorum. Perſonales vero non niſi deductis expenſis, quæ negotiationis cauſa fiunt: quia in negotiatione nihil cenſetur acquiſitum, niſi quod ſupereſt, deductis expenſis. *l. Mutius 30. D. Pro ſocio.*

5. *Quibus debitæ ſunt Decimæ?*

Perſonales Eccleſiæ debentur parochiali, in qua quis Eccleſiaſtica percipit, vel

c.20.29.& 30.b.t.Gutierez. Pract. qu. civ. c.17. n. 6.

Landt.lib. 3. c. 37.

percipere debet Sacramenta. Prædiales vero ei Eccleſiæ, in cujus ditione prædia ſita ſunt. Niſi conſuetudo alibi aliud habeat, & decimæ prædiales pro perſonalibus habeantur. Cæteroquin decimæ jure communi ita debentur Parochiæ ſive Eccleſiæ parochiali, ut non ſoli Parocho ſint debitæ & ſolvi debeant. Parochiæ quidem debentur immediate, verum ea mediante etiam alteri Cathedrali aut Collegiali Eccleſiæ deberi poſſunt: quæ proinde licet Eccleſia ſit principalior, decimas recipiens, non recipit eas alio titulo quam Parochiæ.

6. *A quibus, aut qui ad eas ſolvendas tenentur?*

Cap.24.b. t.c.16.eodem.

cap.8. b.t.

Landt. d. l.3.c.38.

Regulariter omnes; niſi ſi qui doceant ſe ab earum præſtatione ſpecialiter eſſe exemptos. Etiam Pagani & Judæi, quia onus eſt ipſarum rerum, ad quemcunque eæ devenerint. Etiam Clerici, ſi prædia titulo patrimonii aut alias non ſpirituali poſſideant, imo & Monachi ex prædiis, quæ ipſi conducunt, non quæ propriis manibus excolunt. Quod ad decimas attinet perſonales, earum obligatio pleriſque locis abiit in deſuetudinem; ut earum, quas mixtas vocant. Quin & prædiales alibi aut ſublatæ aut mutilatæ.

7. *Qui*

7. *Qui ergo & qualiter ſunt exempti a præſtatione decimarum?*

I. Alii privilegio ſummi Pont. qui ſi non tollere & omnino abolere univerſum jus decimarum, ſaltem quibusdam perſonis remittere poteſt, prout legitur multos Religioſos a ſolvendis decimis exîmiſſe. II. Alii conſuetudine legitime introducta, ne ſcilicet vel Clerici ullas ſolvant decimas, vel laici non ſolvant perſonales, prout hodie ex conſuetudine paſſim fere invaluit; vel ne minutæ decimæ ſolvantur, veluti olerum, fabarum & ſimilium. III. Alii præſcriptione temporis vel memoriam hominis excedentis, ſi ſine titulo, vel XL. annorum cum titulo: quia non minori tempore contra Eccleſiam currit præſcriptio. Denique alii Compoſitione ſeu Transactione, eaque perpetua & cum conſenſu Epiſcopi facta: vel Remiſſione ejus, cui debentur decimæ, ad tempus, non in perpetuum; quia alias ſuperet alienationem. IV. Modus quoque ſolvendi decimas, ſive quantitas decimarum præſcribi poteſt, puta, ut quinta, ſeptima, viceſima præſtetur, dummodo conformis ſolutio fuerit, id eſt, eadem ratione & in eadem quantitate ſemper facta.

c. 8. cum 4. ſeq. b. t.
c. 12. b. t.
Nav. in. Manuali c. 21. n. 31.
Cr. Kinſchot. Reſp. 1.
c. 4. 6. & 8. ſup. de præſcript.
Hoſtien. in Summa b. 1. Papon. l. 1. t. 12. art. 3. Caniſ. in Summa l. 2. t. 25. §. penultim.

8. *An & laicis acquiri poteſt jus percipiendarum decimarum?*

c.17.& c.31. h.t.c.Cauſam 7.ſup. De præſcr. Nullo modo, ſive ex donatione, ſive remisſione, aut præſcriptione: quia decimæ Sacerdotibus ſolvuntur propter miniſterium Eccleſiaſticum: eſtque jus decimarum ſpirituale; quod in laicos non cadit. Exceptis decimis, in quibus *c. Tua 25. h. t.* nominatim a ſummo Pont. in conceſſum eſt, non etiam a Principe aliquo vel Imperatore; & decimis, quæ olim ante conci- *d. c. 25. in fin.* lium Lateranenſe laicis de Eccleſia bene meritis in feudum, ſive in beneficium conceſſæ fuerunt, quæ ideo vocantur *Decimatio antiqua.* Cujusmodi ſunt in Gallia & hoc Belgio multæ, quæ hoc modo in jus proprietatemque laicorum tranſierunt.

9. *Quæ dicuntur Decimæ novales?*

c.1.& 2. de V.S.Gl. in c.4.V. paſcuis h. t. Quæ debentur ex agro de novo ad culturam redacto, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuerit, & qui ante culturam vel modicum, vel nullum fructum adferebat.

10. *Quibus debita ſunt referenda Decimæ?*

De jure communi debentur Eccleſiæ Parœciali, in cujus finibus exſurgunt, & qui-

quidem pro modo limitum, ſi novalis ager inter duas confines Parochias ad culturam redactus fuerit, excluſis omnibus aliis, quibus alias in eadem Parochia ex privilegio vel præſcriptione decimæ pendi ſolent. Idque propter ſtrictam privilegii interpretationem, quæ ultra tenorem privilegii porrigi non debet: & quia in decimis novalium nulla poſſeſſio requiſita ad præſcriptionem dari poteſt. Hodie tamen ex conſuetudine plerumque locorum aliud receptum videmus.

c.13 & t.29. cum ſeq. b. t. c.7. in f. De privil. Papon. l.1. tit. 12. art. 7. Charond. 1. Reſp. c.27. & 28.

11. *Quæ dicitur portio canonica decimarum ſive Congrua portio?*

Eſt portio, decimis potisſimum ſumi ſolita, quæ debetur Parochis, vel eorum Vicariis, ſi forte dignitati vel præbendæ Eccleſia Parœcialis fuerit annexa, ad congruam & decentem vitæ ſuſtentationem neceſſaria.

c. Extirpanda 30. ſup. de præb.

12. *Quid hic venit ſub Congrua ſuſtentatione?*

Quicquid Clericus poteſt ſibi, ſupellectili, famulitio, recreationi, hoſpitalitati, donationibus &c. juxta regulam rectæ rationis impendere: idque pro modo & facultate decimarum, pro labore

& onere beneficii ſeu officii, quod poſſidet & adminiſtrat, pro qualitate Presbyteri parœcialis vel Vicarii perpetui. Ut judici liberum videatur ſtatuere de hujusmodi portione ſufficiente presbyteris ipſis adſignanda.

Papon. ubi ſup. in append. art. 4.

13. *Quid dicuntur Primitiæ?*

Sunt primi fructus agrorum & arborum, vel ſunt oblationes primorum fructuum, Deo, ut bonorum omnium largitori, vel ejus Eccleſiæ, debitorum, in uſum miniſtrorum Eccleſiæ, cujusmodi oblationes olim ter in anno exhiberi ſolebant, puta in Paſchate frumenti novi; in Pentecoſte panis novi, & menſe Septembri vini novi.

cap. 1. h. t.

14. *Quæ eſt quantitas Primitiarum?*

Ea olim definita non erat: ſed magis ex voluntate & devotione pendebat offerentium, quam juris Pontificii aliqua neceſſitate. Poſtea in conſuetudinem & neceſſitatem hæc res abiit, modusque certus præſcriptus: nempe quod ſpectat ad animalia, e centum vitulis unus, & ſic de reliquis: de cæteris fructibus, veluti vino, frumento, non minor quam ſexageſima pars. Parocho autem non amplius quam quartam partem exigere licet. Alibi aliter ex uſu & conſuetudine

d. c. 1. & ib. D. Vid. Boer. déc. 236. n. 2. Papon. d. loco art. 1.

ne major minorve quantitas præſtari ſolet.

15. *Quæ dicuntur Oblationes?*

Quæcunque de propriis & licitis rebus ad Altare DEO & Eccleſiæ a fidelibus pro peccatis offeruntur. Numerantur autem Oblationes (ut & Decimæ ac Primitiæ in ſolis Eccleſiarum bonis, ceduntque vel Parocho, ſi fiant in Eccleſia parochiali; aut aliis Sacerdotibus, qui pro populo orare tenentur: non etiam Laicis Quin imo & qui eas de facto accipit, & qui tradit laico, raptor & ſacrilegus judicatur, inquit Pont. *d. c. 17.*

(Oblatione Eccleſiæ facta non impetratur remiſſio peccatorum.)

De Regularibus & tranſeuntibus ad Religionem.

TIT. XXXI.

Hactenus vidimus de Clericis, eorum moribus & rebus externis, quæ ſunt Clericorum propriæ: ſequitur deinceps de Regularibus, qui ſcil. certæ regulæ & Religioni adſtricti ſunt, eorumque moribus & bonis externis.

1. *Qui dicuntur Regulares?*

Regulares hic vocantur, qui voto paupertatis, obedientiæ, caſtitatis ob-

Google

ſtricti ſe Imperio alicujus Prælati, ſub certa & probata vitæ regula, ſubjecerunt. Ubi nota hæc tria, Paupertatem, Obedientiam & Caſtitatem eſſe de ſubſtantia ipſius Religionis. Regularium autem nomine veniunt hoc loco Monachi, Moniales, Canonici regulares, & reliqui Religioſi.

c. 6. in fine inf. de ſtatu Monach.

2. *Qualiter quis ſit Regularis ſive Religioſus?*

Vel per emiſſionem profeſſionis, ſeu trium votorum monaſticorum; vel parentum devota oblatione, veluti ſi pater vel mater filium filiamve impuberem monaſterio alicui obtulerit, & filius filiave major XIV. vel XV. annis profeſſionem a ſe prius factam ratam habuerit.

c. 11. h. t.

3. *Quotuplex eſt Profeſſio?*

Duplex, Expreſſa & Tacita. *Expreſſe* fieri dicitur, quando quis nominatim & ſolenni promiſſione ſe alicui probatæ Religioni devoret, in præſentia & manibus Abbatis, vel alterius Superioris, præſentibus & aliis ejusdem monaſterii Fratribus. *Tacite*, quando non verbis, ſed alio indicio mentem ſuam Religionis a ſe tacite ſuſceptæ explicat, veluti ſi habitum novitiis & profeſſis communem per annum

num geſtet, vel habitum profeſſorum diſtinctum per triduum. *c. 8. & c. 22. h. t.*

4. *Eſtne ad Profeſſionem neceſſarius annus probationis?*

Datur quidem annus ille utriusque cauſſa, & ingredientis & ipſius monaſterii, ut hoc illius mores, hujus vero auſteritates ingrediens experiri valeat. Si tamen pubes, id eſt, non minor XIV. annis intra annum probationis profeſſus fuerit, etiam tacite, valet profeſſio, nec poteſt amplius reſilire: quia annus probationis datur in favorem profitentium, cui uterque, & qui profeſſionem emittit, & qui recipit, renunciare videtur: quia multa fieri prohibentur, quæ ſi facta fuerint, ſuam obtinent firmitatem. *cap. 23. h. t. l. pen. C. d. pact. c. 16. circa fin. h. t.*

5. *Quid circa hoc ſtatuit & innovavit Conc. Tridentinum?*

Nimirum, abrogando jus vetus, ut in quacunque Religione, tam virorum quam mulierum, Profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum expletum, & ne qui minori tempore, quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur; & ut profeſſio antea facta ſit nulla, nullamque inducat obligationem *c. Ad Apoſtolicam. 16. h. t.*

ad alicujus Regulæ, vel Religionis, vel
Seſſ. 25. c. Ordinis obſervationem, aut ad alios quoſ-
15. de Reg. cunque effectus.

6. *Profeſſus unam Religionem an licite tranſeat ad aliam?*

c. 10. h. t. Permittitur tranſire quidem, ſed ad ſtrictiorem; idque non niſi prius petita
c. Licet 18. facultate a ſuo Prælato vel Superiore, ne
eodem. votum obedientiæ contemnere videatur. Qui ſi facultatem neget tranſeundi, poterit nihilominus ad aliam Religionem migrare.

(Hujusmodi profesſiones, ut & parentum devotiones ad vitam monaſticam merito nobis haud probantur.)

De converſione Conjugatorum.

TIT. XXXII.

De Conjugatorum ingreſſu & profesſione dubitari poterat, ex quo Religio votum contineat caſtitatis, quod uſui matrimonii repugnat.

1. *Licetne igitur Conjugatis ingredi Religionem?*

Licet, modo hoc faciant mutuo conſenſu: ita tamen, ut marito ingre-
c. 4. & c. diente, etiam uxor religionem aliquam
18. h. t. profiteatur, vel ſaltem caſtitatem promittat, ſi non ſit ſuſpecta de incontinentia;

velu-

veluti ſi ſit ſenex ac ſterilis. Qui vero invita vel ignorante uxore, Religionem profitetur, ea repetente cogitur ad uxorem redire. *c.* 3. *h. t.*

(Voto monaſtico matrimoniale potentius eſt, & juxta legem divinam inſeparabile: adeoque matrimonium per ingreſſum in Religionem ſolvi nequit.)

2. *Quid ſi uxor interim moriatur, an tunc maritus recte aliam ducet?*

Nequaquam; quia ſemel vovit caſtitatem: quamvis non ſit cogendus ad idem monaſterium reverti, cum profeſſio illi Regulæ facta, non fuerit legitima. At tamen conſultius fecerit, & bene ſaluti conſulet, ſi mortua uxore, ad idem monaſterium redeat. *d. c.* 3. *& c.* 12. *eodem.*

3. *Quid intereſt inter non conjugatum, qui ſponſalia cum aliqua etiam de præſenti contraxerit, & conjugatum?*

Quod non conjugatus, contractis licet ſponſalibus, etiam de præſenti, poſſit, invita quoque ſponſa, & contra ſponſa, invito ſponſo, Religionem ingredi: quia tales per conſummationem matrimonii nondum ſunt una caro effecti, & propterea poteſt unus ad Deum tranſire, & alter in ſeculo remanere. At conjugati, mutuo & libero conſenſu Religionem ali- *c.* 2. *h. t.*

aliquam profeſſi, adeo tenentur eam ſervare, ut licet quis nunquam monaſterium intraverit, altero eorum mortuo, cum alia contractum matrimonium ſit nullum ipſo jure.

c. 4. Ex parte eod.

De Converſione Infidelium.

TIT. XXXIII.

1. *Qui hic veniunt nomine Infidelium?*

OMnes, qui Chriſtiani non ſunt, nec fidem Chriſtianam unquam ſuſceperunt, quales ſunt Pagani, Judæi, Saraceni: quos tamen aliquando ad fidem converti contingit.

2. *Infidelis converſus ad fidem poteſtne contrahere matrimonium cum fideli?*

Poteſt; niſi, cum adhuc infidelis eſſet, in mortem alicujus Chriſtiani per inſidias uxoris ejus malitioſe fuerit machinatus: tunc enim licet converſus ſtudio ejusdem, illam in uxorem habere non poteſt. Secus, ſi abſque machinatione in bello forte maritum ejus occiderit.

cap. 1. h. t.

3. *Altero conjugum infidelium ad fidem converſo, cui proles communis adſignare debet?*

Ei,

Ei, qui converſus eſt, idque in favorem fidei Chriſtianæ, ne a converſo inducatur in infidelitatis errorem. *cap. 1. h. t.*

De Voto & voti redemptione.

TIT. XXXIV.

Monachum non facit habitus Regularium, ſed profesſio, votum ſcilicet Obedientiæ, Caſtitatis & Paupertatis.

1. *Quid eſt votum?*

Est alicujus boni operis cum deliberatione facta DEO promisſio. *Cum deliberatione*, inquam: ſcilicet ut vovens & plene advertat id, quod agitur; & quod deliberaverit, proponat in animo ſe facturum: quodque in animo propoſuerit, etiam promittat ſe facturum. Hæc enim tria ſunt neceſſaria, ut quis ex voto obligetur.

(Inſuper requiritur, ut votum ex libera animi voluntate concipiatur ſuper rebus vel actionibus honeſtis ac in noſtra poteſtate ſitis, & quas Deo placere ſive gratas & acceptas eſſe ſcimus, ut ſc. eo magis excitetur devotio, & animus gratus erga Deum intentius declaretur.)

Removenda vero eſt falſa opinio & præpoſtera fiducia; ne quis putet, ſe hujuſmodi operibus promereri remisſionem peccatorum & vitam æternam, cum gratia atque ſalus ſolum per fidem in Chriſtum impetretur.)

2. *Quo-*

2. *Quotuplex eſt Votum?*

Voti diviſio multiplex eſt, ſcilicet in *Solemne* & *Simplex*, in *Expreſſum* & *Tacitum*; in *Perſonale*, *Reale* & *Mixtum*; in *Perpetuum* & *Temporale*.

3. *Quid eſt votum ſolemne & ſimplex?*

Votum *Solemne* eſt, quod fit publice & ſolemniter: adhibita exterius certa ſolemnitate; qua votum executioni mandari ſolet, veluti per ſuſceptionem Ordinis ſacri, per Profeſsionem expreſſam vel tacitam. Nam votum ſolemne tam poteſt fieri tacite quam expreſſe; ſicut & *Simplex*, quod fit, nulla extrinſeca adhibita ſolemnitate, ſola animi deſtinatione; veluti ſi quis animo deliberato, citra aliam ſolemnitatem, propoſitum vitæ regularis adſumat, & neque monaſterium ingrediatur, nec habitum Religionis ſuſcipiat, nec poſt tempus probationis ſolemni profeſsione ſe obliget.

c. un. h. t. c. 8. & c. 13. ſup. De regular.

c. 3. 4. & 5. inf. qui Cler. vel voventes &c.

4. *Quid Votum Perſonale, Reale, Mixtum?*

Perſonale eſt, quo promittitur, quod perſonam ſolam attingit, quale eſt votum peregrinationis. *Reale*, quo res aliqua externa promittitur. *Mixtum*, quo utrumque veluti peregrinatio cum oblatio-

tione; vel cum forti manu, hoc eſt, ad Terram ſanctam armis liberandam. *c. Licet. 6. h. t.*

5. *Quid eſt effectus Voti?*

Ut fides ſemel Deo data ſervetur. Nam licet ab initio liberum ſit vovere, nec quis cogi poſſit, ut voveat, tamen ſemel emiſſum votum omnino ſolvendum eſt: teneturque quilibet ſervare fidem, Deo datam, cum ne quidem homini datam ſemel fidem frangere liceat. Et apud Ciceronem lex eſt: *Vota ſancte reddenda.* *Lib. 2. de LL.*

6. *An ergo redimi votum non poteſt, vel in aliud commutari?*

Poteſt, auctoritate Superioris, & ſvadente juſta aliqua ratione, idque inſpecta qualitate perſonæ, & cauſſa commutationis; veluti ſi videat ſuperior aliam cauſſam, in quam votum commutatur, Deo fore gratiorem, quam quod voto eſt promiſſum. *cap. 1. h. t.* Ideoque votum peregrinationis, vel aliud quodlibet, poteſt mutari in votum Religionis. *c. 4. h. tit.* Votum tamen transmarinum, peregrinationis & devotionis ergo, vel etiam in Terræ ſanctæ ſubſidium, redimi alia pia cauſſa non poteſt, niſi auctoritate S. Pont: vel cui hoc ſpeciatim Pontifex mandaverit. *c. 7. & c. 9. §. ult. & pen. eod.*

(Votum relaxandi poteſtas non competit Pontifici.)

De

De Statu Monachorum & Canonicorum Regularium.

TIT. XXXV.

Agitur hic de ſtatu, conditione, vita & moribus Monachorum & Canonicorum Regularium, nomine *Status* ſpecialiter & ſtricte accepto pro conditione vitæ immobili, qua religioſi ſuis Superioribus, & Regulæ, quam profeſſi ſunt, obſtringuntur.

1. *Quid ſtatui Monachorum & Canonicorum Regularium potisſimum convenit?*

ILlud inprimis, ut Regulam, quam profeſſi ſunt, diligenter obſervent, & præcipue caveant contra tria illa, quæ voverunt, ad ſubſtantiam Religionis requiſita, Obedientiam, Caſtitatem & Paupertatem: nequis quid proprii quoquo modo poſſideat, alias ejiciendus e monaſterio, & mortuus privandus ſepultura, vel ſepultus in loco ſacro de ipſa projici dignus Eccleſia.

cap. 6. h. t. *cap. 24. & d. c. eod.*

(Votum caſtitatis ſive continentiæ perpetuæ nec divino convenit mandato, nec a quolibet ſervari poteſt, (*add. Carpzov. Jurispr. Conſiſtor. l. 2. def. 172.*) Similiter nec votum paupertatis admittendum: cum mandato Dei haud congru-

gruat. Non enim demonſtrari poteſt ex Sacra Scriptura, quod propria bona deſerenda ſint alia ex cauſa, quam ex neceſſitate tempore perſecutionis: ſtatu itaque Monachorum & monialium, uti ſe habet apud Pontificios, non venit approbandus. Vid. Confeſſ Auguſtan. *art. 27. de Stat. Monachor.* ibique Commentatores Georg. Mylius, *Controv. 6* Alb. Grauerus. *in præl.* Joh. Gerhard. *Confeſſ. Catholic. lib. 2. part. 2. artic. 7. cap. 1. & ſeq.* Marc. Anton. de Domin. *de repub. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 12.* Georg. Caſſand. *Conſult. de artic. religion. inter Cathol. & Prot. Controv. artic. 25.* ibique Hugo Grotius *in annotat.*)

2. *Non licebit ergo Monacho habere peculium aliquod?*

Nullo modo; niſi permittente Abbate; pro injuncta ei rerum adminiſtratione, non etiam proprietate tenus, quia ea ſe ſpoliavit per ſolemne votum paupertatis. *d. c. 2. h. t.*

3. *In quo, quod ad ſtatum attinet, differunt Monachi a Canonicis regularibus?*

Quod Monachi ſint, qui ſolitariam profitentur vitam, a populo omnino ſemotam, ſecundum etymologiam nominis. Monachus enim Græce, dicitur Latine ſingularis: Canonici vero Regulares non ſolitariam profitentur vitam, ſed Regulæ inſerviunt laxiori. Idcoque Eccleſiis parœcialibus præfici poſſunt; *Can. placuit. XVI. q. 1. c. 5. verſ. Licet. h. t. d. c. 5. & c. 2. in pr. h. t. can. Si quis diſt. 58. vid. Conc.*

Trid. ſeſſ. 14. c. 11. c. 2. h. t. n. 6. ſunt; Monachi non item, niſi in neceſſitate, ex permiſſione Prælati.

Clem. 1. eod. c. 6. verſ. in refectorio h. t. & ibid. Abbas in c. ad noſtram ſup. de appell.

4. *In quibus præterea conſiſtit ſtatus Regularium?*

Ut non vagentur, ſed in Monaſteriis ſuis maneant; ad quod tamen arctius obligantur Moniales quam Monachi. Ut non habitent ſoli, ſed in Conventu, & cum Fratribus. Ut in veſtibus ſervent modum & honeſtatem: in victu abſtineant ab eſu carnium; niſi a tanto tempore, de cuius initio non ſit memoria, fuerit receptus uſus veſcendi carnibus in Monaſterio aliquo, aut alias juſta cauſſa ſubſit uſum illum permittens. Denique ut non ſolum obſervent regulam, quam ſunt profeſſi, verum etiam ſtatuta Ordinis, quæ poſtea adjecta fuerint, reformationemque, licet ea fiat per ſolum Abbatem ſeu Prælatum, idque vi voti obedientiæ per eos præſtiti.

Dd. in c. ſua pro eo ſup. de regularibus.

(Abſtinentia ab eſu carnium, quæ a Monachis hic exigitur, Sacræ Scripturæ non eſt conſentanea. Vid. *Epiſtol. ad Coloſſ. 2.* Auguſtan. Confeſſ. art. 16. ibique Comment. Mylius, Grauerus.)

De Religioſis domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ.

TIT.

TIT. XXXVI.

Hoc Titulo & ſequenti agitur de rebus Monachorum & aliorum Religioſorum externis, id eſt, de domibus & monaſteriis, de Xenodochiis, & aliis ſimilibus locis.

1\. *Quid igitur intelligis per* Domum Religioſam?

INtelligitur proprie eo nomine locus conſecratus aut dedicatus, auctoritate Epiſcopi, vel ejus, qui in hoc habet auctoritatem Epiſcopalem. Vel latius accipiendo Religioſam domum, ſignificat ea locum omnem deſtinatum religioni & divino cultui aut piæ cauſſæ, etiamſi per Epiſcopum dedicatus non ſit; ut loca, ubi ſuſcipiuntur peregrini, ubi curantur ægroti, ſenes vel infantes.

c. 4. & ibi Abbas h.t. can. quidam XVIII. quæſt. 2. Hoſtiens. hic in Summa.

2\. *Cui ſubjecta ſunt ejuſmodi domus ſeu Monaſteria Religioſorum?*

Epiſcopo loci, in quo ſita ſunt Monaſteria, ut & regulariter omnia pia loca & Xenodochia ſeu Hoſpitalia Epiſcopo loci ſubſunt. Ideoque Monaſterium jura Epiſcopalia illi Epiſcopo debet, in cujus diœceſi ſitum eſt: niſi ea Epiſcopus remiſerit, vel niſi monaſterium probet ſe exemptum.

c.1. 7. & 8. h.t. c. 3. 4. & aliis h.t. c.6. h.t. c.7. & eod. vid. Conc. Trid ſeſſ. 22. c. 8. 9. & ſeſſ. 25. c. 8. de reform.

3. *Intereſtne quoad hanc ſubjectionem inter Eccleſias ſeculares & Monaſteria?*

Omnino: magis enim obligatæ ſunt Epiſcopo Eccleſiæ ſeculares quam Monaſteria; quia ſeculares Eccleſiæ ſubſunt Epiſcopo ſecundum utramque legem, & diœceſanam, & jurisdictionis. Monaſteria vero ſubſunt Epiſcopo tantum ſecundum legem jurisdictionis.

Late de hoc Abbas in c. Dilectus de off. Ord.

4. *Cui competit facultas viſitandi Hoſpitalia & alia pia loca?*

Facultatem eam Epiſcopis tribuit Concil. Tridentinum, niſi in fundatione aliter ſit cautum, cui non derogavit Conc. Ut neque ademptum voluit laicis jus adminiſtrandi & viſitandi, ſi hoc eis alias legitime conceſſum ſit.

d. Seſſ. 22. c. 9. Vallen. hic. §. 2.

De Capellis Monachorum, & aliorum Religioſorum.

TIT. XXXVII.

Ad res Religioſorum externas pertinent etiam Capellæ & Prioratus, velut dependentes ab ipſis Monaſteriis ac domibus principalibus Religioſorum.

1. *Ca-*

1. *Capella quid nominis & unde dicta?*

CApellam quidam a Caprinis pellibus dictam volunt, fuiſſeque Eccleſiam portatilem, ſeu περιβαινομένην de loco ad locum, eaque uſum Conſtantinum Magnum tempore militiæ. Alii a Gallico *Chapelle*, quod tectum ſignificat, quo olim Reges Francorum Oratoria ſua campeſtria tegere ſolebant. Sunt & qui a Cappa S. Martini, quam iidem Francorum Reges ob adjutorium victoriæ in præliis ſolebant ſecum habere: eamque ferentes & cuſtodientes, cum aliis Sanctorum reliquiis, dicti Capellani.

Gl. in can. Comcedimus de conſecr. diſt. 1.

Ita Pet. Greg. de ben. Eccleſ. c. 11. n. 11.

(Impium eſt, Cappæ S. Martini aliquod in præliis adjutorium adſcribere. Addas de ſuperſtitioſa, imo ad idololatriam ſpectante, veneratione reliquiarum Martin. Chemnit. *ad Concil. Tridentin.* Joh. Gerhard. *p. m. tom. theol. cap. 1. de morte aph. 95. & ſeq.* Conf. Caſſand. *de conſultat. art. 21. tit. de veneratione reliquiarum.*)

2. *Capella quid alias ſignificat?*

Oratorium DEO conſecratum, vel in Eccleſia, vel extra Eccleſiam. Vel eſt Eccleſia minor ſeu filialis, exiſtens per ſe & ſeorſim ab Eccleſia matrice ſeu majori aut monaſterio, in qua legitimum ordinariumque conventum parochianis

Can. ſi quis 35. de conſecr. diſt. 1.

habere permittitur, diebus ſolemnibus feſtorum majorum exceptis.

3. *Quæ dicitur curata capella?*

Dicitur hæc Eccleſia Parochialis vel etiam Capella ab Eccleſia parochiali dependens juriſdictioni ac viſitationi Archidiaconi, Archipresbyteri ſeu Decani ut vocant, Chriſtianitatis ſubjecta.

4. *Capellis Monachorum ſingulis quot Religioſi imponi debent?*

c.2. ſup. de ſtatu monach. c. ult. h. t. Non ſinguli ſingulis, ſed vel terni, vel ſaltim bini, ne Monachus ſolus exiſtens inter ſeculares homines ſpiritualium hoſtium conflictum expectet, & ut habeat, quibuscum vitam poſſit ducere regularem. Non obſtante reſcripto eam in rem impetrato, ſi in eo non fiat mentio *c. 3. h. t.* Concilii Lateranenſis, quod alias habebitur obreptitium, vel ſubreptitium.

De Jure Patronatus.

TIT. XXXIIX.

Hinc incipit tertium hujus libri membrum, de rebus & Clericorum, & Regularium, & Laicorum communibus ut eſt jus patronatus.

1. *Quid*

1. *Quid eſt Jus Patronatus?*

JUs patronatus eſt jus quoddam Eccleſiaſticum ſpirituali adnexum præſentandi Clericum ſeu miniſtrum Eccleſiæ ad beneficium vacans.

2. *Quibus competit hoc jus, & quibus ex cauſſis?*

Competit illis, qui vel fundarunt, vel *Conc. Tr.*
conſtruxerunt, vel dotarunt Eccleſiam, *ſeſſ.25.c.9.*
ſive ipſimet, ſive alii, a quibus cauſſam *Fachin. 8.*
habent: item præſcriptione temporis me- *c.25. c.1.5.*
moriam hominum excedentis, & ex pri- *& 7.h.t.d.*
vilegio ſummi Pont. Competit autem vel *c. 7. &c.*
Clericis, vel Eccleſiis ad monaſteriis, vel *ult.de con-*
etiam Laicis, imo & fœminis. *ceſſ. preb.*

3. *Quomodo Laicus eſt capax hujus juris utpote Eccleſiaſtici?*

Datum hoc Laicis ex benignitate quadam Canonica, in vicem ejusdem remunerationis, ut hac ratione magis excitarentur ad fundandas & dotandas Eccleſias, cultumque religionis promovendum. Unde & patrono laico honor & primus locus debetur in Eccleſia & in progreſſu publico, eique, ſi ad inopiam redigi contingat, ſuccurritur ab Eccleſia, quam fundavit.

4. *Quotuplex eſt jus Patronatus?*

c. Nobis 21. *h. t. & can. quicunq; XVI. q.* 7. *c. un. h. t. in* 6. *vide late Garz.* 2. *de benef. p.* 3. *c.* 1. *n.* 591.

Duplex, Eccleſiaſticum & Laicum. *Eccleſiaſticum* dicitur, quod competit ratione Eccleſiæ, ſive quis fundaverit Eccleſiam ex bonis Eccleſiaſticis, ſive jus illud originem habuerit ex patrimonio laici, & poſtea quovis modo fuerit translatum in Eccleſiam, aut adnexum dignitati aut beneficio Eccleſiaſtico. *Laicum*, quod alicui laico ſive Clerico competit, ratione fundationis aut dotationis, ex bonis ſecularibus ſive proprio patrimonio. Addunt aliqui & *Mixtum*, partim ratione proprii patrimonii, partim ratione Eccleſiæ, alicui competens.

5. *Quotuplex, & qua inter has ſpecies eſt differentia?*

c. 5. *in fine & aliis h. t. & c. un. eod.*

c. 24. *h. t.*

Triplex, veluti imprimis Patronus Eccleſiaſticus, beneficio, vel Eccleſia, cujus eſt patronus, vacante, habet ſemeſtre, id eſt, ſpacium ſex menſium, intra quod idoneum aliquem miniſtrum nominet, & præſentet. Laicus vero tantum quatuor menſium. II. Patronus Eccleſiaſticus præſentando aliquem idoneum, non poteſt poſtea intra idem tempus alium præſentare; ut hic locus ſit regulæ, qui prior eſt tempore, potior eſt & jure. Laicus

cus vero, uno aliquo etiam idoneo præſentato, poteſt adhuc intra idem tempus quatrimeſtre præſentare alium tertium, & deinceps, accumulando poſteriorem præſentationem priori. III. Legatus ſummi Pontificis Eccleſias & beneficia, quæ patronos habent Eccleſiaſticos, conferre poteſt, abſque conſenſu & præſentatione Eccleſiaſtici patroni; non etiam beneficia, quæ pertinent ad patronos laicos, qui non ſubſunt jurisdictione Legati, veluti patroni Eccleſiaſtici. *c. 5. & d. c. 24. hoc tit.* *c. 20. h. t.*

6. *Patronus Eccleſiaſticus, an ſeipſum præſentare poterit?*

Non poteſt, quantumcunque idoneus ſit: quia nullus ſe ingerere debet Eccleſiaſticis miniſteriis, & quia nemo ſibi ipſi donare quicquam poteſt; cum inter donantem & accipientem debeat eſſe diſtinctio perſonalis. *c. 16. h. tit.* *c. ult. ſup. de inſtit.*

7. *Quodſi plures ejusdem Eccleſiæ vel beneficii ſint patroni?*

Tunc, ſi jus patronatus ſpectet ad eos, ut ſingulos, veluti ſi patronus, qui fundavit, vel dotavit, plures reliquerit liberos, vel hæredes tranſibit jus illud in ſolidum, & ſinguli ſeparatim præſentare

poterunt, aliis non vocatis vel requiſitis, quia jus patronatus jus eſt individuum, quemadmodum & jure civili ſervitutes ſunt individuæ, quæ idcirco ad hæredes in ſolidum transeunt. Inter quos, ſi non conveniat, & alii hunc, alii alium præſentent, interponet partes ſuas Epiſcopus, tollendi ſcandali cauſſa.

c. 2. §. ex his igitur D. de V. O. c. 1. 2. & 3. h. t. vallen. hic §. 5. num. 5.

8. *Quibus modis amittitur Jus Patronatus?*

I. Amittitur, ſi patronus Rectorem Eccleſiæ, vel alium Clericum ejusdem Eccleſiæ, per ſe vel per alios, occidere vel mutilare præſumſerit: & hoc caſu cedit jus patronatus ei Eccleſiæ, cui injuria illata. II. Confiſcatione bonorum, ex cauſſa hæreſeos, vel læſæ Majeſtatis, vel alias extra hujusmodi cauſſas; quo caſu jus patronatus tranſit in fiſcum; bonisque a fiſco divenditis, in emptorem. III. Emens, vendens, vel alias comparans jus patronatus per ſe, amittit illud ipſo jure, eoque caſu Eccleſia redit ad libertatem.

c. pen. h. t.

c. 6. 16. & 23. h. t.

9. *Cur dicitur per ſe vendi non poſſe jus Patronatus?*

Quia ſic vendi jus illud nequit absque Simonia, daretur enim tempore pro ſpirituali, vel quod ſpirituale adnexum eſt:

verum

verum cum ipſa rerum univerſitate, veluti ſi villa aliqua vendatur, vel in emphyteuſin detur, cui jus patronatus adhæreret, etiam jus patronatus ad emptorem tranſit: niſi nominatim in contractu exceptum fuerit. *c. Ex litteris 7. h. tit.*

De Cenſibus, Exactionibus & Procurationibus.

TIT. XXXIX.

Ex eo, quod patronus in fundatione ac dotatione Eccleſiæ ab initio ſibi, auctoritate Epiſcopi, reſervare ſolet certos reditus annuos & cenſus moderatos, ſequitur hic Tit. *De cenſibus &c.* deque aliis præſtationibus & tributis.

1. *Quid igitur nomine Cenſus intelligitur?*

Generaliter accepto nomine Cenſus, ſignificat quicquid annuatim penditur. Stricte vero, prout hoc loco ſumitur, cenſum intelligimus onus reale ipſi Eccleſiæ impoſitum, ſive in pecunia numerata, ſive in alia qualibet re ſubſiſtat: vel annuum canonem, qui ex proventibus Eccleſiæ, vel monaſterii, aliorumve piorum locorum debetur, ſolviturque aut Superioribus, veluti Epiſcopo in ſignum *c. 2. h. t. c. Recepimus 8. inf. de privil. c. conſtitutus 5. de relig. dom.*

gnum ſubjectionis, aut etiam inferioribus, ut patronis, ſive Clericis, ſive laicis, ratione protectionis, & interdum ratione perceptæ libertatis.

can. placuit 1. & paſſim X. q. 3. & c. 9. h. t.

2. Licetne augere hunc cenſum vel novum imponere?

Non licet. Nam placuit, ut nullus Epiſcoporum præter honorem cathedræ, id eſt, duos ſolidos, aliud aliquid per parœcias ſuas accipiat, & ut Eccleſia jam dotata & conſecrata a patronis vel Prælatis Eccleſiarum, nulli novi cenſus imponantur Eccleſiis, vel veteres augeantur: quia impoſitio cenſus eſt quædam alienatio jurium Eccleſiæ, & ſervitutis cujusdam impoſitio, qua Eccleſia gravatur; at qui jura Eccleſiæ niſi ex juſta cauſſa & adhibita ſolemnitate alienari non poſſunt.

c. 3. 7. & aliis hoc t. Abbas in c. præterea 8. h. t.

3. In qua moneta ſolvi debet hic cenſus?

Ad æſtimationem ejus monetæ, quæ in uſu erat eo tempore, quo primum cenſus conſtitutus fuit, vel alias juxta æſtimationem monetæ præſcriptæ, ſi videlicet ille, cui cenſus debitus erat, præſcripſerit hoc jus.

c. 2. & pen. h. t.

4. Quæ

4. *Quæ dicuntur hic Exactiones?*

Sunt extraordinariæ præſtationes & collectæ, ſive talliæ & tributa, quæ extra ordinem imponi ſolent ſubditis.

5. *Licetne nova vectigalia & tributa imponere?*

Prohibitum hoc Epiſcopis, ne ſcilicet ſubditos ſuos talliis & exactionibus gravare præſumant: & generaliter omnibus ne quiſquam alicui novas pedagiorum exactiones ſine auctoritate & conſenſu Regum vel S. Pont. imperet, ſub pœna excommunicationis. *Pedagia* autem dicuntur vectigalia, quæ pro rebus vectis vel portatis debentur; quæ vero debentur, ut res ſalvæ ad locum deſtinatum perducantur, ea vulgo vocantur *Guidagia*: ad quorum ſolutionem Clerici non poſſunt compelli per laicos. Permiſſum tamen, ſi juſta cauſſa ſubſit & ſubſidio aliquo ſit opus, poſtulare a ſubditis moderatum cum charitate auxilium. Quod ideo noſtri appellant charitatis ſeu charitativum ſubſidium.

Abbas in c. 10. n. 6. h. t. d. c. 11. h. t. & c. 4. eod. in 6. c. 6. §. prohibemus h. t. & c. 16. in fin. ſup. de off. jud. ord.

6. *Quæ Procurationes?*

Sunt expenſæ neceſſariæ, vel exhibitio expenſarum, quas Eccleſia vel monaſterium ſuppeditare debet Prælato illi, cui

ex

ex officio incumbit viſitare Eccleſiam vel monaſterium, ſive ſit Epiſcopus, ſive Archidiaconus, ſive Decanus, ſive etiam Legatus S. Pont. Et tum tantum debentur, quando ipſimet Prælati viſitant, non ſi alios ſubmittant ad viſitandum.

d. c. 6. in pr. & c. 17. h. t. c. 13. eodem.

7. *Teneturne qualibet Eccleſia vel monaſterium viſitationem admittere & ſolvere procurationes?*

d. c. 17. in princ.

Omnino niſi vel Eccleſia vel monaſterium probet, ſe ſpeciali privilegio S. Pont. eſſe exemptum. Non obſtante, quod Eccleſia aliqua diu forte ſteterit, nec unquam procurationes viſitanti exhibuerit. Quinimo adeo favorabiles ſunt hæ procurationes, ut nulla præſcriptione tolli poſſunt, cum pendantur in ſignum ſubjectionis & obedientiæ, quam contra Prælatum ſubditus nequit præſcribere. Qualiter vero & quo ordine facienda ſit viſitatio, præſcribit Concil. Trid.

c. 24. eodem. d. cap. 17. c. Cum non liceat 12. ſup. de præſcript. ſeſſ. 24. c. 3. de reform.

De Conſecratione Eccleſiæ vel Altaris.

TIT. XL.

Non ſatis eſt, Eccleſiam eſſe fundatam & dotatam, ſed præterea conſecrari debet, & tempore conſecrationis cenſus, de quibus dictum, conſtitui ſolent.

1. *Ec-*

1. *Eccleſia qualiter & a quo conſecranda?*

COnſecratio hæc, quia actus eſt ſolemnis ipſius Epiſcopi (per quem illud, quod prius profanum erat, dedicatur & efficitur ſacrum) fieri non poteſt ab alio, quam Epiſcopo diœceſano, nec mandari alteri, quam Epiſcopo: quia conſecrare Eccleſias ordinis eſt Epiſcopalis, quæ vero ſunt ejus ordinis, nemo exercere poteſt, niſi qui ordinem illum habet. Nec tantum Eccleſiæ conſecrandæ ſunt, ſed & altaria ſingula in Eccleſiis ſolent conſecrari ac benedici ſimul, quorum illud fit oleo ſacro, hoc vero aqua benedicta. *can. Altaria de conſecr. diſt. 1.*

2. *Qua ſolemnitate?*

Quando conſecratur Eccleſia, tunc parietes unguntur oleo ſacro, celebratur Miſſa (quamvis celebrationem Miſſæ non tam de ſubſtantia conſecrationis, ſed magis de honeſtate eſſe velint) funduntur preces ad Deum, & atrium Eccleſiæ aqua benedicta aſpergitur. Item, quando conſecratur Altare, funduntur ſimiliter preces ad Deum, & menſa Altaris chriſmate delinitur. Adhibentur quoque reliquiæ Sanctorum, ſi haberi poſſint. *Gl. & Art. in can. c. Ordinationes diſt. 75. can. 1. c. Omnes &c. Nema de conſe. diſt. 1. de can. Altaria c. 1. b. t.*

Apud

(Apud nos ejusmodi ſuperſtitioſi & Sacræ Scripturæ minus congrui ritus in Conſecratione altaris merito haud obſervantur: videlicet parietes non vnguntur oleo ſacro, nec atrium aqua benedicta aſpergitur, nec reliquiæ ſanctorum adhibentur.)

3. *Quid obtinere dicendum quoad Cœmeteria?*

c. Abolenda & ibi. Abbas de ſepult. can. Nemo 1. *diſtinct.* 1.

Hæc non conſecrantur, ſed tantum benedicuntur; & propter hanc benedictionem locus per illationem mortui religioſus jure civili factus, fit etiam ſacer hoc jure. Et ut Altaria res ſunt ſacræ & benedictæ, ita Cœmeteria ſunt res religioſæ & benedictæ.

4. *Eccleſia conſecrata & polluta an iterum conſecranda?*

cap. 4. 7. & *ult. h. t.*

c. un. eodem in 6.

Non quidem conſecranda denuo, ſed reconcilianda: etiam per Epiſcopum, idque aqua benedicta, vino diluta & cinere conſperſa: Eccleſiaque polluta etiam cœmeterium eidem contiguum cenſetur eſſe pollutum: non contra, ne minus dignum, magis dignum, aut acceſſorium ad ſe trahere principale videatur.

(Similiter & hic modus Eccleſiam pollutam reconciliandi (*uti loquuntur*) per benedictam aquam, vino dilutam & cinere conſperſam, eſt ineptus.)

5. *Quid*

5. *Quid ſi diruta fuerit Eccleſia, vel Altaria?*

Quod ſi parietes Eccleſiæ integri permanſerint, vel Altaria non fuerint mota aut enormiter læſa, nec Eccleſia, nec Altaria denuo conſecrari debent: ergo a contrario ſenſu, Eccleſiis omnino dirutis, & Altaribus ſolo adæquatis ac vehementer læſis, tum iterum conſecranda erunt. In quo differt jus Canonicum a jure Civili: nam hoc jure locus, in quo ædes ſacræ fuerunt ædificatæ, etiam diruto ædificio ſacer manet. *c. Ligneis 6. hoc tit.* *§. Sacræ res 8. Inſt. de rer. diviſ.*

De miſſarum celebratione, & Sacramento Euchariſtiæ, & divinis officiis.

TIT. XLI.

Res Eccleſiaſticæ, Clericorum, Regularium & Laicorum communes, ſunt Sacramenta Eccleſiæ, inter quæ primum locum obtinet Sacramentum Euchariſtiæ, quod in celebratione Miſſarum conficitur.

1. *Miſſa quid nominis, & quid rei?*

Miſſa a mittendo ſive dimittendo nomen habet, quod & verba, quæ Diaconus proferre ſolebat, inſinuare videntur, ſive in

Iſid. 6. O- Miſſa Catechumenorum (duas enim con-
rig. cap. 39. ſtituunt partes Miſſæ) qui ante incho-
ationem ſacrificii e cœtu fidelium olim
his verbis dimittebantur. *Si quis non com-
municat, det locum.* Vel: *Si quis eſt ca-
techumenus, exeat foras*, ſive in Miſſa Fide-
Boet. Epo- lium, qua finita idem Diaconus dicit: *Ite*
Antiqv. *Miſſa eſt*, id eſt, miſſio eſt. Neque eſt,
Eccleſ. ad quod quis dixerit, eſſe fictum hoc nomen,
Greg. XIII cum a primis Eccleſiæ Catholicæ incuna-
Syntag. 1. bulis, atque ab ipſis Apoſtolorum tempo-
ribus, uſurpatum fuiſſe legamus.

(Miſſa Pontificiorum pugnat cum ſacris literis vid. Auguſt. Confeſſ. *art. 24. ibique* Mylius Grauerus, Gerhard. *Confeſſ. Cathol. l. 2. part. 2. aph. 15.* Hulſem. *extenſ. brev. loc. cap. 13. th. 9.*(

2. *Quid Eucharistia?*

Euchariſtia (Latine *bona gratia*) eſt Sacramentum, ſub ſpeciebus panis & vini, vel alterius eorum, continens verum corpus & ſanguinem Chriſti.

3. *Quæ eſt materia hujus Sacramenti?*

c. ult. h. t. n. Materia eſt panis triticeus, iſque acy-
1. & aliis mus, non fermentatus, & vinum de vi-
diſt. 2. Con. te modice aquæ mixtum: quia utramque
Trid. ſeſſ. hanc materiam Chriſtus in ultima cœna
22. can. 9. adhibuiſſe, & in pane azymo conſecraſſe
legi-

legitur, non etiam in fermentato, quo hodieque Græci utuntur. Mixtioque illa vini cum aqua repræſentat unionem Chriſti cum Eccleſia, vel quod utrumque e latere Chriſti, aqua ſimul cum ſanguine, profluxerit. *d. c. 1. &c. Cum omne 7. diſt. 2. Trid. d. ſeſſ. 22. cap. 7.*

(Uſus panis azymi magis conveniens eſt, & Eccleſiæ conſuetudine, aqua non temere recedendum, receptus. vid. Johann. Gerhard. Confeſſ. Cathol. *l. 2. part. 2. art. 14. c. 4.* Mixtio aquæ cum vino in ſacræ cœnæ adminiſtratione neceſſaria non eſt, eo fine, ut unio fidelium cum Chriſto repræſentetur, vel quod utrumque e latere Chriſti, aqua ſcil. ſimul cum ſanguine, profluxerit, vid. Joh. Gerhard. *d. l. c. 5.*

4. *Quæ forma, & quis Miniſter?*

Miniſter hujus Sacramenti eſt ſolus Sacerdos rite ordinatus, qui, dum conſecrat & conficit hoc Sacramentum, utitur hac forma a Chriſto tradita. *Hoc eſt Corpus meum, & Hic eſt calix ſanguinis mei, vel? Hic eſt ſanguis meus.* Qua prolata fit converſio totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguis: quæ converſio dicitur recepto in Eccleſia vocabulo *Transſubſtantiatio.* *Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. Con. Trid. ſeſſ. 13. c. 4.*

(Transſubſtantiatio non convenit ſacris literis & verbis, quibus ſacra cœna eſt inſtituta. Vid. My-

Mylius *ad art. 10. Auguſtan. Confeſſ.* Johann. Gerhard. *loc. de ſacr. can.* Et *Confeſſ. Cathol. l. 2. part. 2. art. 14. cap. 2.*

De Baptiſmo & ejus effectu.
TIT. XLII.

Secundum locum inter res Clericorum, Regularium, & Laicorum communes obtinet Baptiſmus, omnibus ad ſalutem neceſſarius.

1. *Quid eſt Baptiſmus?*

c. 1. & pen. ult. h. t. Baptiſmus eſt Sacramentum regenerationis, per aquam in verbo vitæ. Nimirum accedente verbo ad aquæ elementum hac forma: *Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.*

2. *Quis eſt miniſter hujus Sacramenti?*

Ex officio incumbit illud ſoli Sacerdoti. In caſu vero neceſſitatis quilibet alius baptizare poteſt, etiam hæreticus & infidelis, modo formam ſervent ab Eccleſia receptam, & facere intendant, quod facit Eccleſia. Item mulier abſente marito. Nemo tamen etiam in neceſſitate ſeipſum baptizare poteſt, quia inter baptizantem & baptizatum debet eſſe perſonalis diſcretio.

Can ſolet. & paſſim diſt. 4. can. Mulier d. diſt. 4. c. 4. hoc tit.

(Quod

(Quod in caſu neceſſitatis quis ſeipſum non poſſit baptizare, dubium eſt. Add. Johan. Gerhard. *loc. d. baptiſm. aphor. 66*)

3. *Quotuplex eſt Baptiſmus?*

Vulgo triplicem faciunt, alium *Fluminis*, alium *Flaminis*, alium *Sanguinis*: ſed primus, qui fit per aquam, eamque veram & naturalem, veram quoque naturam Sacramenti? reliqui duo, ut qui fit per contritionem & converſionem ad Deum, & per martyrium, effectum duntaxat Sacramenti habent. *d. c. 4. hoc tit. & c. de presb. non baptiſ.*

(Reliqui duo, quos æquivoce ita vocat, baptiſmi ne quidem effectum ſacramenti habent: Non enim effuſioni ſanguinis humani poteſt tribui meritum remiſſionis peccatorum, quod ſolius Chriſti ſanguini competit: Et martyrium pro Chriſto ſuſceptum eſt ſolum evidens & luculenta teſtificatio illius fidei in Chriſtum, in quo ſolo remisſionem peccatorum & vitam vera fides quærit, non in noſtris operibus & pasſionibus. Joh. Gerhard. *tom. 4. loc. 5. d. baptiſm. aphor. 5.* Et *contritio ac converſio* ſunt præparatio ad accipiendam illam remisſionem.)

4. *Quid eſt effectus Baptiſmi?*

Omnium peccatorum remiſſio: peccati, inquam, non tantum originalis, verum etiam in adultis cujuslibet actualis præcedentis.

5. *Cur in Baptiſmo adhibentur Patrini?*

Can. Parvuli 74. *cum c.ſeq. d.ſt.* 4.

Ut fide ac profeſſione eorum illi, qui per ſe credere vel loqui, & pro ſe reſpondere non poſſunt (veluti parvuli, muti & ſurdi) Sacramentum Baptiſmi ſuſcipiant. Suntque patres quidam luſtrici, qui tenentur baptizatum inſtituere in neceſſariis ad ſalutem, veluti in Symbolo, Oratione Dominica &c. propriis parentibus mortuis, vel in facere negligentibus. Dicti & Sponſores, Suſceptoresque, vulgo Patrini, Matrinæque. Neque enim intereſt vir ſive mulier baptizatum de fonte ſacro ſuſcipiat, pluresque quam duos, id eſt, unum & unam, adhiberi vetat Conc. Trid.

Can. Non plures 101. *d. diſt.* 4. *Seſſ.* 24. *c.* 2. *de refor. trim.*

De Presbytero non baptizato.
TIT. XLIII.

*c.*1.*&*2.*h.t.* Baptiſmus omnibus adeo eſt neceſſarius, ut ſi quis non baptizatus ſacerdotio eſſet initiatus, tamen ordinis characterem non reciperet ac proinde baptizandus & iterum conſecrandus eſſet.

1. *Quid ſi ab omnibus creditus fuerit baptizatus, & demum poſt mortem conſtiterit non fuiſſe baptizatum?*

Hoc

HOc caſu omiſſio Baptiſmi ei non nocebit, ſed perinde erit, ac ſi fuiſſet baptizatus, quia, inquit D. Auguſtinus, baptiſmus inviſibiliter miniſtratur, quem non contemptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit. *cap. 2. h. t.*

De Cuſtodia Euchariſtiæ & aliorum Sacramentorum.

TIT. XLIV. *c. 1. & h. t.*

Ideo diligenter obſervari in ſingulis Eccleſiis oportet Euchariſtiam, chriſma, & alia ſacra vaſa, ut omni tempore eorum copia haberi poſſit.

(Repoſitio & aſſervatio panis Euchariſtici benedicti non eſt probanda; quia pugnat cum Chriſti inſtitutione, ſecundum quam ſtatim diſtributio & manducatio inſequitur conſecrationem. Vid. Joh. Gerhard. *Confeſ. Cathol. lib. 2, part. 2. art. 14. cap. 3.*

Chriſmatis vero ſive olei conſecrati vel benedicti uſus plane eſt nullus. Neque ſacramentum chriſmatis ſive confirmationis ac benedictionis, quæ fit interveniente ejusmodi unctione, recte ſtatuitur, utpote divina autoritate deſtitutum.)

De reliquiis & veneratione Sanctorum.

TIT. XLV.

Quemadmodum diligenter cuſtodienda ſunt in Eccleſia, de quibus proxime

dictum eſt, Euchariſtia & Chriſma; ita etiam diligenter adſervandæ ſunt Reliquiæ Sanctorum, maxime cum nullum erigi poſſit in Eccleſiæ Altare, ubi non reliquiarum aliquid alicujus Sancti reconditum ſit. Nullus vero habendus pro Sancto, niſi auctoritate Eccleſiæ in Sanctorum numerum adſcriptus, nec venerandæ. publice ſunt reliquiæ de novo inventæ, niſi auctoritate ejusdem S. Pontif. fuerint approbatæ: antiquæ vero exponi venales prohibentur.

can. placuit de conſecr. diſt. 1. c. 1. h. t. c. 2. eod. vid. conc. Trid. ſeſſ. 25.

(Superſtitioſa & apud Pontificios recepta reliquiarum aſſervatio & ſanctorum veneratio merito eſt rejicienda.)

De Obſervatione Jejuniorum.

TIT. XLVI.

Eſt & communis omnium Chriſtianorum tum Clericorum, tum etiam Laicorum, obſervatio jejuniorum, quæ ab Eccleſia in memoriam Sanctorum indicta ſunt, ut & cætera jejunia Quadrageſimæ & aliorum temporum.

1. *Qui excuſantur a Jejuniis?*

QVi annum ætatis vigeſimum nec dum attigerint, ſexageſimum vero exceſſerint. Non ſubjacet quoque legi neceſ-

c. 2. hoc t.

neceſſitas ex inopia annonæ & infirmitate ſeu debilitate jejunantium orta, majoris periculi evitandi cauſſa. *d. c. 2. circa finem.*

2. *In quibus conſiſtit obſervatio Jejuniorum?*

In his tribus. In abſtinentia a certi generis cibis: in abſtinentia a pluribus refectionibus, & in certa refectionis hora, quæ hodie ex conſuetudine paſſim recepta eſt circa meridiem.

(Iſthæc abſtinentia, neque ratione ciborum, a quibus abſtinetur, neque ratione temporis nec ratione formæ abſtinendi, jejunium dici meretur. Et diſcrimen ciborum haud probandum eſſe, jam ſupra monuimus. Quid enim ad religionem aut devotionem excitandam proderit certos inhibere cibos, & concedere alios non minus ad Venerem, ad ingluviem, ad ignaviam & torporem facientes. Add. *1. Tim. 4. 3.*)

De Purificatione poſt partum.

TIT. XLVII.

1. *Quid hac de re ſtatuit lex Moſaica?*

Lege illa mulier poſt partum immunda habebatur & propterea, ſi maſculum peperiſſet, arcebatur a templi ingreſſu XL. diebus, ſi vero fœminam LXXX.

2. *Quid lex Evangelica?*

Hæc lex abrogavit legem Moſaicam: neque enim prohibetur amplius mulier etiam ſtatim poſt partum ingredi templum, ne pœna illi converti videantur in culpam, quaſi pariendo peccaſſet. Pie tamen facit mulier, ſi aliquantiſper ab ingreſſu in templum abſtineat.

c. un. c. h. t.

De Eccleſiis ædificandis & reparandis.

TIT. XLIIX.

Porro Eccleſiæ, in quibus divina peraguntur, ruinoſæ ſunt reparandæ & recens etiam ædificandæ, ſi hoc neceſſitas & cauſſa gravis poſtulet.

1. *Quando igitur licebit novam Eccleſiam ædificare?*

c. 3. h. t. SI antiqua Eccleſia parœcialis ita creverit, ut una omnibus non ſufficiat, vel quia multi longius abſint ab Eccleſia parœciali, vel quia tam frequens ſit populus, ut pluribus egeat Sacerdotibus ac Paſtoribus: quo caſu & portio quædam proventuum Eccleſiæ antiquæ poteſt adſignari novæ. Non obſtante juramento, de rebus Eccleſiæ non alienandis, quia hic caſus non intelligitur illo juramento fuiſſe comprehenſus; eſt enim juramentum ſtricte interpretandum.

c. ult. eod.

d. c. 3. d. c. ultim.

2. *Quid*

2. *Quid hinc accedit Eccleſiæ antiquæ?*

Acquirit illa, quæ ex ejus reditibus conſtructa & dotata eſt nova Eccleſia, jus patronatus in novam, diciturque Eccleſia matrix. Pars vero populi, quæ novæ Eccleſiæ ſupponitur, a jure prioris abſolvitur.

d. c. 3. can. præcipimus c. 4. XVI. q. 1.

3. *Eccleſia ruinoſa, unde & a quibus reparanda atque inſtauranda?*

Primum quidem ex fabrica, id eſt, ex ærario Eccleſiæ ad inſtaurationem Eccleſiæ conſtituto. Si in ærario nihil ſit, aut non ſatis, tum Rectores Eccleſiarum, qui ibidem beneficia obtinent, compellendi ſunt, ut contribuant, modo eis aliquid ſuperſit ultra victum & veſtium, ſi nihil ſuperſit, tunc eundum eſt ad parœcianos, qui ibidem Sacramenta percipiunt. De conſvetudine vero aut ſtatuto plurium locorum in hoc noſtro Belgio onus reparationis Chori ad decimatorem, onus vero navis (ut loquuntur) ad populum ſpectat; aut ſi nominatim tractatus aliqui conventionesve initæ ſint inter aliquos ſuper hujusmodi ruinis, illæ ſervandæ ſunt.

can. Unio 1. quæſt. 3. c. 1. & 4. 1. d. cap. 4. Zyp. in Ann. lib. 3. t. de ædif. Eccleſ. Lond. meter. de veteri Clericà mon. l. c. cap. 36.

De Immunitate Eccleſiarum, cœmiterii, & rerum ad eas pertinentium.

TIT.

TIT. XLIX.

Sunt etiam Eccleſiis ſuæ datæ immunitates, ut & earum cœmeteriis, rebusque ad eas pertinentibus, ut Chriſtianis eo eſſent venerabiliores.

1. *Quid eſt Immunitas?*

IMmunitas in genere nihil eſt aliud quam libertas quædam ſive exemptio, ab oneribus & muneribus publicis.

2. *Quotuplex eſt Immunitas?*

Triplex, tum ex parte ſubjectorum, quibus competit, nimirum alia Perſonarum Eccleſiaſticarum, alia Locorum ſacrorum, alia item Rerum ſeu Bonorum; quamvis hæc ultima ad duas priores revocari poſſit: tum & ex parte munerum ſeu onerum atque ut munerum civilium alia ſunt Perſonalia, alia Patrimonialia, alia Mixta, ita & immunitas alia eſt a muneribus perſonalibus, alia a patrimonialibus, alia a mixtis.

c. 1. fin. D. de muner.

3. *In quibus conſiſtit immunitas perſonalis?*

Inprimis Clerici habent privilegium fori, ut non niſi coram judice ſuo Eccleſiaſtico conveniri poſſint. Secundo, Eccleſiæ, cœmeteria, atque etiam

ipſi

ipſi Clerici, regulariter a muneribus omnibus ſunt exemti, ſive munera ſunt perſonalia, quæ ſcilicet obeuntur corporali labore, cum ſollicitudine animi absq; ullo ſumptu ejus, qui munus exequitur, ut qui in legationem Reipubl. cauſſa mittitur, qui tutor vel curator datur, qui defenſor civitatis, id eſt, Syndicus conſtituitur, & id genus alia; ſive etiam ſint munera patrimonialia, quæ ſcilicet rebus, quas quis poſſidet, imponuntur, ut ſunt tributa & vectigalia. Et propterea neque Conſules vel alii civitatum rectores, neque quisquam Laicorum, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas talliis ſeu collectis & exactionibus gravare poteſt: tum quia exemptæ a juriſdictione laicorum, tum quia quod ſemel Deo dicatum eſt, iterum ad humanos uſus transferendum non eſt.

d.l.1.D. de muner.

d. l. 1. de muner.

c. 15. de R. l. in 6.

4. *Quid ſi neceſſitas aliqua urgeat, vel magna Reip. utilitas agatur?*

Tunc ſi laicorum facultates non ſufficiant, poterunt illi a Clericis petere ſubſidia & Epiſcopus una cum Clero conſentire ad contribuendum, conſulto tamen prius S. Pontific. Quin & in caſu neceſſitatis Clerici minime excuſantur a muneribus perſonalibus, veluti a vigiliis

c. 4. verſ. quo circa & c. 7. in pr. h. t. c. 2. & eod.

& murorum cuſtodiis, potiumque refe-ctionibus.

(Pontifici hujusmodi in cauſſis & rebus nullam concedimus poteſtatem Add. Dn. Conring. & Hoornbeck. *in exam. bull. papal. Innoc. X.*)

5. *Immunitas Localis ſive locorum ſacrorum, in quibus conſiſtit?*

cap. 1. *h. t.* In eo primum, ne in domibus Eccleſiarum ullus ſibi hoſpitium vindicet & ne in Eccleſiis, earumque cœmiteriis frequententur negotiationes & nundinarum ac fori cujuscunque tumultus, & maxime ne judicium ſanguinis ibi agitetur. Secundo ne liber homo, ob æs alienum, vel propter delictum quantumvis grave ad Eccleſiam licet nec dum conſecratam, Deo tamen & divinis officiis dicatam confugiens, inde invitus, & ne quidem auctoritate ulla publica extrahatur. Quod jus propterea dicitur jus aſyli, a συλάω, id eſt, *trabo*, quia ſcilicet locus ſit, a quo extrahi nemo invitus poſſit.

c. 5. *h. t.* &c. 2. *verſ ceſſent. eod. in* 6.

c. pen. h. t. can. Reum XVIII. q. 4. & *c.* 6. *h. t.*

6. *Jus aſyli eſtne perinde cœmeteriis atque Eccleſiis?*

Can. Sicut antiquitas & *can. definxit. XVII.* Eſt prorſus: quin imo ſecundum jura vetera Eeclesia major ſeu matrix in circuitu habere debet paſſus integros XL. minor vero Eccleſia, (quæ & Capella dicitur)

citur) paſſus XXX. aſyli jure gaudentes. Quod tamen hodie conſuetudine receptum non eſt, niſi tam late pateat ipſum cœmeterium. Cœmeterium vero dictum quaſi *Dormitorium*, a Græco κοιμᾶσθαι, quod illic defunctorum corpora quaſi non tam demortua, quam longo ſopore correpta, ac velut dormientia, reſurrectionem in extremo judicio exſpectent.

7. *Quid ſi ergo quis publicus latro fuerit vel nocturnus depopulator agrorum?*

Hic extrahi ab Eccleſia poterit, impunitate non præſtita. Alias alii facinoroſi aſylo gaudentes ab Eccleſiis abripi non poſſunt, niſi præſtita prius cautione de impunitate rei delinquentis, qui ad Eccleſiam confugit; quique tunc poterit impune ac libere in judicio comparere, cauſſamque ſuam agere ac defendere. Sed & qui per induſtriam & per inſidias occiderit proximum ſuum, ab Altari avelli jubetur, ut moriatur. Secus dicendum de ſimplici homicidia, qui non proditorie aliquem occiderit; deque adulteris & virginum raptoribus, ſaltem de Jure Canonico, quod de maleficiis quantumcunque gravibus loquitur.

d. c. 6. l. 5.

Exod. 21. *& cap.* 1. *in de homin.*

8. *Quid*

8. *Quid ſi quis immunitatis ſpe in ipſis deliquerit Eccleſiis vel cæmeteriis?*

c. ult. h. t. *Gutierez. l. qu. civ. c. 1. per tot.* Is hoc ipſo ſe indignum privilegio facit, neque juvari ab Eccleſia debet, qui occaſionem delinquendi ab ipſa capit Eccleſia. Fruſtraque legis invocat auxilium, qui in legem committit.

Ne Clerici vel Monachi ſe ſecularibus negotiis immiſceant.

TIT. L.

Attributis & taliis, cæterisque oneribus perſonalibus immunitatem non merentur Clerici vel Monachi ſe negotiis ſecularibus immiſcentes.

1. *Quibus ergo negotiis Clerici ſe immiſcere prohibentur?*

EA varia recenſentur hoc Titulo, veluti contentiones vel rixas, litesve amare & perſequi, excepta defenſione orphanorum & viduarum: Laicis miniſtrare, & procurationes aliorum negotiorum ſuſcipere, ac nomine poteſtatum ſecularium judiciis præeſſe, judiciumque ſanguinis agitare: idem tabellionatus officium exercere, & lucri cauſſa negotiari. A quibus & id genus aliis omnino abſtinere debent; adeo ut ne leges qui-

c. 1. h. t. c. 2. eod. c. 4. & 9. eod. c. 8. eodem. cap. 6. eod.

quidem civiles audire aut medicinam diſcere eis ſit permiſſum, præſertim Religioſis & Monachis, atque etiam Clericis dignitatem vel perſonam obtinentibus, quorum proprium eſſe debet ſtudium Theologiæ & juris Canonici. *c. 3. & ult. eodem.*

3. *Quæ ſunt pœnæ ſe negotiis ſecularibus immiſcentium?*

Eæ quoque variæ ſunt, pro varietate negotii, cui Clericus vel Monachus incumbit; veluti ab officio & beneficio depoſitio in Clerico procuratore & vice Principis ſecularis judicante, vel judicium ſanguinis agitante; munusve tabellionis exercente; privilegii immunitatis amiſſio in Clerico negotiatore, ſi tertio monitus non deſtiterit: excommunicatio in Clerico, vel Religioſo profeſſo Leges vel medicinam audiente, ſi redire ad clauſtrum detrectet &c.

FINIS.

JURIS CANONICI
Per
EROTEMATA
DIGESTI ET ENUCLEATI
LIB. IV. TIT. I.
De Sponſalibus & Matrimoniis.

Toto libro tertio actum eſt de rebus, tum Clericorum tum Regularium propriis, item de rebus & Eccleſiaſticorum & Laicorum communibus : ſequitur hoc libro IV. de rebus Laicorum vel ſaltem eorum, qui extra ſacros Ordines ſunt, propriis, ſcilicet de Matrimonio deque iis, quæ matrimonio accidunt. Matrimonium autem præcedunt Sponſalia, de quibus proinde agendum primo loco.

1. *Quid ſunt Sponſalia?*

l. 1. D.h.t. Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. Ita dicta a *Spondendo:* moris enim fuit veteribus ſtipulari & ſpondere ſibi uxores futuras, *l. 3. D.eod.* unde & Sponſi Sponſæque appellatio nata eſt.

ta eſt. Dicitur *repromiſſio*; id eſt, mutuus utriusque in matrimonium conſenſus: quia tam virum mulieri, quam mulierem viro repromittere oportet.

2. *Convenitne in hoc juri Canonico cum jure Civili?*

Nequaquam, quia jure Canonico ſponſalia vocantur non tantum futurarum nuptiarum promiſſio & repromiſſio verum etiam de præſenti. *c. 2. 5. 10. & paſſim h. t. c. 9. 15. 22. &c.*

2. *Quid intereſt inter hæc duo?*

Quod Sponſalia de futuro ſint tantum quædam præparationes ad matrimonium, & ponant ſolam ſpem matrimonii, contrahi ſolita per verba futuri temporis: *Ego te ducam uxorem.* Sponſalia vero de præſenti, utpote contracta per verba exprimentia præſentem conſenſum conjugalem, v.g. *ego te accipio in uxorem,* ſunt ipſum matrimonium, licet nondum conſummatum, aut benedictione Sacerdotali firmatum. *arg. l. 30. D. de R. I. & ibi Decius.*

4. *Quid ſi dixerit: Volo tecum contrahere matrimonium. Vel: Non habebo aliam uxorem niſi te?*

Priori caſu dicendum contrahi tantum ſponſalia, non matrimonium; ſi tamen ejusmodi verba proferantur cum in-

tentione obligandi ſe, quia alioqui ſimplex voluntas ſive promiſſio non eſt repromiſſio; poſteriori vero nec matrimonium, nec ſponſalia contrahi; quia talis promiſſio eſt obſcura & pro vario conceptu promittentium dicuntur aut ſponſalia aut non ſponſalia. In foro autem fori judicabit Judex ſecundum communem ſignificationem verborum.

Covarr. I.

5. *Sponſalia de futuro contrahentes poſſuntne cogi ad matrimonium ineundum?*

Tales, ſi poſtea nolint in matrimonium conſentire, monendi quidem ſunt, & modis omnibus inducendi, ut datam fidem ſervent: verum ſi obſtinate nolint, non debent præciſe a judicibus Eccleſiaſticis cogi, ut matrimonium ineant, ne quidem etſi juraverint, ſe matrimonium inter ſe inituros: quia e duobus malis minimum eſt eligendum. Fidem autem frangere malum eſt; pejus tamen cogere aliquem, qui omnino nolint & ut talem ducat, quam odio habet. Qui vero ſponſalia de præſenti cum aliqua contraxerit, cogitur præciſe illam uxorem accipere, quia ejusdem ſponſalia pro ipſo matrimonio habenda ſunt. Ideoq; qui cum una aliqua, etiam interpoſito juramento, contraxerit Sponſalia de futuro, & poſt-

c. 2. c. Ex litteris 10. *& c. 17. h. t.*

d. c. 2.

& poſtmodum cum alia de præſenti, etiamſi, poſtquam cum ſecunda contraxerat, cum illa priori conſuetudinem habuiſſet, ſponſalia de præſenti firma manebunt. *c. Sicut* 22. *& c. pen. eod.*

6. *Quid ſi quis contraxerit ſponſalia de futuro cum aliqua, & eandem poſt fidem datam cognoverit, deniq; fidem de præſenti dederit alteri?*

Cogetur iſte recipere priorem ſponſam: quia ſponſalia de futuro propter copulam ſubſecutam, tranſeunt in matrimonium, ac præſumit jus Pontificium, quod conſuetudinem cum ſponſa habuerit animo contrahendi cum eadem matrimonii: quæ eſt præſumptio juris & de jure, adverſus quam non admittitur probatio in contrarium. *c. Venien.* 15. *h. t.*

7. *Quid adhuc intereſt inter ſponſalia de futuro & de præſenti, altero contrahentium aufugiente vel in remotas regiones profecto?*

Hoc caſu ſponſa de futuro cum alio contrahere poteſt, ſi ſponſus forte profugerit, vel ſe ad loca remota contulerit poſt contracta ſponſalia, ante copulam. At ſponſa de præſenti cum alio contrahere nequit, verum exſpectare reducem maritum tenetur, quocunque ille *c. De illis* 5. *h. t.*

ſe receperit, & licet diutisſime abſit, donec certum acceperit de morte ejus nuncium.

c. In præſentia 19. eod.

8. *Sponſalia qualiter contrahuntur?*

c. 23. h. t.

Contrahuntur verbis vel nudo conſenſu, quovis modo expreſſo, imo & ſolo nutu, vel aliis indiciis (ita enim mutus & ſurdus matrimonium recte contrahunt, cum quod verbis non poſſunt, ſignis valeant declarare) ſive per ſe, ſive per alium, puta per nuncium aut per procuratorem idoneum, qui ad hoc ſpeciale mandatum habeat: item pure, vel ſub conditione.

9. *Quæ differentia eſt inter ſponſalia pure contracta & ſub conditione?*

c. ult. de procurat. in 6.

c. un in pr. junct. §. fin. h. t. in 6.

Quod contracta pure mox ab initio perfectionem ſuam habeant, quodque alias ob impedimentum vel conſanguinitatis vel adfinitatis, aliave ratione, publicæ honeſtatis inducant juſtitiam: ſub conditione vero contracta ex eventu pendeant, nec ante effectum aliquem publicamque juſtitiam inducant.

10. *Quid eſt Matrimonium?*

Eſt viri & mulieris conjunctio individuam vitæ conſvetudinem continens. Conjun-

Conjunctio, inquam, non tam corporum quam animorum, qui eſt mutuus conſenſus, & ſolus nuptias facere dicitur. *c. 1. h.t.& arg. l. 30. D.D. R.I.*

II. *Eſtne neceſſarius conſenſus parentum?*

Jure quidem civili conſenſus ille videtur requiri neceſſario, ſuadente id & civili (patria ſcil. poteſtate) & naturali ratione: at jure Canonico quamvis eadem ratio naturalis conſenſum parentum requirere videatur, id tamen non neceſſario, ſed tantum de honeſtate; rataque & firma eo jure habentur matrimonia citra parentum conſenſum contracta, pro quo Concilii Trid. ſtat auctoritas. *Inſtit. D. nupt. in princ.* *c.1. inf.De deſponſ. impub.* *Seſſ.24.c.1. de reform. matrim.*

De Deſponſatione impuberum.

TIT. II.

Prohibentur vero contrahere ſponſalia aut matrimonium: alii, ſi ætatem ſpectemus, alii ſi modum contrahendi matrimonii. Hinc enim neque clandeſtine licet inire matrimonium, neque cum duobus, neque ſub conditionibus repugnantibus ſubſtantiæ matrimonii, neque Clericis aut Religioſis &c. de quibus ordine ſequitur.

I. *Cur Tit. hic inſcribitur* De deſponſatione impuberum, *non facta mentione matrimonii, ut Tit. ſuperiori?*

 Quia

L. 1. inf. De frig. & malef.

QVia inter impuberes conſiſtere non poſſunt nuptiæ aut matrimonium; nec enim puer contrahendo matrimonio aptus eſt: ut neque puella, quæ pubertatis annos non attigit, & quæ nondum viripotens. Ætas legitima jure civili nuptiis contrahendis præfinita eſt annorum XII. in fœminis; XIV. in maſculis, quæ & ætas pubertatis dicitur, concurrente & habitu corporis.

Ulp. tit. De tutel. §. ult.

2. *Poteſtne impubes contrahere ſponſalia?*

Impubes minor ſeptennio ſponſalia de futuro contrahens cum aliqua nihil agit; niſi major ſeptennio factus in ſponſalia ſic contracta conſenſerit: quia major ſeptennio, licet adhuc impubes, poteſt contrahere ſponſalia de futuro, cum jam aliquo modo intelligat, quid agat, quod ſufficit ad ſponſalia contrahenda.

c. Acceſſit c. 6. 7. & 8. h. t.

3. *Quid ſi impubes major ſeptennio ſponſalia de præſenti contraxerit?*

Contractus ille reſolvetur in ſponſalia de futuro: quia actus ita accipiendus, ut potius valeat, quam ut pereat; ſi utique impuberes contraxerint coram Parocho & teſtibus, poſt Conc. Trid.

l. ult. h. t. c. Quoties D. De reb.

4. *Li-*

4. *Licetne impuberibus a contractis ſemel ſponſalibus reſilire?*

Ante pubertatem non licet, ne quidem communi conſenſu. Ubi vero ad pubertatem pervenerint, a ſponſalibus, quæ ante pubertatem contraxerint, recedere, ſi velint, poſſunt. Niſi copula carnalis intervenerit; tunc enim intelligitur contractum eſſe matrimonium, licet nondum fuerint puberes, ſed proximi pubertati, malitia ſupplente ætatem. Sed & interdum ob bonum pacis, & ubi agitur magnum Reipubl. commodum, permitti poteſt, ut etiam impuberes eo caſu jungantur, quia ſalus Reipubl. ſuprema lex eſt.

c. De illis 7. cum duob. ſeqq. h. t.

c. De illis 9. eod.

c. ult. eod.

De Clandeſtina deſponſatione.

TIT. III.

1. *Matrimonium quod & quando clam contrahi dicitur?*

QVod contrahitur absque teſtibus tribus aut minimum duobus, ac Parocho, vel alio Sacerdote, cui Paſtor hoc munus demandavit, & non facta publice in Eccleſia parœciali trina denunciatione, inter quos ſit contrahendum matrimonium, ut, ſi qui matrimonio ali-

c. 3. h. t. quid objectum velint, interim compareant & objiciant.

2. *Matrimonium ita contractum an ipſo jure nullum?*

Non; jure utique canonico ſeu Decretalium. Nam eo jure matrimonia clandeſtina, libero conſenſu contrahentium celebrata, erunt rata & firmata. Multa ſiquidem prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent, nec ſunt reſcindenda. Dixi, jure Canonico; quia noviſſime Conc. Trid. decrevit, ut aliter, quam præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi vel ordinarii licentia, & duobus vel tribus teſtibus, contracto matrimonio actus ejusmodi eſſet nullus & irritus.

c. 1. & 2. h. t.

Seſſ. 24. n. reform. matrim. c. 1. §. qui t. 1. h. t.

De Deſponſatione duarum.

TIT. IV.

1. *Licetne ſponſalia contrahere cum duabus?*

Nullo modo; v. g. qui ſponſalia contraxit cum una & deinde cum alia, tenetur adhærere primæ, quia non licet fidem fallere.

2. *Quid ſi cum una contraxerit ſponſalia de futuro, & cum alia de præſenti vel cum utraque de præſenti?*

Quan-

Quamvis hoc faciendo graviter peccet, debet nihilominus illi adhærere, cum qua contraxit de præſenti. Et ſi cum utraque contraxerit de præſenti, *d. c.* 1.
adhærere debet ei, cum qua primo contraxit: quia, ut dictum ſupra, ſponſalia de præſenti ipſum eſt matrimonium, *c.* 2. *& 3.*
quod ſemel contractum dirimi non poteſt, & ſecunda deſponſatio eſt ipſo jure nulla. *h. t.*

De Conditionibus appoſitis.

TIT. V.

1. ***Quænam conditiones apponi ſolent in deſponſatione?***

EÆ vel contra ſubſtantiam ſunt matrimonii, vel alias turpes & impoſſibiles, vel denique honeſtæ & licitæ.

2. ***Quæ dicuntur eſſe contra ſubſtantiam matrimonii?***

Quæ vel ſunt contra bonum matrimonii ſeu prolis; veluti ſi quis dixerit: *Contrabo tecum, ſi ſterilitatem procures, & generationem prolis evites*: vel contra Sacramentum, ut: *Contrabo tecum, donec inveniam ditiorem aut meliorem*, vel contra bonum fidei, ut: *Contrabo tecum ſi corpore tuo quæſtum facias.* Hæc enim tria

Can. Omne. XXVII. qu. 2. tria ſunt matrimonii bona, proles, fides, Sacramentum; & ſub aliqua dictatum conditionum contractum matrimonium eſt ipſo jure nullum: quia contra ſubſtantiam ſunt matrimonii; ſine ſubſtantia vero res non poteſt ſubſiſtere.

(Matrimonium non eſt verum & proprie dictum Sacramentum, quia hujus deſtituitur requiſitis, cum non ſit in novo demum teſtamento inſtitutum; neque conſtet externo aliquo ſymbolo, ſeu elemento cum re divina unito. Nec habeat promiſſionem gratiæ ſalvificæ uſui elementi illius additam; neque etiam Chriſtianis ſit proprium; ſed cum infidelibus commune. Unde & ipſe Durandus *in 4. diſt. 26. q. 3.* inquit, *non eſſe matrimonium univoce ſacramentum, ſicut alia ſacramenta nova legis, nam nec conferre gratiam non habenti: non eſſe itaque ſacramentum proprie & ſtricte dictum.* vid. latius Joh. Gerhard. p. m. *loc. de conjugio c. 3. aph. 16. & ſeqq.*

c. Tua nos 26. in verb. cum in eo nec ſup. De ſponſ. & Matrim. 3. *Quid ſi conditio ſit turpis, vel impoſſibilis, non tamen contra ſubſtantiam matrimonii?*

Talis ut v. g. *Ducam te, ſi patrem occideris, ſi digito cœlum tetigeris,* ſi conſentias in tale factum, quia ſubſtantiam matrimonii non afficit, habetur pro non adjecta, idque favore matrimonii, ut poti-

potius valeat, quam non valeat. Id quod & in ultimis voluntatibus obſervatur, quas plenius interpretari ſolemus. Neque præſumitur quis in ultima ſua voluntate aliquid joco dixiſſe. Ut neque qui contrahit matrimonium cum aliqua, præſumi debet jocari, ſed ſerio agere, licet vel turpem vel impoſſibilem conditionem adjecerit. Aliud dicendum de cæteris contractibus, quibus adjecta conditio impoſſibilis vitiat ipſum contractum.

L. Obtinuit D. De condit. & demonſt.

4. *Quid ſi conditio fuerit honeſta & licita?*

Matrimonio contracto ſub tali conditione, veluti: *contraho tecum, ſi centum des in dotem*, vel *ſi conſentiat pater*, ſuſpenditur ejus obligatio in eventum conditionis. Deficiente vero conditione, tum neque ſunt ſponſalia, neque matrimonium: niſi, antequam deficeret, quis conſuetudinem habuerit cum ea, quam ſub conditione ejusmodi ſibi deſponſavit, quia intelligitur a conditione receſſiſſe, conſenſiſſe in matrimonium.

l. Non ſolo 31. *De oblig. & act.*

c. 3. & 5. *h. t.*

c. pen. & c. ult. eod.

Qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere poſſint.

TIT.

TIT. VI.

1. *Qui prohibentur contrahere?*

QVi vel ſacris ac majoribus Ordinibus ſunt initiati, ut Presbyteri ſeu Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi (non etiam in minoribus conſtituti) vel ſolemniter Religionem monaſticam profeſſi, & matrimonium a talibus contractum eſt ipſo jure nullum.

c. 1. 2. & ult. h. t.

(Jus divinum Sacerdotibus, aliisque Clericis æque ac aliis conjugium promiſit liberum, vid. *1. Timoth. 3. 2. Tit. 1. 6. 1. Cor. 9. 5. Ebr. 13. 4. jung. 1. Cor. 7. 27. 9. 25. 28. 35. Matth. 19. 11.* Non igitur recte iis interdicitur. Add. *1. Tim. 4. 3.* Conf. *Can. Apoſtol. 6. 40. c. 12. 13. 14. diſt. 31. c. 14. diſt. 28.* Vid. latius Auguſt. Confeſſ. *artic. 2. 3.* ibique commentat. Myl. Grauer. Joh. Gerhard. p. m. *loc. d. Miniſt. Eccleſ. cap. 7. ſect. poſterior. aphor. 330. & ſeqq.* Georg. Calixti p. m. *de conjug. cleric.*

2. *Quid ſi qui non voverint ſolenniter?*

Graviter quidem tales peccant, ſive ſponſalia, ſive etiam matrimonium contrahant: quia faciunt contra votum ſimplex, quod coram Deo æque obligat atque ſolemne; ſed matrimonium, quod quis poſt votum ſimplex contraxerit, non dirimit. Et hoc eſt, quod dici ſolet, votum ſolemne non tamen impedire matri-

c. 4. 5. & pen. eod.

matrimonium contrahendum, ſed & dirimere contractum: votum vero ſimplex impedire quidem, quo minus contrahatur, non dirimere tamen quod contractum eſt.

(Votum cœlibatus ſive ſolenne ſive ſimplex (uti vocant) fuerit, neque impedit contrahendum, neque dirimit contractum matrimonium, quia votum ejus rei, quæ in noſtra poteſtate non eſt, nequit intervertere jus ſuperioris, Dei ſc. quod requirit, ut, qui donum continentiæ non habent, ſed utuntur, nubant Auguſt. Confeſſ. *d. art. 23. verb.* Wie aber kein menſchliches Geſetz Gottes Gebot kan wegthun oder endern / alſo kan auch kein Geblüte Gottes Gebot endern &c. add. *c. 3. q. 1. 30. verb. nullus religionis obtentu* &c. Joh. Gerhard. *loc. de conjugio. c. 8. aph. 442.* Calixt. *d. pract.* Marc. Ant. de Domin. *l. 2. d. rep. Eccl. c. 12. num. 31. & ſeqq.* Benedict. Aretius *problem. ult. part. loc. 166.* ubi inter alia *aph. 111. n. 4.* reſpondet cuidam objectioni his verbis: *At votum ſervandum erat. Reſpondemus pro qualitate voti. Primum enim votum non debebat temere concipi, in quo illi peccant: una regula omnes clericos metitur. Deinde ſi conceptum ſit, & deprehendatur vel impium vel impoſſibile, reſcindi debet &c.*

De eo, qui duxit in uxorem, quam polluit per adulterium.

TIT. VII.

1. *Si*

1. ***Si quis vivente adhuc uxore, aliam pollu-erit adulterio, an cum tali adultera pote-rit contrahere, uxore ſua legitima mortua?***

NOn poterit, utique his duobus caſibus. I. Si & cognoverit ſeu polluerit aliam adulterio, & inſuper eidem fidem dederit de contrahendo matrimonio vel de facto contraxerit, conjuge ſua legitima adhuc vivente. Nam ob ſolum adulterium contractum poſtea cum adultera, conjuge legitima mortua, non eſt reſcindendum. II. Si aliquid in mortem prioris ſuæ conjugis maritus adulter fuerit machinatus, vel uxor adultera in mortem mariti, animo contrahendi cum adultero vel adultera matrimonium ſive fidem dederit, ſive non; modo machinatio habuerit ſuum effectum, morte ſecuta.

c. 2. 4. & 5. h. tit.

c. 6. & ult. eod.

2. ***Quid ſi quis uxorem habens, cum alia ſecunda hujus rei inſcia contraxerit?***

Poterit is, mortua priori uxore, retinere hanc ſecundam; ita tamen, ut poſt mortem prioris inter ſe de novo conſentiant in matrimonium.

3. ***Quid ſi vero ille, priori uxore mortua velit reſilire.***

Non

Non poteſt reſilire, ſi mulier contra velit eum retinere, nec petat divortium; quia alias dolus ſuus ei prodeſſet, quod eſt abſurdum. *c. pen. h. t.* *c. 1. h. t.*

De conjugio leproſorum.

TIT. VIII.

1. ***Lepra ſuperveniens eſtne cauſſa diſſolvendi matrimonii?***

NOn eſt; quia matrimonium eſt vinculum individuum & indiſſolubile, nec aliter ob lepram permitti debet ſeparatio conjugum, quam ut uterque altero vivente perpetuo contineat. Imo & liberum leproſis eſt matrimonium contrahere, obliganturque invicem ad debitum, licet infirmus a ſano illud exigat. *c. 1. h. t.* *c. 2. h. t.*

2. ***Quid ſi lepra poſt ſponſalia contracta ſuperveniat?***

Poteſt tunc alter contrahentium a ſponſalibus de futuro licite recedere, quia non eſt veriſimile, quod etiam promiſerit.

De conjugio ſervorum.

TIT. IX.

1. ***Suntne licita inter ſervos conjugia?***

c. 1. h. t. OMnino, adeoque & contradicentibus atque invitis dominis: ut tamen per hoc ſervus non liberetur a debitis & conſuetis ſervitiis domino exhibendis.

1. *Quid ſi liber homo contrahat cum ſerva vel ancilla?*

Diſtinguendum eſt. Vel enim liber homo ſcivit eam eſſe ancillam, & valet matrimonium: vel ignoranter contraxit cum ancilla, credens eſſe liberam; quo caſu matrimonium eſt nullum, & poteſt, qui cum ea contraxit, poſtquam intellexit ſervam eſſe, ab ea ſeparari, & cum alia contrahere. Niſi eandem, poſtquam reſcivit eſſe ſervam, cognoverit carnaliter, quam tunc tenetur uxorem retinere: quia apud Chriſtianos matrimonium conſiſtere poteſt etiam inter liberum & ſervam, quamvis aliter ſe res habeat jure civili.

c. 2. h. t. Inſt. De nupt. in princ.

De natis ex libero ventre.

TIT. X.

Natus ex libero ventre, id eſt, matre libera, patre vero ſervo, an liber erit vel ſervus?

Inſtit. de ingen. & HIc liber erit & ingenuus: quia partus ſequitur ventrem, id eſt conditio-

tionem matris, quando quæritur de ſervitute vel libertate. *l.2.§.5.D. De ſtatu hom.*

2. *Quid ſi pater fuerit liber & mater ſerva?*

Jure quidem communi ex matre ſerva natus cenſendus eſſet ſervus, ſecundum jam dictam regulam: attamen ſi conſuetudo Provinciæ contra ferat, ea non eſt improbanda; ut ſcilicet partus conditionem patris ſequatur, natusque ex libero & ancilla ſit liber, & ut liber matrimonium contrahat. Idq; favore libertatis, pro qua in dubio reſpondendum eſt. *c.3.ſup.De conjug.ſer l.20.De R.I.*

De Cognatione ſpirituali.

TIT. XI.

Nihil æque impedit matrimonium contrahendum, aut dirimit contractum, atq; cognatio: eaque late patet, ut neque cum cognatis ſpiritualibus, neque cum cognatis legalibus contrahere liceat.

1. *Quid eſt Cognatio & quotuplex?*

COgnatio (generaliter accepta voce) eſt vinculum quoddam eorum, qui unum quaſi naſcendi initium commune habent: idque vel naturaliter ex

jure ſanguinis, ut conſanguinei; vel ex juris diſpoſitione, ut qui per adoptionem aut ſpiritualem cognationem conjuncti ſunt. Atque hinc Cognatio trifariam dividi poteſt, in Naturalem ſeu ſanguinis, Spiritualem, & Civilem ſive Legalem.

2. *Quid eſt Cognatio ſpiritualis?*

Eſt vinculum ac conjunctio naſcens inter aliquos ratione Sacramentorum, quæ ſpiritualia ſunt, & quidem ſpecialiter ex Baptiſmi & Confirmationis collatione. Nam per hæc duo Sacramenta homo & renaſcitur ſpiritualiter, & perfectior redditur Chriſtianus. Ex datione vero aliorum Sacramentorum cognatio

c. ult. h. t. 2. in 6. ſpiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat vel diſſolvat.

(Confirmationem non eſſe ſacramentum jam ſupra monuimus, multo minus inducit ſpiritualem, quam vocant, cognationem. Neque enim confirmatio a Chriſto eſt inſtituta. Adhibuere quidem veteres inter ritus baptiſmo ſuperadditos aliquam unctionem & Confirmationem; ſed ut ceremoniam indifferentem, ab Eccleſia introductam. Vid. Joh. Gerhard. *Confeſſ. Cathol. lib. 2. part. 2. art. 13.*)

3. *Inter quos contrahitur hæc cognatio?*

Jure Decretalium contrahitur inter bapti-

baptizatum & illum, qui eum ſuſcepit de Baptiſmo (quem *Compatrem* vulgo appellant) atque inter eundem baptizatum & ſuſcipientis filios & uxorem, imo etiam inter ſuſcipientem, patremque baptizati & matrem. Quæ vero de ſuſcipiente dicuntur, eadem transferuntur & ad baptizantem, iisdemque modis ex Confirmatione cognatio ſpiritualis oritur. *c. 1. h. t. in 6.*

4. *Cur dicis jus Decretalium?*

Quia jure noviſſimo per Concil. Trid. hæc cognatio ſpiritualia admodum eſt reſtricta, nimirum ut inter ſuſceptores (quos vel unum tantum, ſive virum ſive mulierem, vel ad ſummum unum & unam eſſe voluit) ac baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem, tantum ſpiritualis cognatio contrahatur. Similiter ut cognatio, quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, confirmatique patrem & matrem ac tenentem non egrediatur: omnibus inter alias perſonas hujus ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis. *concil. Trid. Seſſ. 24. c. 2. de reform. matrim.*

5. *Quotuplex eſt Cognatio ſpiritualis?*

Duplex, Paternitas & Compaternitas. Paternitas contrahitur inter baptizantem & baptizatum, inter ſuſcipientem ſeu patrinum patrinamve & ſuſceptum. Compaternitas oritur inter ſuſcipientem ex baptiſmo & parentem baptizati, quod ipſum & de cognatione orta ex Confirmatione eſt dicendum.

6. *Quis eſt effectus hujus Cognationis?*

Quod non tantum impediat matrimonium contrahendum, ſed etiam dirimat contractum, utique inter eas perſonas, inter quas cognationem ſpiritualem contrahi diximus: idque ob peculiarem reverentiam, quam alter alteri debet. Verum natam hic ex Conc. Trid. compaternitatem, quæ ante oriebatur inter uxorem patrini & parentes baptizati, itemque fraternitatem eſſe ſublatam, adeoque baptizatum cum filia patrini recte contrahere matrimonium.

Concil. trid. d. loco.

(Prohibitio ob cognationem ſpiritualem neque in Sacris Literis, neque in ratione fundata eſt. Unde merito in noſtris Eccleſiis non attenditur Vid. Joh. Gerhard. *d. loc. d. conjug. num. 367. & ſeqq.*)

De Cognatione legali.

TIT.

TIT. XII.

1. *Quæ dicitur Cognatio legalis?*

ESt proximitas quædam, quæ per adoptionem vel adrogationem alicujus contrahitur. Ideo dicta legalis, quia adoptio juris eſt, non naturalis aut gentium, ſed civilis, legisque civilis inventum.

2. *Cognatio hæc legalis inter quos impedit contrahi nuptias?*

I. Inter aſcendentes & deſcendentes, adoptantis ſcilicet & adoptati, in infinitum: quia nec adoptionis diſſolutione, nec emancipatione tollitur cognatio legalis. II. inter eos, qui a latere per adoptionem conjuncti ſunt, ſcil. adoptatum & filios naturales adoptantis; neque enim ſororem adoptivam poteſt quis uxorem ducere. Idque durante adoptione, quia ea ſublata per emancipationem *c. un. h. t.* cognatio hæc tollitur.

De eo, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ vel ſponſæ.

TIT. XIII.

Hoc Tit. agitur de adfinitate contracta per illicitam copulam, habitam cum

conſanguinea uxoris vel ſponſæ: Tit. vero ſequente de adfinitate contracta per copulam licitam.

1. *Quid igitur eſt juris, contracta adfinitate per copulam illicitam, ideſt, cum conſanguinea ſponſæ vel uxoris?*

DIſtinguendum eſt, an adfinitas fornicaria ſupervenerit poſt contracta ſponſalia vel matrimonium, an vero fuerit contracta adfinitas ante matrimonium. Priori caſu ſponſalia de futuro diſſolvuntur, neque tum ei, qui cognoverit conſanguineam ſponſæ ſuæ de futuro, licet ſponſam illam ſuam ſibi habere uxorem, poteſtque illa impune alii nubere. Sponſalia vero de præſenti, quia ſunt ipſum matrimonium, adfinitas ex fornicatione ſuperveniens non diſſolvit. Poſteriori caſu dirimitur matrimonium, & impeditur contrahendum usque ad quartum gradum jure Decretal. quod hodie usque ad ſecundum gradum reſtrictum eſt ex decreto Conc. Trid.

c. 1. 8. 9. & ult. h. t.

c. 1. 6. & 7. ead. Seſſ. 24. c. 4. de reform. matrim.

2. *Dixi: Ob adfinitatem ex fornicatione ortam non dirimi matrimonium. Quæ ergo eſt pœna ejus, qui uxoris ſuæ conſanguineam cognovit?*

Quod

Quod ab uxore ſua, cui jam adfinis eſt, debitum conjugale exigere nequeat, reddere tamen uxori petenti debitum teneatur: quia uxor, quæ non fuit particeps hujusmodi criminis, jure ſuo non debet ſine ſua culpa privari. *d. c.1.& c. 4. h. t. c. 6. verſ. ſed nec h. t.*

(Diſtinctio inter exactionem, *denegatam hoc caſu*, & redditionem, *nihilominus conceſſam*, debiti conjugalis eſt inepta: cum enim matrimonium ſubſiſtat, & exactio & redditio licita erit.)

De Conſanguinitate & Adfinitate.

TIT. XIV.

Hic agitur de adfinitate ex copula licita, deque cognatione naturali ſeu conſanguinitate, quæ eſt inter ſanguin junctos: inter quos non omnibus licet contrahere matrimonium ſicut neque inter adfines.

1. *Quid eſt Conſanguinitas?*

Est vinculum ſeu propinquitas, ſive cohærentia perſonarum, ex eodem ſtipite ſeu ſanguine propinquo deſcendentium.

2. *Quotuplex eſt?*

Triplex, juxta triplicem linearum ordinem, ſcil. Aſcendentium, Deſcendentium & Collateralium. *Aſcendentes* ſunt

 paren-

parentes, qui nos genuerunt, ut pater, mater; avus, avia: proavus, proavia, & qui ſupra hos ſunt. *Deſcendentes* ſunt liberi, & qui ex iis naſcuntur, ut filius, filia: nepos, neptis; pronepos, proneptis, & deinceps. *Collaterales*, qui eandem nobiscum communem ſtirpem ſive parentem habent, veluti frater & ſoror, patruus & avunculus, patruelis &c.

3. *Quæ inter conſanguineos eſt prohibitio nuptiarum?*

Inter aſcendentes & deſcendentes, id eſt, inter parentes & liberos, prohibentur nuptiæ in infinitum, utroque jure, Canonico & civili. Eſtque prohibitio hæc juris naturalis, quod quia eſt immutabile, nulla hic impetrari poteſt a S. Pont. diſpenſatio.

Inter eos, qui a latere juncti ſunt ſanguine, eſt etiam prohibitio, ſed non tanta: jure quidem civili uſque ad quartum gradum excluſive, ita ut quarto gradu
c 8. h. t ſint permiſſæ: jure vero Canonico ad quartum gradum incluſive, quæ prohibitio, quia eſt juris poſitivi, non etiam naturalis, ideo S. Pontif. inter perſonas a latere ſibi junctas interdum ſolet & poteſt diſpenſare. Aliterque computantur gra-
c. 6. eod. dus in hac linea jure civili, aliter jure Canonico.

(In

(In noſtris terris non Pontifici, ſed principibus ac Satibus Imperii jus diſpenſandi competit: attamen hæc poteſtas non extendenda ad eas cognationes, ob quas jure divino matrimonium prohibitum)

4. *Quomodo igitur computantur gradus utroq; jure?*

In linea directa aſcendentium & deſcendentium, ſive ſurſum ſive deorſum tendas, quæque perſona gradum facit, una dempta. Nullaque hic eſt differentia inter jus Civile & Pontificium.

In linea vero transverſali aliter numerantur gradus jure Civili, aliter Canonico. Nam jure Civili ſingulæ perſonæ, ſive ſurſum ſive deorſum tendas, dempto ſtipite, ſingulos gradus conſtituunt: quorum diſtantiam ſi quæras, primum aſcendere oportet ad parentem, quem communem habes cum eo, quem ſcire cupis, quoto gradu a te diſtet, tum a communi parente deſcendere ad eum usque quem quæris. V. G. Si quæras, quoto gradu nepos fratris tui tibi ſit junctus, primum a te aſcendes ad patrem tuum, qui tibi & nepoti fratris tui communis parens eſt; & ecce primum gradum. Ab eo deſcendenti proximus occurret frater tuus, ecce ſecundum gradum:

tum

tum filius fratris; ecce tertium gradum: hinc nepos fratris, qui eſt quarto gradu, eoque gradu tibi junctus. Jure vero Pontificio in conjunctis a latere primum gradum conſtituunt frater & ſoror; ſecundum fratris ſororisque filius & filia; tertium nepos & neptis, quartum pronepos & proneptis, & ſemper duæ perſonæ in uno eodemque gradu conſtituuntur.

Adſe- & can. -encula V.

5. *Quomodo diſtantia graduum in hac linea collateralium inveſtiganda eſt?*

Huic rei duæ ſerviunt regulæ, altera pro linea æquali, ubi uterque æque longe diſtat a communi parente: altera pro inæquali.

Reg. I. Quoto gradu diſtat alteruter a communi parente, eodem gradu diſtant inter ſe: V. G. Conſobrinus a communi ſtipite diſtat tantum duobus gradibus, & patruelis totidem; ergo a ſe invicem diſtant ſimiliter duobus gradibus; qui Jure Civili ſunt in quarto gradu, quia jure Civili numerandæ ſunt perſonæ in utraque linea, aſcendendo & deſcendendo, ut dictum. Jure vero Pontificio perſonæ numerantur tantum in alterutra linea.

Reg.

Reg. II. Quoto gradu remotior diſtat a communi parente, eodem gradu diſtant inter ſe, V. G. Filius conſobrini a communi ſtipite diſtat tertio gradu, quia tot perſonæ numerantur, dempto ſtipite, patruelis ſecundo gradu; ergo conſobrini filius & patruelis a ſe diſtant tertio gradu.

6. *Quid eſt Adfinitas, & qui Adfines?*

Adfinitas eſt vinculum reſultans ex unione duorum in unam carnem per carnalem copulam. Vel eſt perſonarum neceſſitudo, ex coitu proveniens, omni carens ſanguinis parentela. Adfines vero ſunt viri & uxoris cognati, dicti ex eo, quod duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulentur, & altera ad alterius cognationis finem accedat: *l. 4.* quia cognati viri fiunt adfines uxori, & *Deg.* contra cognati uxoris fiunt adfines viro. *& aag. 5. b. t.*

7. *Quotuplex eſt?*

Legitima & illegitima. Legitima dicitur, quæ per nuptias legitimas contrahitur: qua ratione jure civili ex ſolis nuptiis adfinitas oritur. Illegitima, quæ ex illicita naſcitur copula, *de qua toto tit. d. l. 4. §. 3. ſup. De eo, qui cognovit conſang.*

8. *Quot*

8. *Quot ſunt genera adfinitatis?*

Tria. Primum genus adfinitatis eſt, quod per primam carnis copulam, ſive mediante una perſona contrahitur: ſecundum, quod per perſonam primo generi additam, copula carnali interveniente, conſtituitur: tertium, quod per tertiam perſonam perſonæ ſecundi generis additam & copulam matrimonialem inducitur; atque ita copula addita copulæ efficit hæc diverſa genera adfinitatis.

9. *Declarat id exemplo.*

Si N. conſanguineus meus ducat uxorem Titiam, hæc mihi, meisque conſanguineis erit adfinis in primo genere adfinitatis, atque in eodem gradu, quo mihi junctus eſt conſanguineus meus. Sin, *conſanguineo* illo meo mortuo ſuperſtes Titia adfinis mea alii nubat, tum ille, cui nubet, mihi, meisque conſanguineis erit adfinis in ſecundo genere adfinitatis, eodem gradu, quo mihi erat junctus conſanguineus meus mortuus. Rurſus, ſi Titia adfine mea mortua, ille ſecundus ejus maritus, in ſecundo genere adfinitatis mihi junctus aliam ducat, hæc mihi erit adfinis in tertio genere adfinitatis.

10. *Quot*

10. *Quot ſunt ordines adfinitatis?*

Tres, aſcendentium, deſcendentium & collateralium. Aſcendentium adfinium nomina ſunt, ſocer & ſocrus, vitricus & noverca. Deſcendentium gener & nurus, privignus & privigna, & ulteriores &c. Collaterales adfines ſunt, qui vel marito vel uxori conſanguinei ſunt ex transverſa linea juncti, ut levis, id eſt, frater mariti, ſororius, vir ſororis, glos, ſoror mariti &c. *d. l. 4. §. 6. De gradib. & adfin.*

11. *Suntne gradus adfinium?*

Gradus quidem adfinitatis per ſe & proprie nulli ſunt, quia gradus ratione cognationis naturalis, quæ hic nulla ſubeſt, dicuntur: veruntamen quia adfinitas in cognatione naturali fundatur, ad illius imitationem etiam gradus habere dicitur, qui & ad inſtar gradum cognationis computantur. Nam quoto gradu conſanguinitatis aliquis junctus eſt marito, eodem adfinitatis gradu erit junctus ejus uxori & contra: veluti frater meus mihi junctus eſt primo gradu conſanguinitatis, ſecundum Canones; ergo & uxori meæ erit junctus primo gradu adfinitatis; & ſic deinceps.

12. *Quæ ergo probibitio eſt nuptiarum inter adfines?*

Inter.

can.1. & 2. XXXV. qu.1. & ſimilib. c. pen. verſ. prohibitio b. t. &c. Lacet. 47. ſup. de teſtib. Seſſ. 24.c.4. de reform. matr.

Inter adfines aſcendentes & deſcendentes, quia ſunt parentum & liberorum loco, prohibitæ ſunt nuptiæ in infinitum. Inter eos vero, qui a latere conjuncti ſunt, olim prohibitio iſta locum habuit in quolibet genere adfinitatis, ad ſeptimum uſque gradum; ſicut & inter conſanguineos collaterales: verum hodie tantum in primo genere adfinitatis, & ad quartum gradum incluſive. Quam tamen prohibitionem propter adfinitatem ex fornicatione contractam Conc. Trid. ad eos tantum, qui primo & ſecundo gradu conjungitur, reſtrinxit.

(De praxi hodierna legas Struv. *Syntagm. jur. civil. Exerc. 29. theſ. 43. & ſeqq.*)

De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.

TIT. XV.

1. *Impotentia coeundi quæ & quando impedit & dirimit matrimonium* ?

IMpotentia utique perpetua & immedicabilis, quæ ſcilicet non ſine miraculo aut gravi læſione corporis, vel probabili periculo animæ, tolli poteſt: ſive ea ex naturali cauſſa contingat, puta ex frigiditate, aliove naturæ defectu vel exceſſu; ſive ex cauſſa accidentali & adventitia,

tia, veluti ex maleficio, ſeu veneficio, aliterve vi adhibita: ſi nimirum alter conjugum hoc petat, & impotentia probetur. *c.1.2.5.6.& ult. h. t.*

2. Quid ſi quis ſciens cum impotente contraxerit?

Eo caſu non quidem ſeparabitur matrimonium, verum ſi non poſſit alter alterum habere ut maritum aut uxorem, habet ſaltem ut fratrem, aut ſororem. *c.4. & 5. eod.*

3. An conjugato adſerenti ſe aut conjugem impotentem, credi ſtatim debet?

Nequaquam; ſed probatione opus eſt, quæ ſi ſtatim ex ſolo aſpectu corporis per evidentia ſigna haberi poſſit, tunc ſtatim fit ſeparatio conjugatorum judicio Eccleſiæ, nullo exſpectato: vel ſi non poſſit haberi probatio, jubentur per integrum triennium cohabitare, & ſe experiri. Quo tempore elapſo, ſi ambo jurent, una cum ſeptima manu propinquorum, id eſt, ſeptem propinquis vel cum ſeptima manu vicinorum bonæ famæ, ſi deſint propinqui, ſe fruſtra expertos fuiſſe, poterit ille, qui impotentem duxerit, illa dimiſſa aliam ducere, vel alia, quæ impotenti nupſerit, alii nubere.

4. *Quid ſi poſtea deprehendatur, eum, qui probatus & judicatus fuerit impotens, non fuiſſe impotentem?*

Tune is, qui fuerit abſolutus per ſententiam, & ſolutus vinculo conjugii prioris, cogitur ad priorem conjugem redire, quaſi nulla ſeparatio facta eſſet, & illi, qui in impotentiam ejus juraverant, rei ſunt perjurii. Non obſtante exceptione rei judicatæ: quoniam ſententia in cauſſa matrimonii lata nunquam tranſit in rem judicatam, & ideo, quandocunque conſtat de ejus iniquitate, retractari poteſt.

d. c. 5. & c. ult. h. t. c. 7. 10. & 11. ſup. De ſent. & re jud.

De matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.

TIT. XVI.

1. *Quando huic interdicto locus eſt?*

QVando prohibetur inter aliquos matrimonium contrahi, donec de cauſſa cognoſcatur, quia forte dubitetur, an ſanguine vel adfinitate juncti ſint in gradu prohibito, an non, an aliud aliquod impedimentum ſubſit.

2. *Quid ſi, non obſtante interdicto, aliqui contraxerint?*

Non

Non dirimitur quidem tunc matrimonium, ſi non ſit aliud aliquod juſtum impedimentum probatum; puniúntur tamen tales propter inobedientiam, quam commiſerunt, contra interdictum Eccleſiæ contrahendo; tamdiu ſeparandi, quousque de cauſſa cognoſcatur, utrum matrimonium de jure poſſit & debeat ſtare. *c. 1. b. t.* *c. ult. eod.*

Qui filii ſint legitimi.

TIT. XVII.

Hoc Tit. eoque unico, agitur de ſecundo capite hujus libri, nimirum de prole & liberis legitimis, qui effectus & fructus eſt matrimonii legitime contracti, deque legitimatis.

1. *Qui ergo ſunt filii legitimi?*

I. Qui ex legitimo matrimonio ſeu juſtis nuptiis procreati ſunt, quod nullum dubium habet.

II. Qui ex parentibus publice quidem atque in facie Eccleſiæ & ſolemniter, ſed tamen nulliter, ob latens & ignoratum impedimentum, quod inter eos juſtum fuit, matrimonium junctis nati ſunt, etiam legitimi habentur. Ut & nati ex ſecunda uxore illius, qui prima uxore vivente, ſecundam ejus rei ignaram in facie *c. 2. &c. Pervenit. 11. b. t.*

Eccleſiæ duxerat. Quod meretur favor prolis, ut in dubio potius legitima quam illegitima pronuncietur, & ſufficit quoad hoc alterum conjugum fuiſſe ignorantem & bonæ fidei.

c. pen. eod.

III. Ex ſoluto & ſoluta nati, & legitimati per ſubſequens matrimonium, perinde habentur, ac ſi ex legitimo matrimonio nati eſſe, capaces omnium dignitatum etiam Epiſcopatus, excepto Cardinalatu, ex conſtitutione Sixti V.

c. Tanta 6. eod. Garſ. de benef. p. 7. c. 1. n. 28.

IV. Legitimati per reſcriptum Principis, vel S. Pont. nam & S. Pont. illegitimos efficere legitimos poteſt: in ſpiritualibus quidem, veluti ut ſint capaces beneficiorum Eccleſiaſticorum & Ordinum ſacrorum, omnes omnino Chriſtianos, tanquam ſibi in ſpiritualibus ſubjectos; in profanis vero, veluti ut ſuccedere parentibus poſſint, eos tantum, qui ipſi in rebus profanis ſubjecti ſunt, niſi in cauſſis multum arduis, & ubi de Reip. cauſſa præcipue agitur, veluti ut legitimatus reddatur capax ſucceſſionis in regnum.

c. Soluta verſ. nobis autem ſu. p. De major. & obed.

(Pontifici hanc legitimandi poteſtatem non concedimus.)

2. *Judicium de eo, an legitimum quis ſit, vel non, ad quem Judicem ſpectat ?*

Ad

Ad judicem Eccleſiaſticum: adeo, ut ſi quæſtio nativitatis, id eſt, an quis ſit filius legitimus, tantum incidat in hoc judicium, & principaliter agatur de hæreditate, quam quis petit tanquam filius, ea ad judicem Eccleſiaſticum ſit remittenda. Neque enim hic acceſſorium ſequitur ſuum principale, cum Laicus ſit omnino incapax hujus judicii Eccleſiaſtici.

Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtari.

TIT. XVIII.

Tertio hujus libri capite explicatur, quomodo matrimonium diſſolvatur, nempe per accuſationem, & per divortium, non quidem inter aliquos rite contractum, illud enim eſt indiſſolubile: ſed quod de facto, non jure contractum judicis auctoritate diſſolvi debet. *c. 1. & 7. eod.*

1. *Quid eſt accuſatio matrimonii?*

Eſt impedimenti, ob quod matrimonium conſiſtere inter conjuges non poteſt, coram competente judice legitime facta allegatio.

2. *Qui accuſare poſſunt, vel non?*

Sub diſtinctione reſpondendum eſt.

Quod ſi accuſatio non contineat delictum ipſorum conjugum, ſed fiat ob impedimentum aliquod, puta: quia vir ſit frigidus vel maleficiatus, aut alias impotens ad actum conjugalem, vel quia mulier ita arcta, ut cognoſci non poſſit: hoc caſu accuſatio ad ſolos ſpectat conjuges, non etiam ad extraneos, quorum nihil intereſt. Si vero accuſatio delictum contineat, ut quia aliqui in gradu prohibito contraxiſſe aut contrahere voluiſſe dicuntur, tunc quilibet ad accuſandum matrimonium admittitur: hoc tamen ordine ſervato, ut poſt parentes admittantur proximiores conſanguinei, ſive agnati, & cognati, & his deficientibus extranei, inter eos antiquiores & honeſtiores præferantur.

c. 3. b. t. & Can. 1. ſeqq. XXV. qu. 6.

Accuſator autem matrimonii, qui, cum publice matrimonium ex ſuggeſtu denunciaretur, tacuerit, poſtea contracto matrimonio non auditur, niſi veriſimiliter denunciationem ignoraverit, vel jurare paratus ſit, ſe hactenus impedimentum ignoraſſe, ſed jam recens illud didiciſſe. Sic & repellendus eſt, qui per quæſtum proſiliit ad accuſandum matrimonium.

c. ult. b. t. 9. *c. 5. b. t.*

3. *Qui & qualiter recipi teſtes in cauſſa matrimonii poſſunt?*

Teſtes

Teſtes ipſimet ac perſonaliter coram judice compareant neceſſe eſt, & de impedimento teſtimonium dicant, non etiam per litteras. Teſtes autem recipiuntur etiam parentes, fratres, cognati utriusque ſexus, maxime quando agitur de conſanguinitate; quamvis alias regulariter improbatum ſit domeſticum teſtimonium: idque ideo, quia tales omnium optime noſſe præſumuntur conſanguinitatem & affinitatem ſuam, cum unusquisque ſuam genealogiam ex recitatione majorum ſcire laboret. *c. 2. h. t.* *d. c. 31. h. t.*

De Divortiis.

TIT. XIX.

1. *Quid eſt divortium & quotuplex?*

Divortium eſt legitima mariti & uxoris apud competentem judicem facta ſeparatio. Dictum vel a diverſitate mentium, quia in diverſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium; vel potius a Divertendo, ſeu Divortendo. Divortium autem bifariam accipitur, vel pro diremptione ipſius matrimonii quoad vinculum, quæ proprie Divortium dicitur; vel pro ſeparatione quoad thorum. *c. 2. D. eod.*

2. *Matrimonium ſemel legitime contractum poteſtne aliquando diſſolvi quoad vinculum?*

c. 6. 9. 10. 11. D. eod. tit. & tit. C. De repud. — Jure quidem civili quasdam ob cauſſas vere dirimi potuit, etiam quoad vinculum: at Jure Pontificio matrimonium legitimum, utroque conjugum vivente non poteſt ullo modo quoad vinculum diſſolvi, juxta illud Matth. 19. *Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet*, c. ut ſup. De translat. Epiſc. c. 1. & 7. h. t. — & ne quidem licet alter conjugum incidat forte in hæreſin, vel infidelitatem vel propter adulterium; quamvis hæterodoxi hodie plerique contrariam ſententiam amplectantur.

(Matrimonium etiam quoad vinculum ob adulterium (vel etiam malitioſam deſertionem & pertinacem debiti conjugalis denegationem) autoritate judicis Eccleſiaſtici, legitimo adhibito modo, diſſolvi poſſe rectior eſt ſententia: quia hoc modo ab altera parte vinculum conjugale nefarie disrumpitur: adeoque & innocens pars ab illa liberanda erit. Vid. *Matth.* 5. 32. 19. 6. 1. *Cor.* 6. 16. Add. Johan. Gerhard. *loc. d. conjug. num.* 564. & *ſeqq.* & *de deſertione num.* 16. Add. Johan. Gerhard. *loc. d. conjug. num.* 564. & *ſeqq.* & *de deſertione num.* 623. *nec non conjugalis debiti denegatione num.* 630. Cæterum hæreſis vel etiam infidelitas, in quam alter conjux incidit, non eſt ſufficiens cauſa divortii, ne quidem quoad thorum & menſam. Vid. 1. *Cor.* 7, 12. 13. cum non obſit ipſi matrimonii vinculo. Vid. Joh. Gerhard. *d. l. num.* 390. & *ſeqq. it.* 665. 667.)

3. *Quid*

3. *Quid ſi inter eos ſit contractum matrimonium, inter quos alias ob aliquod impedimentum conſanguinitatis vel adfinitatis matrimonium eſt prohibitum ſub lege annullationis?*

Matrimonium hujusmodi etiam jure Pontificio dirimi & diſſolvi poterit. Non tamen propria auctoritate contrahentium, etiamſi impedimentum parentelæ inter eos eſſet notorium, ſed tantum auctoritate judicis Eccleſiaſtici, vel ſaltem ex officio Ordinarii. Quia licet tale matrimonium ſit ipſo jure nullum & proinde de jure diſſolvi non debeat, attamen uti de facto contractum fuit, ita & de facto diſtrahi ac diſſolvi jure Pontificio poteſt. *c. 3. h. t.* *c. ult. h. t.*

4. *Quid ſi pagani in gradu prohibito juncti, ad fidem Chriſtianam convertantur?*

Non quidem dirimetur eo caſu matrimonium, nec ſeparabuntur conjuges, ne quidem quoad thorum; verum ſi plures uxores habuerit paganus, is ad fidem converſus adhærebit primæ ſuæ uxori. *c. 8. eod.*

(Conh. Johann. Gerhard. p. m. *d. l. num.* 226.)

5. *Quid ſi altero infidelium ad fidem converſo, alter in infidelitate ſua perſeveret?*

Hoc caſu dirimi matrimonium poterit, & fidelis aliam ducere, ſi utique infidelis nolit cohabitare fideli, nec poſſit eidem manere conjunctus ſine blaſphemia divi- *d. c. 7. c. 8.* ni nominis. Ubi nota inſigne diſcrimen inter matrimonium infidelium & fidelium inter ſe, quia inter fideles ſemel legitime contractum nullo modo poteſt dirimi: at dirimi poteſt inter infideles, quia inter hos verum quidem extitit matrimonium, non tamen fuit ratum, quia ſcil. non fuit in ſide Eccleſiæ Catholicæ celebratum. Inter fideles autem & verum eſt matrimonium, & ratum, & Sacramen- *d. c. 7. verſ. nam etſi.* tum fidei, quod ſemel admiſſum, nunquam amittitur.

(Neque hoc caſu infidelem conjugem repudiare fideli licet, quia infidelitas non repugnet eſſentialibus matrimonii ſicut adulterium. Vid. 1. *Cor. c.* 7. *v.* 12. 13. Add. *Matth. c.* 19. *v.* 6. 9. *Matth. c.* 5. *v.* 32. Leg. Joh. Gerh. *d. l. n.* 665. & 666.

6. *Matrimonio legitime contracto & conſummato, quibus ex cauſſis divortium fieri poteſt, quoad thorum?*

Duo hoc Tit. proponuntur: veluti ſi alter conjugum labatur in hæreſin vel in

in infidelitatem & moleſtus ſit alteri fideli permanenti; poterit hic a judice Eccleſiaſtico impetrare, ut quoad thorum a conjuge ſeparetur. Sic & ſeparatio fit propter adulterium, niſi uterque pari vitio laboret, quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur. Item juſta quoque cauſſa eſt divortii, ſi alter in alterum ſæviat nimium; ſi alter alterum impellat ad peccatum mortale.

c. 2. &c. De illa 6. h. t. c. 4. & 3. eod. c. pen. & ult. inf. De adult. d. c. 7. verſ. ſi enim alter.

De donatione inter virum & uxorem: & de dote poſt divortium reſtituenda.

TIT. XX.

Divortium ſequitur repetitio dotis tanquam cauſſa incidens, ſi ex licita cauſſa fuerit facta ſeparatio & divortium ſolemniter celebratum.

c. 1. 2. & 3. h. t.

1. *Quid eſt Dos?*

Est donatio, quæ ab uxore, aut alio, uxoris nomine, fit marito, ad ſuſtinenda onera matrimonii. Quæ propterea matrimonio conſtante repeti non poteſt, niſi maritus labatur facultatibus.

l. Pro oneribus l. 20. 29 C. De jure d. l. Si conſtante 24. De ſoluto matrim.

2. *Quid*

2. *Quid donatio propter nuptias?*

Eſt donatio illa, quæ vel a ſponſo, vel ab alio ſponſi nomine fit ſponſæ, vel etiam, quæ conſtante matrimonio a marito fit uxori, in ſecuritatem dotis. Eo enim ſpectat hæc donatio, ut habet uxor, ſi forte dos culpa mariti pereat, vel deterior fiat, unde eam recuperet.

3. *Quid ſi igitur per ſententiam Judicis matrimonium pronuncietur eſſe nullum?*

Tunc & dos erit nulla; quia ubicunque matrimonii nomen non eſt, ibi nec dos eſt reſtituenda propterea uxori; nec etiam donatio propter nuptias, reſtituenda marito. Sed & bona conſtante matrimonio communiter acquiſita uxor & maritus inter ſe dividere debent.

l. 3. D. De jure dot. c. 2. 5. & c. fin. h. tit.

4. *Quid ſi divortium fiat quoad thorum duntaxat?*

Tunc qui peccavit, punitur amiſſione ſuæ dotis vel donationis propter nuptias: veluti uxore in adulterium lapſa, maritus innocens dotem lucratur, ideoque non eſt cogendus illam reſtituere: & contra uxor marito adultero lucratur donationem propter nuptias.

c. 4. h. t.

5. *Quid*

5. Quid de donationibus, quæ extra cauſſas dotis vel donationis propter nuptias ſiunt inter conjuges, cenſendum? *c. ult. h. t.*

Eæ ex cauſſa divortii, ſive quoad vinculum, ſive quoad thorum duntaxat, cenſentur tacite revocatæ. Nam licet donationes ejusmodi utroque jure ſint prohibitæ, tamen ſi non fuerint revocatæ, confirmantur morte donatoris. *d. c. ult. & l. 1. D. eod. tit. l. Sed interim. 11. D. eod.*

6. Morte alterutrius ſoluto matrimonio an & tunc dos ac donatio propter nuptias reſtitui debebit?

Omnino; idque vel ſuperſtiti, vel ejus hæredibus; niſi vel pacto conjugum, vel ſtatuto, vel conſuetudine aliud obtineat; quia licet conjugibus paciſci inter ſe, ut altero eorum forte ſine liberis mortuo ſuperſtes vel dotem, vel donationem propter nuptias lucretur, eamque vel integram, vel ſaltem aliquam partem, quæ dicitur lucrum nuptiale, Pont. appellat *Dotalium* Pragmatici vulgo *Dotarium.* *d. c. ult. in verb. niſi de conſuet. &c. l. Si convenit. 6. & l. 9. C. de pact. convent. d. l. 9. & d. c. 4.*

De ſecundis nuptiis.

TIT. XVI.

Poſtremum libri hujus caput eſt de iterandis nuptiis; qua nata Sacramen-

tum

tum matrimonii differt ab aliis Sacramentis, Baptiſmo, Confirmatione & Ordine, quæ iterari non poſſunt.

1. Quæ hic dicuntur ſecundæ nuptiæ?

NOn tantum illæ, quæ primas proxime ſequuntur; ſed & tertiæ, quartæ; & deinceps, quotiescunque nuptias iterari contingit.

2. Altero conjugum mortuo licetne ſuperſti ti ſtatim ad ſecundas nuptias convolare?

c. pen. & ult. h. tit. l. Liberorum D. De his, qui not., infam. l. 1. & 2. C. h. t.

Licet, abrogatis circa hoc legibus civilibus, quæ mulierem intra tempus luctus, id eſt; intra annum luctus a morte mariti, alteri nubentem notant infamia, & damnato errore Origenis, ſecundas nuptias prohibitas adſerentis.

(Hæc diſpoſitio juris canonici, qua leges civiles abrogantur, repugnat honeſtati publicæ. Add. *Phil. c. 4. 6. 8.* vid. Gerh. *d. l. n. 199.*)

3. Intereſtne inter primas & ſecundas nuptias?

Illud intereſt, quod ſecundæ nuptiæ non benedicantur a Parocho vel ſacerdote, quia benedictio in primis nuptiis ſemel impertita ſemper durat, nec eſt ite-

iteranda. Niſi aliud obſervet conſuetudo, quia hæc differentia eſt juris poſitivi, quæ contraria conſuetudine tolli poteſt. Benedictioque illa, quam Sacerdos nuptiis impertitur, tantum eſt pia quædam ceremonia, oſtendens nuptias a Chriſto eſſe benedictas. *c. 1. h. t.*

(Secundis nuptiis Eccleſiaſtica benedictio non eſt denaganda, quia æque licitæ ſunt nuptiæ ac primæ. *Geneſ.* 25. §. 1. *Rom.* 4. §. 11. *Ebr.* 13. §. 4. 1. *Cor.* 7. §. 8. 39. 2. *Tim.* 5. §. 14.)

FINIS LIBRI IV.

JURIS CANONICI
Per
EROTEMATA
DIGESTI ET ENUCLEATI,
LIB. V. TIT. I.
De Accuſationibus, Inquiſitionibus & Denunçiationibus.

Ex tribus objectis Juris Pontificii reſtat tum, quod circa Actiones criminales verſatur, quæ actiones coram judice Eccleſiaſtico inſtituuntur trifariam, vel per Accuſationes, vel per Inquiſitiones, vel per Denunciationes, eſtque hoc primum hujus libri caput de judicio criminali.

1. *Accuſatio & Accuſare quid?*

Ita poſt Hoſt. hic Summa in communi. ter Doct. can. 2. 3. & 5. 11. *qu.* 1.

ACCUSATIO eſt criminis alicujus apud judicem competentem, vindictæ publicæ cauſſa, inſcriptione interveniente legitime facta delatio. Et Accuſare nihil aliud, quam deferre reum criminis alicujus ad judicem, cum ſubſcri-

pțio-

ſcriptione deferentis. Recte, *Inſcriptione interveniente*, vel *cum ſubſcriptione deferentis*, ne alias calumniatoribus per odium aut malitiam quoslibet accuſandi detur occaſio.

2. *Quid eſt Inſcriptio?*

Eſt obligatio in ſcriptis facta, qua accuſator ad eandem pœnam ſe obſtringit, ſi crimen, quod commiſſum eſſe accuſatorio libello porrecto, prætendit, non probaverit, quam reus pati debuiſſet, ſi probaſſet. Hodie inſcriptio ac pœna talionis paſſim a foro receſſit, in ejusque locum fere ſucceſſit pœna arbitraria judicis. *c. 1. h. t.*

3. *Quibus perſonis in judicio criminali opus eſt?*

His tribus, judice, accuſatore legitimo, id eſt, qui ob aliquam juſtam cauſſam accuſare non prohibeatur, Denunciatore vel fama, & Reo. Quod ſi legitimus non fuit accuſator, fruſtra fatigatur accuſatus. *c. 3. h. t.*

4. *Qui & quibus ex cauſſis accuſare prohibentur?* *l. 6. & 7. C. De his, qui accuſ. non poſſ.*

Ex his præcipue. I. Si ejus, qui accuſat, non interſit. II. Si eundem ejusdem criminis accuſaverit, & deſtiterit

17. 10. & 3. *h. t.* dein ab accuſatione, expreſſe vel tacite. III. Si accuſator ſit inimicus accuſati, vel ejus inimico cohabitet: quia præſumitur hujusmodi accuſatio proficiſci ex odio quodam. IV. Repellitur laicus volens accuſare Clericum, ex eadem cauſſa: quia Clericis laicos oppido infeſtos tradidit antiquitas, quod & præſentium experimenta temporum manifeſte declarant, inquit Pont. Niſi laici vel ſuam vel ſuorum injuriam proſequantur: quo caſu, quamvis non admitterentur adverſus Clericos ad teſtimonium, quia nemo in cauſſa ſua teſtis eſſe poteſt, tamen ad accuſandum eos admitti nihil vetat. Sed & enormitas criminis laicos adverſus Clericos admittit, veluti in crimine Simoniæ, hæreſeos & læſæ Majeſtatis. Pluresque alios alii recenſent.

c. in pr. De immun. Eccl. in 6. c. Decætero, ſup. De teſtib. 17. & c. 31. inf. De Simon. Vide Vallen. hic §. 2. n. 5.

5. *An & Monachus accuſator audiendus erit contra ſuum Prælatum?*

c. Ex parte 11. h. t. d. c. 11. & can. Monachi 35. XXI. qu. 1. Eum audiendum eſſe, ſi Abbatem ſuum velit alicujus criminis accuſare, reſcripſit Alexander III. Pont. Quamvis eidem ſuo Prælato obedientiam voverit; niſi rationabilis aliqua cauſſa impediat. Imo & ſumptus, quibus ad proſequendam accuſationem eſt opus, cum ipſe Monachus nihil proprii habere poſ-

ſit ex bonis Monaſterii ſuppeditandi ſunt. Alios autem Monachus accuſare non poteſt, niſi interſit Monaſterii, & de licentia ſui Abbatis vel Superioris.

6. *Ad proſequendam accuſationem an admittendus procurator?*

Is non ad alium effectum admittitur, quam ut alleget in judicio cauſſam abſentiæ, vel alias exceptiones ipſum crimen non tangentes. Tenetur enim ipſemet, qui accuſationem inſtituit, eam proſequi, quia regulariter in cauſſis criminalibus, quemadmodum reus ſe non poteſt per procuratorem defendere, ita neque accuſator poteſt per procuratorem agere.

c. Veniens 15. *h. t.* *l.* 10. *h. t.* *l. Ab accuſatore* 13. *D. De publ. jud.*

7. *Quid eſt Inquiſitio?*

Eſt criminis alicujus per judicem competentem Canonice facta inveſtigatio, adverſus eos, qui vel denunciati ſunt, vel qui ob crimen aliquod male audiunt & infames habentur.

8. *Qualiter inſtituitur hac Inquiſitio?*

Inſtitui ſolet a Judice, interdum aliquo denunciante vel deferente, interdum etiam nullo accuſante, vel denunci-

ante, ſed fama & rumore vulgi non temerario ad hoc judicem inſtigante. Neque enim judex poteſt aut debet in aliquem inſtituere inquiſitionem, niſi qui propter crimen aliquod ita vulgo ſit infamis, ut ſine ſcandalo tolerari non poſſit.

c. Qualiter 24. eod.

9. *Quomodo exerceri judicium criminale poteſt, ubi nullus eſt accuſator aut denunciator?*

Hic fama publica & clamoſa inquiſitio erit loco accuſatoris vel denunciatoris: non tanquam idem ſit Accuſator & Judex, ſed quaſi denunciante fama vel deferente clamore vulgi, Judex officii ſui debitum exequatur. Quod recte introductum eſt, ne alias crimina maneant impunita.

d. c. 24. verſ. ex quib.

10. *Quid intereſt, crimen per inquiſitionem probatum ſit, an per accuſationem?*

Quod Judex, ſi per accuſationem probatum fuerit crimen, cogatur certam pœnam a lege ſtatutam alicui crimini infligere: eo vero per inquiſitionem patefacto, poſſit pro arbitratu ſuo, proque perſonæ meritis, & delicti qualitate pœnam

pœnam moderari. Niſi crimen eſſet tale, quod Ordinis executionem aut beneficii retentionem impediret: veluti ſi quis per inquiſitionem probatus eſſet ſimoniacus, qui eo caſu perinde erit deponendus ac privandus beneficio, ac ſi per accuſationem probatus foret talis. *c. Inquiſitionis 21. in pr. h. t.* *d. c. 21.*

11. *Quid eſt denunciatio?*

Denunciatio Canonica (de qua agitur hoc loco) eſt criminis alicujus apud competentem judicem citra inſcriptionem legitime facta delatio. Fit autem hæc denunciatio ſuper crimine occulto quidem, quod tamen aliquo modo probari poſſit; & ſit potiſſimum ad pœnitentiam peragendam, vel aliam pœnam legitimam imponendam. Et hanc Canonicam denunciationem præcedere debet vel unica tantum, vel etiam altera monitió charitativa: in quo differt a denunciatione Evangelica, in qua triplex monitio requiritur neceſſario. *c. 2. 3. & aliquot ſeqq. h. t.*

12. *Quotuplex igitur eſt Denunciatio?*

Triplex: Canonica, Evangelica, & Judicialis, quæ & Civilis. Evangelica eſt, quæ tantum fit ad pœnitentiam, & ſimi-

liter locum habet in quolibet occulte peccante, modo aliquo usque de delicto conſtet. Ejusque forma traditur *Matth.* 18. *v.* 15. *&* *Lucæ* 17. *v.* 3. ut ſcilicet delinquens primo corripiatur privatim, deinde, ſi non paruerit fraternali correptioni, iterum moneatur, adhibito uno vel duobus teſtibus, & tunc demum, ſi contumax ſit, deferatur Eccleſiæ puniendus. Denunciatio judicialis fit per miniſtros publicos, ad hoc conſtitutos, ut delicta ac delinquentes denuncient magiſtratibus; idque vel ad vindictam publicam, & dicitur publica: vel ad privatum intereſſe, & dicitur privata.

ca. Si peccaverit. 11. *qu.* 1. *&c.* 13. *ſup. de judic. Vallen. hic* §. 5. *poſt. Caniſ. in Summa vot. tit.*

13. *In quo differt Denunciatio ab Accuſatione?*

Differt, & modo inſtituendi & fine. Nam ad accuſationem neceſſaria eſt inſcriptio: denunciatio fit ſine inſcriptione. Accuſatio fit principaliter ad pœnam, id eſt, ut pœnam luat reus: denunciatio non fit ad pœnam, ſed ad vitæ emendationem, ut reus corrigat ſuos malos mores. Ideoque etiam denunciator eſt repellendus a Judice, ſi prius amice non admonuerit reum, quam crimen ad judicem deferret.

c. Super. 13. *h. t. l. c.* 13.

c. 2. *eod.*

De

De Calumniatoribus.

TIT. II.

Accuſatores, vel denunciatores, ſi alicui falſa crimina objiciant, tenentur tanquam calumniatores.

1. *Qui dicuntur Calumniari, & quis Calumniator?*

Calumniari eſt falſum crimen ſcienter, & dolo malo intendere. Calumniator dicitur, qui falſum crimen ſcienter & dolo malo intendit, ſeu proponit. In eo diverſus a Prævaricatore, quia hic falſa crimina detegit, & vera abſcondit. Tergiverſari vero eſt, in totum ab accuſatione deſiſtere. *§. 5. D. Ad SC. Turpil.*

2. *Quæ eſt pœna accuſatorum calumniantium?*

Pœna eſt talio. Eadem ſcilicet pœna plectendi ſunt, qua mulctandi forent, ſi crimina fuiſſent probata, cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii. *can. Quisquis 11. q. 6.*

3. *Quodſi eadem pœna plecti nequeant, vel calumniator non ſit capax pœnæ?*

Tunc alia, & æque gravis infligitur.

 Exem-

Exemplum eſt in Subdiacono, qui Diaconum falſo accuſaverat alicujus criminis, quo probato deponendus, & Ordine ſacro exuendus eſſet Diaconus: quia non poteſt Subdiaconus ſpoliari Ordine, quem *c. 1. h. t.* non habet, præterquam quod privetur Subdiaconatu, publice verberibus caſtigatus mittitur in exilium.

4. *Quid ſi non conſtet, an quis calumniandi animo accuſationem inſtituerit?*

De eo inquirere officio incumbit judicis: qui, ſi in negotium id poſtulet, accuſatori deficienti in probatione, nimirum ſe non animo calumniandi accuſationem inſtituiſſe, præſertim adverſus ſupe- *c. 1. eod.* riorem ſuum, Canonicam indicet purgationem, eumque, usque dum ſe purget, ab officio, & beneficio ſuſpendet.

De Simonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur.

TIT. III.

Hic incipit alterum hujus libri caput, quo materia judicii criminalis, id eſt, ipſa crimina enumerantur, & explicantur; quæ vel communia ſunt omnium hominum, tum Eccleſiaſticorum,

rum, tum laicorum, vel Clericorum propria. Primi generis ſunt illa, quæ in ipſum Deum & religionem principaliter committuntur (quorum graviſſimum eſt Simonia) & quæ in proximum.

1. *Quid eſt Simonia?*

Simonia (a Simone Mago, qui primus legitur ſe hoc crimine polluiſſe, *Act.* 8. ita dicta) eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum. *Studioſa*, inquam, ut excludantur leves, vel minus deliberatæ voluntatis motus. Verbis *emendi, vel vendendi* continetur contractus omnis oneroſus, pretio temporali intercedente; vel quod rationem pretii habeat, non gratuitus: veluti ſi pecunia detur, vel promittatur, ex pacto ſive tacito, ſive expreſſo, pro Sacramentorum adminiſtratione, pro ſepultura & exequiis mortuorum, pro benedictionibus nubentium, pro ingreſſu Religionis, pro beneficiorum Eccleſiaſticorum collatione. Imo ſi tantum obſequium aliquod ſive immunitas, ſive etiam modus ab obſequio præſtetur pro beneficio obtinendo. *c. 8. 9. 10. & paſſim h. t. c. 12. eod.*

* (Conf. Struv. *Syntagm. jur. civ. Exerc. XV. th. 81. & Progym. ad Codic. L. 1. T. 3. l. 2.*)

ſiaſticorum. v. gr. Quando quis alicui providet de beneficio, cum certa fiducia & ſpe, ut proviſus illud ipſum aliquando reſignet, cedatve, vel ei, a quo beneficium obtinuit, vel illius nepoti, vel etiam alteri. Quod quidem licite fieri poterit ſine ullo pacto aut conditione, modo fiat digno: ſimoniaca vero erit facta cum interventu pretii, pacti, modi aut conditionis, ſive digno fiat, ſive indigno. Extat de hac ſpecie Simoniæ Conſtitutio Pii IV. anno 1564. & duplex Pii V. anno 1568. & 1569.

(Conf. Struv. *Syntagm. jur. civ. Exerc. XXXVII. theſ. 31.*

4. *Qui igitur vitium Simoniæ incurrunt, & ex quibus cauſſis?*

can. Placuit 22. 1. *qu.* 1. *c.* 2. *ſup. De confeſ. & c. cum detestabile h. t. in Extravag. can.* c. 1. *h. t. can.* 2. 3. 4. *& paſſim* 1. *q.* 1. *c.* 10. *&* 39. *h. t.*

Ex æquo tam ementes quam vendentes, de quo extat antiqua definitio Patrum; *Anathema ſit danti, & accipienti.* Præterea & qui ſive danti, ſive accipienti, vel proxeneta, vel interceſſor, vel cooperator fuerit, in reatu eſt Simoniæ. Cauſſa Simoniæ generalis eſt, quod detur aliquid temporale pro re ſpirituali, vel ei adnexa. Particulares cauſſas aliquot retuli ſupra, quibus alii addi poſſunt: ut ſi pro ordinatione aliquid datum; vel acceptum fuerit; ſi pro conſecratione

vel

vel benedictione Epiſcoporum, aut Abbatum; ſi pro electione, præſentatione ſeu nominatione; pro inſtitutione ſeu inveſtitura ſacerdotum; ſi pro ingreſſu Religionis, & receptione Monachi.

c. 9. & 16. t.c. 8. & c. 19. eod. Navar. in Manual. n. 506. c. 18. & ibi gl. h.t. arg. c. Ex tua 20. h. t. Wameſ. conſ. 561. n. 4. eod. tit.

5. *Quæ cauſſa excuſant ab hoc vitio?*

Excuſat I. Si aliquid detur ex mera liberalitate & eleemoſyna, nec animus adſit emendi, vel vendendi.

II. Modicitas & exiguitas rei, ſeu pretii, quod pro re ſpirituali datur, & pellicere, aut pervertere animum accipientis non ſolet, dummodo non ex pacto detur: ſed ex mera liberalitate.

III. Quando temporale aliquid intervenit, non primario, ut dicunt, ſed ſecundario, tanquam pro cauſſa impulſiva & excitativa. Exemplum ponunt in eo, qui ſervit Epiſcopo ſpe futuræ alicujus remunerationis, abſque ulla vel pactione, vel conditione, & modo principaliter hac intentione non ſerviat. Item in eo, qui Eccleſiam frequentat, ut diſtributiones quotidianas lucretur, alias forte non frequentaturus: quia ideo diſtributiones illæ ſunt introductæ, ut Canonicis eſſent incitamento vacandi diligentius horis Canonicis.

c. Cum 12. & gl. h. t. Navar. d. c. 13. n. 101.

IV. Ne-

17. 10. & 3. *h. t.* dein ab accuſatione, expreſſe vel tacite. III. Si accuſator ſit inimicus accuſati, vel ejus inimico cohabitet: quia præſumitur hujusmodi accuſatio proficiſci ex odio quodam. IV. Repellitur laicus volens accuſare Clericum, ex eadem cauſſa: quia Clericis laicos oppido infeſtos tradidit antiquitas, quod & præſentium experimenta temporum manifeſte declarant, inquit Pont. *c. in pr. De immun. Eccl. in 6. c. De cætero ſup. De teſtib. 17. & c. 31. inf. De Simon. Vide Vallen. hic §. 2. n. 5.* Niſi laici vel ſuam vel ſuorum injuriam proſequantur: quo caſu, quamvis non admitterentur adverſus Clericos ad teſtimonium, quia nemo in cauſſa ſua teſtis eſſe poteſt, tamen ad accuſandum eos admitti nihil vetat. Sed & enormitas criminis laicos adverſus Clericos admittit, veluti in crimine Simoniæ, hæreſeos & læſæ Majeſtatis. Pluresque alios alii recenſent.

5. *An & Monachus accuſator audiendus erit contra ſuum Prælatum?*

c. Ex parte 11. h. t. d. c. 11. & can. Monachi 35. XXI. qu. 1. Eum audiendum eſſe, ſi Abbatem ſuum velit alicujus criminis accuſare, reſcripſit Alexander III. Pont. Quamvis eidem ſuo Prælato obedientiam voverit; niſi rationabilis aliqua cauſſa impediat. Imo & ſumptus, quibus ad proſequendam accuſationem eſt opus, cum ipſe Monachus nihil proprii habere poſ-

ſit

ſit ex bonis Monaſterii ſuppeditandi ſunt. Alios autem Monachus accuſare non poteſt, niſi interſit Monaſterii, & de licentia ſui Abbatis vel Superioris.

6. *Ad proſequendam accuſationem an admittendus procurator?*

Is non ad alium effectum admittitur, quam ut alleget in judicio cauſſam abſentiæ, vel alias exceptiones ipſum crimen non tangentes. Tenetur enim ipſemet, qui accuſationem inſtituit, eam proſequi, quia regulariter in cauſſis criminalibus, quemadmodum reus ſe non poteſt per procuratorem defendere, ita neque accuſator poteſt per procuratorem agere. *c. Veniens* 15. *h. t. l.* 10. *h. t. l. Ab accuſatore* 13. *D. De publ. jud.*

7. *Quid eſt Inquiſitio?*

Eſt criminis alicujus per judicem competentem Canonice facta inveſtigatio, adverſus eos, qui vel denunciati ſunt, vel qui ob crimen aliquod male audiunt & infames habentur.

8. *Qualiter inſtituitur hac Inquiſitio?*

Inſtitui ſolet a Judice, interdum aliquo denunciante vel deferente, interdum etiam nullo accuſante, vel denunci-

ante, ſed fama & rumore vulgi non temerario ad hoc judicem inſtigante. Neque enim judex poteſt aut debet in aliquem inſtituere inquiſitionem, niſi qui

c. Quali- propter crimen aliquod ita vulgo ſit in-
ter 24. eod. famis, ut ſine ſcandalo tolerari non poſſit.

9. *Quomodo exerceri judicium criminale poteſt, ubi nullus eſt accuſator aut denunciator?*

Hic fama publica & clamoſa inquiſitio erit loco accuſatoris vel denunciatoris: non tanquam idem ſit Accuſator & Judex, ſed quaſi denunciante fama vel deferente clamore vulgi, Judex officii

d. c. 24. ſui debitum exequatur. Quod recte in-
verſ. ex troductum eſt, ne alias crimina maneant
quib. impunita.

10. *Quid intereſt, crimen per inquiſitionem probatum ſit, an per accuſationem?*

Quod Judex, ſi per accuſationem probatum fuerit crimen, cogatur certam pœnam a lege ſtatutam alicui crimini infligere: eo vero per inquiſitionem patefacto, poſſit pro arbitratu ſuo, proque perſonæ meritis, & delicti qualitate

pœnam

pœnam moderari. Niſi crimen eſſet ta- *c. Inquiſi-* le, quod Ordinis executionem aut benefi- *tionis 21.* cii retentionem impediret: veluti ſi quis *in pr. h. t.* per inquiſitionem probatus eſſet ſimoniacus, qui eo caſu perinde erit deponendus ac privandus beneficio, ac ſi per accuſatio- *d. c. 21.* nem probatus foret talis.

11. *Quid eſt denunciatio?*

Denunciatio Canonica (de qua agitur hoc loco) eſt criminis alicujus apud competentem judicem citra inſcriptionem legitime facta delatio. Fit autem *c. 2. 3. & aliquot* hæc denunciatio ſuper crimine occulto *ſeqq. h. t.* quidem, quod tamen aliquo modo probari poſſit; & fit potiſſimum ad pœnitentiam peragendam, vel aliam pœnam legitimam imponendam. Et hanc Canonicam denunciationem præcedere debet vel unica tantum, vel etiam altera monitio charitativa: in quo differt a denunciatione Evangelica, in qua triplex monitio requiritur neceſſario.

12. *Quotuplex igitur eſt Denunciatio?*

Triplex: Canonica, Evangelica, & Judicialis, quæ & Civilis. Evangelica eſt, quæ tantum fit ad pœnitentiam, & ſimi-

liter locum habet in quolibet occulte peccante, modo aliquo usque de delicto conſtet. Ejusque forma traditur *Matth.* 18. *v.* 15. *&* *Lucæ* 17. *v.* 3. ut ſcilicet delinquens primo corripiatur privatim, deinde, ſi non paruerit fraternali correptioni, iterum moneatur, adhibito uno vel duobus teſtibus, & tunc demum, ſi contumax ſit, deferatur Eccleſiæ puniendus. Denunciatio judicialis fit per miniſtros publicos, ad hoc conſtitutos, ut delicta ac delinquentes denuncient magiſtratibus; idque vel ad vindictam publicam, & dicitur publica: vel ad privatum intereſſe, & dicitur privata.

ca. Si peccaverit. 11. *qu.* 1. *&c.* 13. *ſup. de judic. Valen. hic* §. 5. *poſt. Caniſ. in Summa vot. tit.*

13. *In quo differt Denunciatio ab Accuſatione?*

Differt, & modo inſtituendi & fine. Nam ad accuſationem neceſſaria eſt inſcriptio: denunciatio fit ſine inſcriptione. Accuſatio fit principaliter ad pœnam, id eſt, ut pœnam luat reus: denunciatio non fit ad pœnam, ſed ad vitæ emendationem, ut reus corrigat ſuos malos mores. Ideoque etiam denunciator eſt repellendus a Judice, ſi prius amice non admonuerit reum, quam crimen ad judicem deferret.

c. Super. 13. *h. t. l. c.* 13.

c. 2. *eod.*

De

De Calumniatoribus.

TIT. II.

Accuſatores, vel denunciatores, ſi alicui falſa crimina objiciant, tenentur tanquam calumniatores.

1. *Qui dicuntur Calumniari, & quis Calumniator?*

CAlumniari eſt falſum crimen ſcienter, & dolo malo intendere. Calumniator dicitur, qui falſum crimen ſcienter & dolo malo intendit, ſeu proponit. In eo diverſus a Prævaricatore, quia hic falſa crimina detegit, & vera abſcondit. Tergiverſari vero eſt, in totum ab accuſatione deſiſtere. §. 5. *D. Ad SC. Turpil.*

2. *Quæ eſt pœna accuſatorum calumniantium?*

Pœna eſt talio. Eadem ſcilicet pœna plectendi ſunt, qua mulctandi forent, ſi crimina fuiſſent probata, cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii. *can. Quisquis u. q. 6.*

3. *Quodſi eadem pœna plecti nequeant, vel calumniator non ſit capax pœnæ?*

Tunc alia, & æque gravis infligitur.

 Exem-

Exemplum eſt in Subdiacono, qui Diaconum falſo accuſaverat alicujus criminis, quo probato deponendus, & Ordine ſacro exuendus eſſet Diaconus: quia non poteſt Subdiaconus ſpoliari Ordine, quem non habet, præterquam quod privetur Subdiaconatu, publice verberibus caſtigatus mittitur in exilium.

c. 1. h. t.

4. *Quid ſi non conſtet, an quis calumniandi animo accuſationem inſtituerit?*

De eo inquirere officio incumbit judicis: qui, ſi in negotium id poſtulet, accuſatori deficienti in probatione, nimirum ſe non animo calumniandi accuſationem inſtituiſſe, præſertim adverſus ſuperiorem ſuum, Canonicam indicet purgationem, eumque, usque dum ſe purget, ab officio, & beneficio ſuſpendet.

c. 1. eod.

De Simonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur.

TIT. III.

Hic incipit alterum hujus libri caput, quo materia judicii criminalis, id eſt, ipſa crimina enumerantur, & explicantur; quæ vel communia ſunt omnium hominum, tum Eccleſiaſticorum,

rum, tum laicorum, vel Clericorum propria. Primi generis ſunt illa, quæ in ipſum Deum & religionem principaliter committuntur (quorum graviſſimum eſt Simonia) & quæ in proximum.

1. *Quid eſt Simonia?*

SImonia (a Simone Mago, qui primus legitur ſe hoc crimine polluiſſe, *Act.* 8. ita dicta) eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum. *Studioſa*, inquam, ut excludantur leves, vel minus deliberatæ voluntatis motus. Verbis *emendi, vel vendendi* continetur contractus omnis oneroſus, pretio temporali intercedente; vel quod rationem pretii habeat, non gratuitus: veluti ſi pecunia detur, vel promittatur, ex pacto ſive tacito, ſive expreſſo, pro Sacramentorum adminiſtratione, pro ſepultura & exequiis mortuorum, pro benedictionibus nubentium, pro ingreſſu Religionis, pro beneficiorum Eccleſiaſticorum collatione. Imo ſi tantum obſequium aliquod ſive immunitas, ſive etiam modus ab obſequio præſtetur pro beneficio obtinendo.

c. 8. 9. 10. & paſſim h. t. c. 12. eod.

(Conf. Struv. *Syntagm. jur. civ. Exerc. XV. th. 81. & Progym. ad Codic. L. 1. T. 3. l. 2.*)

2. Quod hic vocas munus ab obſequio?

Quodlibet miniſterium & obſequium, quod homo homini in rebus temporalibus præſtare ſolet, habetque pretii rationem. Eſt enim pretium hic triplicis generis: aliud pretium manus, ſive muneris a manu, aliud pretium linguæ, ſive muneris a lingua, aliud pretium obſequii, ſive muneris ab obſequio. *Munus a manu* pecunia eſt, & res quælibet, quæ eſt in commercio, & quæ etiam pecuniæ appellatione continetur. *Munus a lingua* favor eſt, ſive preces & ſupplicationes humanæ, ſi ex pacto, vel promiſſione fiant. *Munus ab obſequio* ſervitus eſt indebite impenſa, id eſt, famulatus alicui addictus, ut ejus intuitu aliquid ſpirituale conſequatur.

l. 178. *D. de V. S. c. Sunt non nulli* 114. *1. q. 1. & c. ſalvator. 1. q. 3.*

3. Quotuplex eſt Simonia?

I. Alia eſt juris divini, alia juris humani ſive Eccleſiaſtici. Illa committitur circa res mere ſpirituales, & maxime circa eas, quibus confertur poteſtas clavium. Hæc ex jure poſitivo prohibitionem ſuam habet, & committitur circa rem natura quidem ſua vendibilem, prohibitam tamen vendi jure poſitivo Eccleſiaſtico: veluti in venditione bene-

neficiorum Eccleſiaſticorum, ſecundum id, quod temporale eſt; quod ab Eccleſia prohiberi potuit propter dependentiam & connexionem, quam habet cum re ſacra: item in venditione officiorum minus ſpiritualium, quale eſt officium, Oeconomi Eccleſiæ, Advocati Eccleſiæ, Sacriſtæ, & ſimilium.

II. Alia eſt Mentalis, alia Conventionalis, alia Realis. *Mentalis* eſt, quæ mente tantum concepta in ſolo propoſito conſiſtit interno, ſive res tradatur, ſive non tradatur, circa ullum pactum ſeu conventionem. *Conventionalis* eſt, quando a propoſito illo interno proceditur ad conventionem dandi aliquid temporale pro ſpirituali, citra tamen executionem, ex utraque, vel altera parte tantum. *Realis* eſt, quando ultra conventionem de dando accedit traditio ipſius rei, idque ex parte utriuſque tam dantis, quam accipientis; veluti dedi tibi pecunias, & tu viciſſim mihi dediſti præbendam. *d. can. Salvator.*

Ad conventionalem Simoniam, vel potius ad mentalem, referri poteſt ſpecies illa, quam vocant *Confidentialem* ſeu *Confidentiæ*, quæ proprie locum habet in renunciationibus & collationibus, aliiſque proviſionibus beneficiorum Eccleſiaſti-

ſiaſticorum. v. gr. Quando quis alicui providet de beneficio, cum certa fiducia & ſpe, ut proviſus illud ipſum aliquando reſignet, cedatve, vel ei, a quo beneficium obtinuit, vel illius nepoti, vel etiam alteri. Quod quidem licite fieri poterit ſine ullo pacto aut conditione, modo fiat digno: ſimoniaca vero erit facta cum interventu pretii, pacti, modi aut conditionis, ſive digno fiat, ſive indigno. Extat de hac ſpecie Simoniæ Conſtitutio Pii IV. anno 1564. & duplex Pii V. anno 1568. & 1569.

(Conf. Struv. *Syntagm. jur. civ. Exerc. XXXVII. theſ. 31.*

can. Placuit 22. 1. *qu.* 1. *c.* 2. *ſup. De confeſſ. & c. cum deteſtabile h. t. in Extravag. can. c.* 1. *h. t. can.* 2. 3. 4. *& paſſim* 1. *q.* 1. *c.* 10. *&* 39. *h. t.*

4. *Qui igitur vitium Simoniæ incurrunt, & ex quibus cauſſis?*

Ex æquo tam ementes quam vendentes, de quo extat antiqua definitio Patrum; *Anathema ſit danti, & accipienti.* Præterea & qui ſive danti, ſive accipienti, vel proxeneta, vel interceſſor, vel cooperator fuerit, in reatu eſt Simoniæ. Cauſſa Simoniæ generalis eſt, quod detur aliquid temporale pro re ſpirituali, vel ei adnexa. Particulares cauſſas aliquot retuli ſupra, quibus alii addi poſſunt: ut ſi pro ordinatione aliquid datum; vel acceptum fuerit; ſi pro conſecratione,

vel

vel benedictione Epiſcoporum, aut Abbatum; ſi pro electione, præſentatione ſeu nominatione; pro inſtitutione ſeu inveſtitura ſacerdotum; ſi pro ingreſſu Religionis, & receptione Monachi.

c. 9. & 16. t. c. 8. & c. 19. eod. Navar. in Manual. c. n. 506. c. 18. & ibi gl. h. t. arg. c. Ex tua 20. h. t. Wameſ. conſ. 561. n. 4. eod. tit.

5. *Quæ cauſſa excuſant ab hoc vitio?*

Excuſat I. Si aliquid detur ex mera liberalitate & eleemoſyna; nec animus adſit emendi, vel vendendi.

II. Modicitas & exiguitas rei, ſeu pretii, quod pro re ſpirituali datur, & pellicere, aut pervertere animum accipientis non ſolet, dummodo non ex pacto detur: ſed ex mera liberalitate.

III. Quando temporale aliquid intervenit, non primario, ut dicunt, ſed ſecundario, tanquam pro cauſſa impulſiva & excitativa. Exemplum ponunt in eo, qui ſervit Epiſcopo ſpe futuræ alicujus remunerationis, abſque ulla vel pactione, vel conditione, & modo principaliter hac intentione non ſerviat. Item in eo, qui Eccleſiam frequentat, ut diſtributiones quotidianas lucretur, alias forte non frequentaturus: quia ideo diſtributiones illæ ſunt introductæ, ut Canonicis eſſent incitamento vacandi diligentius horis Canonicis.

c. Cum 12. & gl. h. t. Navar. d. c. 13. n. 101.

IV. Ne-

IV. Neceſſitas, quæ legem non habet: item redemptio injuſtæ vexationis ſive vexæ, ut loquuntur, pro jure in beneficio ſibi quæſito tuendo, ac retinendo.

Glin. can. De Cler. non reſid. Nava. loc. cit. c. 28. b. 1. Leſſ. de jure & juſt. lib. 2. c. 35. dub. 7. n. 39. & dub. 18. n. 106. can. fin. 1. qu. 2.

V. Laudabilis, & pia conſuetudo exigendi, vel ſolvendi aliquid pro ſepultura & exequiis mortuorum, pro benedictionibus nubentium, & ſimilibus. Laudabilem dico conſuetudinem, nulli pactioni alligatam, quæ ex pia fidelium devotione, ſpontaneaque & libera oblatione originem habuerit. Sed & quod ſic ſolvitur, dici poteſt ſolvi intuitu laboris extrinſecus impenſi, & in ſtipendium ſuſtentationis.

6. An admittenda ea conſuetudo, quo pro inſtitutione, admiſſione ad poſſeſſionem, ſeu inſtallatione, aliave proviſione, aliquid dari conſuevit, vel deduci de fructibus?

Seſſ. 34. c. 14. de re. form. regni.

Conſuetudines ejusmodi deteſtatas Synodus Trid. mandat Epiſcopis, ut, quæ in uſus pios non convertuntur, atque ingreſſus eos, qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ avaritiæ ſuſpicionem habent, fieri non permittant: illis tantum, quas ut laudabiles probaverint, exceptis. Non permittit quoque Conc. aliquid deduci ex fructibus in receptione novi Canonici,

nici. Quod tamen hodie experimur non ita rigide & ad amuſſim obſervari, ſive ex conſuetudine immemoriali, ſive ex privilegio, certis Capitulis conceſſo.

7. Quomodo excuſas a vitio Simoniæ pacta illa & conventiones, quas hodie fieri videmum de dote certa inferenda in monaſterium pro receptione Monachi, vel Monialis?

Ex eo, quod id, quod dicitur dari pro ingreſſu Religionis, non tam detur pro ipſo ingreſſu, ſtatuque Religionis, qui vere ſpiritualis eſt, & natura ſua inæſtimabilis; ſed vel intuitu ſuſtentationis, quod eſt onus temporale prætio æſtimabile, idque ad evitandum gravamen ipſius monaſterii, maxime, ſi inopia prematur, & reſtitutum ſit reditibus ac proventibus ad ſuſtentationem, neceſſariis: vel intuitu reparationum & onerum ſimilium, etiam in monaſteriis, utcunque abundantibus. Et hanc praxin, longa conſuetudine firmatam hodie fere paſſim receptam videmus.

Vide Garſ. de Benef. p. 8. c. 1. n. 24. & ſeq. Zyp. in Anal. jur. Pont. novi h. t. n. 9.

Vide Navar. de Redit. b. Eccleſ. q. 1. monito ult. c. 3. h. t. c. 7. & c. Licet He. li. 3. h. t.

8. Qui accuſare de Simonia poſſunt?

Imprimis quilibet Catholicus, qui ad hoc etiam magis eſt precibus exhortandus;

dus; Imo & ſervi adverſus dominos, & criminoſi quilibet admittuntur non ſolum ad accuſandum; verum etiam ad teſtificandum.

9. *Quæ ſunt pœnæ Simoniacorum?*

Imprimis Simonia mentalis, quæ in ſolo propoſito interno conſiſtit, pœnarum Eccleſiaſticarum incapax eſt, ſi utique nihil datum, aut acceptum fuerit, cum intentione tamen recipiendi aliquid; vel ſi exhibitum quidem ſit munus a manu, ceſſante tamen pacto omni, explicito, aut implicito. Quo caſu ſaltem de facto Simonia non punitur, nec obligat ad reſtitutionem ejus, quod datum, acceptumve fuerit. Secus in uſura mentali conſtituit Pontifex, ut hæc in foro poli, ut loquuntur, ſeu animæ obliget ad reſtitutionem ejus, quod ultra ſortem receptum eſt.

c. ult. & ibi Navar. n. 12. c. Conſulit inf. de uſur.

10. *Quæ eſt ratio hujus conſtituti juris?*

Quod receptio uſurarum ſemper ſit injuſta, nec ullo colore effici juſta poſſit: earumque prohibitio ex jure cum divino, tum humano tam eſt ſtricta, ut adverſus eam nulla conſuetudo queat introduci. At vero Simoniæ non ita ſtricta eſt prohibitio (licet hæc quoque ex utro-

c. 3. & ibi gl. inf. de uſur.

que

que jure, divino & humano, proveniat)
quin adverſus eam in certis caſibus, lau- *c. 24. h.*
dabilis conſuetudo locum habere poſſit. *Vide Co-*
Alii differentiæ rationem inde petunt, *var.3.Var.*
quod in Simonia pariter turpe ſit & dare *1. n. 5.Gu-*
& accipere, in uſura vero non niſi ex parte *tier. 2.*
recipientis turpitudo verſetur, ideoque ex *Can.q. 23.*
hac concedi reſtitutionem ejus, quod tur-
piter acceptum eſt, non ex iſta.

II. *Simonia conventionalis quomodo punitur?*

Hæc licet ab altera parte tantum complementum acceperit, omnibus pœnis juris ſubjacet, retrotrahendis ad initium contractus, ut exinde collatio ſit invalida tanquam ſimoniace facta; excepta irregularitate in eo, qui celebravit poſt completam ab una parte ſimoniam, & ante completam ab altera. Ubi vero *arg. c. Apo-*
per traditionem utrimque ſubſecutam *ſtolica inf.*
perfectionem ſuam accepit, præter rea- *De Cler.*
tum peccati mortalis, & infamiam a jure *excom.*
inflictam, gravioribus etiam pœnis ſubjiciunt, ut ſunt, *Excommunicatio*, a qua ſolus Pont. abſolvit, præterquam in mortis articulo. *Suſpenſio*, olim perpe- *d. c. Cum*
tua, ſed quam Pius V. temporariam fe- *deteſtabil.*
cit, & ad decennium reduxit. Sixtus V.

 male

male ordinatos & ab ordine ſic ſuſcepto & ab omni ſpe ac facultate ad ulteriores aſcendendi ſuſpendit. Clemens denique VIII. ac hanc aliaſque pœnas mitigavit, atque ad juris communis terminos revocavit. *Privatio*, *Depoſitioque*, quæ locum habet, tum in beneficiis Eccleſiaſticis, tum in aliis officiis ſimoniace impetratis. *Irregularitas*, quæ incurritur propter excommunicationem & ſuſpenſionem præcedentem, nempe excommunicato aut ſuſpenſo divina faciente: atque hanc ulterius ſequitur *Inhabilitas*, non tantum ad beneficium ſimoniace obtentum, ſed etiam ad alia quæcunque. Denique *Reſtitutio* pretii accepti pro re ſpirituali, & fructuum omnium interea perceptorum ex beneficio ſimoniace obtento, facienda Eccleſiæ, cui injuria facta.

Anno 1595. *c.* 11. *h. t.* & *c.* 2. *ſup. de confeſſ. c.* 27. *h. t. Wameſ. conſ.* 561. *n.* 8. *h. t. d. c.* 11. *Covarr. ad c. Peccatum p.* 2. §. 2. *n.* 6.

Ne Prælati vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu cedant.

TIT. IV.

Tit. hic pendet a ſuperiori, & ejus veluti pars eſt, quia contrahitur etiam Simonia, quando Prælati vices ſuas, id eſt, poteſtatem & jurisdictionem ſibi competentem vel Eccleſias ſub certa aliqua penſione aliis addicunt vel elocant.

1. Cir

1. *Cur hoc prohibitum eſt Prælatis?*

QVod Eccleſiaſtica Jurisdictio & poteſtas ſit res ſpiritualis, quæ ut vendi, ita elocari aut aliter cedi, absque ſimonia non poteſt. Ita Parochus neque pro confeſſionibus audiendis neque pro Sacramentis adminiſtrandis alteri communicare aut delegare vices ſuas poteſt, ut neque conductitiis Presbyteriis concedere. Eſt & hæc prohibitionis ratio, quod hujusmodi res ad gravamen ſubditorum & ſubverſionem judiciorum, redundare judicetur, ex eo, quod concuſſionis materiam præbere videatur.

ca. Videntes 1. qu.3. c. Ad noſtram 21. ſup. de Sim. c.1.h. t. Conc. Trid. ſeſſ. 25.c.11. d.c. 3. h. t.

2. *Prohibitio hæc an etiam ad fructus Eccleſiarum vel beneficiorum extendenda?*

Nequaquam, cum fructus cæteræque obventiones nullam rei ſpiritualis rationem habent, ac proinde licite cedi & locari poſſint. Non quidem ad longum tempus; quia ſaperet talis locatio quandam alienationem: ſed olim quidem ad ſeptennium, hodie ad triennium duntaxat.

c.ult.h.t.c. Ambitioſæ De reb.Eccleſ.non al. in Extravag. Conc. Trid. Seſſ. 25 c.11.Covar. 2. Var.6.16.

De Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

TIT. V.

Hic quoque Tit. velut appendix eſt Tit. de Simonia: nam & hi prope ad Simoniæ crimen accedunt, quia aliquid exigunt pro licentia docendi.

1. *Qui igitur incurrunt hoc crimen?*

CAnonici, quos vulgo Scholaſticos vocant, qui ſcilicet non, niſi accepta pecunia, aliquem ad docendum admittunt, Non eſt autem hæc vere Simonia, quia licentia docendi vere non eſt res ſpiritualis; niſi quatenus actus eſt jurisdictionis ſpiritualis, ex jurisdictione aliqua Eccleſiaſtica, ſeu Epiſcopali, ſeu quaſi ſpirituali
c. 1. h. t. c. 2. procedens. Et propterea tales non puniuntur ut Simoniaci, ſed lenius, nimirum
eod. c. 3. beneficiis ſuis ſpoliantur, quodque promiſſum eſt, & non acceptum remittere, acceptum vero reſtituere tenentur, item idoneus ad docendum admittere gratis.
eod. Vide Navar. var. in Man. c. 23. n. 58.

2. *Licetne ipſis Magiſtris, qui non habent, unde vivant, pro docendi laboribus exigere & accipere aliquid a diſcipulis?*

Omnino, neque hoc ſpeciem aliquam habet Simoniæ: veruntamen ut liberaliter & gratis doceant, conſtitutum eſt,

in

in ſingulis Eccleſiis cathedralibus deliga- *d. c. 1. & 4.*
tur Magiſter aliquis ad docendum Theo- *b. t.*
logiam, vel etiam in aliis Eccleſiis, qui
Grammaticam doceat, cui ſalarii loco *c. ult. in fi-*
adſignatur fructus annuus Præbendæ. *ne b. t. Vi-*
Idque cum privilegio, ut & Magiſtri S. *de Conc.*
Theol. & ſtudioſi abſentes per quinquen- *Trid. Seſſ.*
nium continuum recipiant integre pro- *de reform.*
ventus beneficiorum ſuorum. *c. 1.*

De Judæis, Sarracenis, & eorum ſervis.

TIT. VI.

1. Quos hic vocas Judæos, & quos Sarracenos?

J*Udæorum* nomen hoc loco non tam gentis eſt, quam impiæ & nefariæ ſectæ. Nam Judæi, licet olim verum De- *Levit. 13.* um colerent, & feſta legalia, veteri Teſtamento ad literam ſuperſtitioſe intellecto, obſervare hodieque utcunque ſoleant: in hoc tamen maxime nefarii ſunt & impii in Deum, quod Chriſtum Dominum negent eſſe verum Deum: *Sarraceni* vero (quo nomine veniunt hic Turcæ, Perſæ, Tartari, Arabes, cæterique Mahometicæ ſectæ addicti) nec vetus nec novum Teſtamentum recipiunt, & nefarie quoque peccant, Chriſtum negan-

*Niceph. lib.*11.*c.*47. *lib.* 6. *var. hiſt. c.* 28.

tes Salvatorem. Dicti autem Sarraceni vel a *Sara* legitima uxore Abrahæ, vel potius a *Sarraco*, urbe Arabiæ: nam Sarracenorum gentem inter Arabes numerat etiam Plinius.

2. *Cur igitur Judæi permittuntur vivere inter Chriſtianos?*

Propter ſpem converſionis ad fidem, quam de iis conceperunt Principes Chriſtiani: qui propterea, præter manſionem, & aria illis conceſſerunt. Quædam etiam iisdem interdicta & negata ſunt. Conceſſum eſt, ut legibus ſuis inter ſe vivant, ut ſynagogas ſuas habeant, veteresque reficiant & fulciant, non etiam novas ædificent: ita tamen, ut ex hujusmodi conceſſione non inſoleſcant, & ſcandalo ſint Chriſtianis.

*c.*7. *b. t.* & *l. ult. C. eod. tit.*

c. 4. *b. t.*

3. *Quæ interdicta & negata ſunt Judæis inter Chriſtianos degentibus?*

I. Arcentur ab omnibus honoribus, dignitatibus atque officiis publicis. II. Prohibentur die Paraſceves prodire in publicum, totoque illo die oſtia vel feneſtras habere apertas, ne occaſio ſit illud Chriſtianis in contemptum Creatoris ac Redemptoris ſui. III. Prohibentur inſuper in domo dominioque ſuo ſer-

c. 16.&18. *b.t.d.l.ult. eod.*

c. 4. & 15. *b.t.c.*2.& 5. *b.*5. *l.*56.

ſervos habere Chriſtianos. IV. Interdictum, ne Judæis cum Chriſtiana, aut contra, matrimonio jungatur, aut alias commiſceatur. Denique interdicta eſt Chriſtianis omnibus omnis familiaritas & domeſtica conſuetudo cum Judæis, ſub pœna excommunicationis, ne conſuetudine vitæ pelliciantur vel ad Judaiſmum, vel ad Paganiſmum, Exceptis Clericis & Religioſis, qui a ſuperioribus ſuis ad prædicandum Evangelium Judæis & Sarracenis mittuntur. *can. Caut. & can. Si quis Judæi na XXVII q. L. d. c. 5. c. 8. & 13. h. t.*

De Hæreticis.

TIT. VII.

Differunt a Judæis ac Sarracenis Hæretici, quod hæretici contradictores ſint fidei ſemel in baptiſmo ſuſceptæ; illi vero, quam nunquam ſuſceperunt, cæcamenta oppugnent. *d. c. 8. c. 10. eod.*

1. *Hæreſis quid & unde dicta?*

HÆreſis eſt de aliquo dogmate falſo, fidei orthodoxæ contrario firmata opinio. Dicta ab Electione, quod eam ſibi quisque doctrinam eligat, quam putat eſſe meliorem, a Græco verbo αἱρέομαι, id eſt, *Eligo:* unde *Hæreſis* ſive *Secta*, nomen olim neque odioſum, neque apud vulgus infame, prout hodie. *can. Hæreſis XXIV. q. 3.*

can. 28. XXIV. *q*. 8 **2. *Quis igitur dicendus Hæreticus?***

Hæreticus, definiente D. Auguſtino, eſt, qui alicujus temporalis commodi & maxime vanæ gloriæ, principatusque ſui gratia, falſas ac novas opiniones vel gignit vel ſequitur. Qui ſcil. quolibet modo & vel levi argumento a fide orthodoxa ac religione Catholica, quam Romana profitetur Eccleſia, deflectit & diſſentit. *l.* 2. *C. eod.*

(Non recte deſcriptioni hæretici inſeritur, quod is ſit hæreticus, qui ab ea religione, quam *Romana* Eccleſia profitetur, deflectit.)

can. qui in Eccleſ. XXIV. *q*. 5. *c. Hæretici* XXIV. *q*. 1. **3. *Quæ ſunt requiſita, ut quis proprie Hæreticus & ſit, & ut talis puniri poſſit?***

I. Requiritur, quod, cum baptizatus eſſet, & per hoc fidei Chriſtianæ initiatus, ab eadem fide defecerit: cum nemo poſſit dici deſerere fidem, quam nunquam ſuſceperit, veluti Pagani, Judæi, & reliqui alieni a fide. Et ſufficit vel in uno fidei articulo, quem ſcientem volentemque aberraſſe. II. Quod errorem illum ſuum mordicus ac pertinaciter defendat, & corrigi nolit. Atque ad hæc duo capita referri poſſunt, quæ præterea alii hic requirunt. *Covarr.* 3. *Var. c.* 1. *ſub num.* 2. *l.* 4. *in fin. C. de hær.*

4. *Qui*

4. *Qui ad accuſandum in hoc crimine admittuntur?*

Omnes, etiam illi, qui alias jus accuſandi non habent; quomodo & in crimine læſæ majeſtatis humanæ obtinuit; veluti ſervi contra dominos, laici adverſus Clericum, Hæretici adverſus Hæreticum aut alias criminoſi: quia hæreſis crimen eſt publicum, quod in omnium cedit injuriam. *c.* 14. *ſup. de teſtib. d. l.* 4. §.1. *C. h. t.*

5. *Quæ ſunt remedia opportuna arcendo huic malo?*

I. Interdicitur laicis omnibus omnino, ne ſibi vindicent auctoritatem prædicandi verbum Dei, neve conventus aut conciliabula occulta cogant, Sacerdotum ſimplicitate ac familiaritate contemptim habita. Id quod hodie ſectariis noſtris admodum eſt ſolemne. Imo ne Clericis quidem permittitur munus concionandi exercere, niſi hoc eis a S. Pont. vel ab Epiſcopo concedatur. II. Jubetur quilibet Archiepiſcopus, Epiſcopus, per ſe, vel per Archidiaconos ſuos, aut alias perſonas idoneas, bis aut ſaltem ſemel in anno ſuam circumire ac viſitare diœceſin, inquirere in hæreticos aut ſuſpectos de hæreſi &c. III. Moniti ac requiſiti ab Eccleſia Principes, vel poteſtatem aliquam in Republ. Chriſtia- *c.* 12. *& c.* 13. §. *quia vero cum c. ſeq. h. t. d. c.* 12. §. *quia vero. d. c.* 13. §. *adjicimus.*

d. c. 13. §. ſtiana obtinentes, terram ſuam ab hæreti-
[...]oneatis. ca fœditate purgare tenentur.

6. *Quæ ſunt pœnæ Hæreticorum?*

I. *Excommunicatio*, eaque latæ ſententiæ, ſeu ipſo jure incurrenda, non tantum ab hæreticis notoriis, aut de hæreſi ſuſpectis, verum etiam ab eorum receptatoribus, defenſoribus, fautoribus, aut qui cum hæreticis familiariter verſantur, commercia exercent, aliave communicant. Quamvis id hodie apud Germanos ac Belgas in tanta hæreticorum coll[...] & frequentia difficulter obſervari [...]oſſit. Unde ibidem communicare, commerciaque exercere cum hæreticis licet, citra metum excommunicationis aut læſæ conſcientiæ.

(Indigne hæreticorum nomine Autor etiam Auguſtanæ confeſſioni addictos Germanos & Belgas arguit.)

II. *Irregularitas*, & quæ inde ulterius conſequitur, *Inhabilitas* ad officium vel ordinem Eccleſiaſticum, aut aliud quodlibet officium publicum obtinendum, privatioque beneficiorum omnium jam obtentorum tempore criminis, idque ipſo jure: ut tamen ad executionem non procedatur, niſi præcedente ſententia declaratoria judicis.

c. 2. §. hæretici h. t. in 6.

Covarr. 2. Var. c. 3. n. 4.

III. *Con-*

III. *Confiſcatio* bonorum omnium patrimonialium, idque ſimiliter ipſo jure, ſive ex die commiſſi criminis. Ut etiam executio fieri non poſſit ante declarationem criminis a judice competente factam. *c.10.§.1.& d. c. 13 §. damnati b.t. c.19. eod. in 6.*

Hæreticorum, qua talium bona non recte confiſcantur.

IV. *Mors* ſive ultimum ſupplicium, quæ pœna alibi gladii eſt: alia alibi, & fere arbitraria. Conſuetudo pœnam ignis paſſim recepit, ex lege Friderici II. Imp.

(Multo minus morte hæretici, qua tal[illegible] niendi ſunt: Hæreſis enim in errore intelle[illegible] conſiſtit: Magiſtratus vero in intellectum [illegible] lum habet imperium: nec ille de occulta voluntatis malitia, an quæ ſubſit, facile judicare poteſt. Add. 2. *Tim.* II. v. 24. 2. *Cor.* 12. v. 4. *Matth.* 19. v. 14. 15. vid. Thuanus *præfat. Hiſtor.* Gerhard. *loc. d. magiſtr. polit. n.* 314. & *ſeqq.* Carpz. prax. Crimin. *Part.* 1. *quæſt.* 44. Struv. progymn. *in Cod. d. jur. ſacr. ad tit. d. hæretic. l.5.* Conf. *epitom. proceſſ. d. occid. hæretic. & v. conſcient. inſer.* inter Juſt. Lipſ. & Theodor. Coornhertium.)

De Schiſmaticis & ordinatis ab eis.

TIT. VIII.

Proximi Hæreticis ſunt Schiſmatici, cum nullum ſit Schiſma, quod non fingat ſibi hæreſin aliquam.

1. *Quid*

1. *Quid igitur eſt Schiſma?*

Est crimen, quo quis ab unitate Eccleſiæ diſceſſionem facit, eamque ſcindit quodammodo, ſe ab obedientia ſummi Pont. ejus capiti debita, ſubtrahendo; quod & nomen Schiſmatis indicat, a Schiſſura dictum.

(Haud recte additur deſcriptioni Schiſmatis, quod is hoc crimen committat, qui *ab obedientia Pontifici, ac ſi hic caput Eccleſiæ ſit, debitâ ſubtrahit.*)

2. *In quo differt Schiſmaticus ab Hæretico?*

Quod Hæreticus pravum aliquod dogma contra Eccleſiam Catholicam pertinaciter defendat. Schiſmaticus vero nullum quidem pravum dogma ſequatur, ſe tamen dividat, & ab Eccleſia Romanæ unitate deficiat. Itaque omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus, ſed non e contra omnis ſchiſmaticus eſt hæreticus, quamvis poſtea ſchiſmaticus fere incidat in hæreſin aliquam. Unde eodem ordine habendi ſchiſmatici, quo hæretici, iisdemque pœnis ſunt obnoxii.

c. un. b. t. in 6. Jac. Pamel. in Ep. 55. D. Cyp.

(Similiter nec is Schiſmaticus eſt, qui ab Eccleſiæ Romanæ unitate deficit: Rectius vero Schiſmatici dicuntur, qui fundamentum quidem ſanæ doctrinæ retinent, ſed errant in rebus indifferentibus, ac inde ſeſe ab Eccleſiæ communione ſe jungunt. Atque hi, niſi in hæreſin aliquam incidant, iisdem cum hæreticis pœnis non

non ſunt obnoxii. Add. Joh. Gerhard. *loc. d. miniſt. Eccleſ. n. 370.)*

3. *Quid cenſes de ordinatis a Schiſmaticis?*

Ordinationes hujusmodi eſſe irritas atque inanes: & a ſchiſmatico ordinatum protinus ab officio repellendum eſſe, niſi legitime cum eo fuerit diſpenſatum. Ergo ordinatus a ſchiſmatico manet quidem ipſo jure ſuſpenſus ab officio & uſu Ordinis, tenet vero Ordo ſic ſuſceptus: quia Ordines per ſe ſubſiſtunt & imprimunt characterem. *c. 1. h. t. c. 2. eod. Hoſtien. in Summa h. t. num*

(Cum Autor Titulos [illegible] dam omiſerit, lubuit iſt[illegible] Andreæ Vallenſis Prof[illegible] nienſis Paratitlis Decretali[illegible] ſupplere.)

TIT. IX.
De Apoſtatis & Reiterantibus bapti-ſmum.

Apoſtatarum ſacrilegum quoque nomen eſt, *l. C. 4. de Apoſtatis:* & Apoſtaſia graviſſimum crimen, in ipſum Deum principaliter tendens. Imo Apoſtatæ in eo deteriores hæreticis ſunt, quia fidem ſemel in baptiſmo ſuſce-

ſceptam, non in parte, ut hæretici, ſed in totum deſerant, *l.* 1. 2. *&* 3. *C. eod.* Additur de Reiterantibus baptiſmum, quia & hi velut apoſtatæ ſunt, dum a priori baptiſmo recedunt per ejus reiterationem.

1. *Quid eſt Apoſtata, & quid Apoſtaſia?*

Apoſtata Græcis idem eſt, qui Latinis deſertor ſeu rebellis vel etiam transfuga, ut qui a Principe vel duce ſuo ad hoſtes tranſit ſeu fugit: & Apoſtaſia idem quod rebellio ſeu deſertio, a Græco ἀποστέω, id eſt deficio, vel deſero. Hic [illegible] is ſumitur Apoſtata, pro eo, [illegible] temerarie recedit a ſtatu fidei, vel o[illegible]entiæ, aut religionis, quam ſemel profeſſus eſt. Diciturque Apoſtata, quaſi retro [illegible]ans ſive abiens, ut ex D. Auguſt. refert [illegible]tianus, *can. Non obſervatis XXVI. q.* 7. & Apoſtaſia ſignificat ejusmodi temerarium receſſum; quanquam hæc alluſio potius ſit ad nomen, quam origo nominis.

2. *Quotupliciter ſumitur Apoſtata?*

Nomen Apoſtatæ tripliciter hoc loco ſumitur. I. Pro eo, qui deſerit ſuſceptam ſemel a ſe fidem Chriſtianam, & trans-

tranſit ad Judaiſmum, Paganiſmum aut Mahometi impietatem; diciturque Apoſtata perfidiæ vel renegatus, de quo loquitur tex. *in can. Non poteſt* 2. *q.* 7. Differtque ab Hæretico, qua is tantum ex parte deficit a fide Catholica, Apoſtata vero ex toto: a Pagano autem differ- quod is contradicat fidei, quam nul modo ante ſuſcepit, Apoſtata vero re gnet fidei, quam ante reipſa fuit feſſus: a Judæo diſtinguitur, qı contradicat fidei, quam in typi- ris & umbris ante tenuit. II. L Apoſtata, qui Monaſticam Religi & III. Qui ſuſceptum o-diner ſerit, *can. fin. Diſt.* 50. *can.* *Diſt.* 47. *can. Beatus* III. *q.* 4. genus Apoſtatarum, eorum ſuperioris vel Eccleſiæ pı grediuntur. *c. ſi quis* 2. *&c.* *Majorit. & obed.* vide Gloſſ. & *c.* 1. *h. t.* late Menoch. *De arbitr.* *lib.* 2. *cap.* 6. *caſu* 549. & Maſcard. *bat. concl.* 112.

3. *Quæ eſt pœna Apoſtatarum.*

Diverſimode autem Apoſtatæ re coercentur. Primo publicatione bonorum, non extantibus propinqui *l.* 3. *&* 4. *C. eod.* Jus præterea teſt

vel teſtimonii dicendi, vel ſuccedendi non habent, *d. l.* 3. *C. eod. can. Non poteſt* 2. *q.*7. ipſoque Jure ſunt infames, *can. Alieni* 2. *q.*7. *d. can. Beatus. can. ſi quis* III. *q.* 4. & qui alteri Apoſtaſiæ autor fuerit, eum cum diſpendio fortunarum etiam capite puniendum cenſuerunt Theoſ. & Valentin. Impp. *l.* 5. *C. eod.* Inſuper Apoſtatæ Religionis mancipandi ſunt carceris, donec deſertum Religionis habitum mpſerint, *c. penult. hoc tit.* & deprein crimine, qui ſcilicet deſerto ordi-cali & habitu in apoſtaſia tanquam converſantur, poſt trinam quidem ionem, ſi clericus fuerit primæ ton-i vero ordinis apoſtatæ ipſo ju-munius obtinuit, vel poſt u-nonitionem, amittunt privi-le, *c.* 1. *h. t. juncto c. Inaudi-. Contingit.* 45. *inf. de ſent.* quod accipe de privilegio ca-*uis ſuadente XVII. q.* 4. Et pro-in eos manum injicientes non inci-in dicti canonis excommunicatio-m. vid. Panorm. *in d. cap.* 1. *h. t.* Bern. Diaz. *in Pract. Crim. Canonica cap.* 142. & Covarr. *Pract. quæſt. cap.* 32. *n.* 4.

4. Quomodo præcavenda Apoſtaſia, ejusve ſuſpicio?

Ut

Ut vero in Religioſis, ſeu Regularibus Apoſtaſiæ ceſſet ſuſpicio, mandat Conc. Trid. *Seſſ.* 25. *cap.* 29. ut nemo Regularis, cujuscunque facultatis vigore, transferatur ad laxiorem Religionem, neve habitum Religionis ſuæ occulte ferat, ſed publice. Et *cap.* 4. *ejusd. Seſſ.* vetat, ne Regulares a ſuis recedant conventibus, etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedendi, niſi ab eisdem miſſi aut vocati fuerint. Statuitque, ut, qui ſine prædicto mandato, in ſcriptis obtento, [illegible] tus fuerit, ab Ordinariis locorum [illegible] quam deſertor ſui Inſtituti, puni[illegible] Nihil autem inibi defi[illegible] de [illegible] æque arctam vel arctiorem [illegible] Sed extat ea de re Conſtitutio [illegible] 1569. quam refert Azor. 1. *p. Moral. lib.* 12. *cap.* 14. qua reſcindit & ab[illegible] mnes facultates, præter Jus c[illegible] conceſſas, recipiendi vel retin[illegible] ligioſos alterius ordinis, etiam laxioris. Refert ibidem & aliam Pii IV. Conſtitutionem, qua facultatem ſummi Pœnitentiarii reſtrinxerat, ſtatueratque, ne ex cauſis, etiam piis, facultatem ſtandi extra monaſterium concederet, citra conſenſum ſuperiorum; & alia, quæ ibid. videre licet. Aliarum præterea Conſtitutionum extravagantium, huc ſpectan-

 [illegible]m.

tium, meminit Zerola *p.* 2. *V. Monachi* §. 8. 9. & 10. Sunt autem Religioſi fugitivi quotannis requirendi & retrahendi in clauſtra, *ex Conſtit. Greg. IX. c. fin. ſup. de Regularib.* Quid vero de ejuſmodi ſtatutum ſit cum in Gallia edictis Regiis, tum in Belgio Caroli V. edicto, *dato Bruxellis* 1535. vid. apud Zyp. *b. t. num.* 7. 8. 9. ubi etiam refert, quid ſtatuerit Gregor. XIII. de bonis cum Apoſtatarum, tum ...iorum Religioſorum, extra monaſteri... morientium. Cæterum cauſas Apo...m & regularium, extra monaſteria ...gentium, Pius V. ad ſedem Apoſto... revocavit P. Matth. *in VII. De...* 7. *cap.* 2.

Quæ eſt pœna reiterationis baptiſmi.

... dum Canones clerici deponun... *c. ... quos diſt.* 4. laici vero excommunicantur, nec ad ordines admittuntur. *c. qui aliquos. diſt.* 51. *C. qui in qualibet.* 10. *q.* 7. *c.* 1. verum ſecundum leges rebaptizanti & rebaptizato ſcienter, id ..., non ignorantibus hoc eſſe prohibi...n, ſed dolo malo in reiterationem ba...mi conſentientibus pœna imponitur ...pitalis. *l.* 2. *C. ne ſanct. baptiſm. iter.* ...i etiam illicita uſurpatione, ſan-

ctita-

ctitatem Baptiſmatis geminantes ſacerdotio deſtituti legitimis pœnis ſubjiciuntur. *l.* 1. *C. ne ſanct. baptiſm. iter.*

(Daniel Venator *Analyſ. jur. Pontif.*)

TIT. X.

De his, qui filios occiderunt.

Superioribus Titulis vidimus de iis criminibus, quæ principaliter in Deum committuntur: conſequenter videndum eſt de illis, quæ principaliter tendunt ad læſionem proximi, quibusque aut corpus & vita proximi læditur, aut pudicitia thorusve offenditur, aut res & bona proximi ex[illegible]ora attrectantur, & violantur. Primi generis eſt homicidium, & inter homicidiorum genera graviſſimum, quod in filios ſit & deſcendentes, & in parentes, ſeu aſcendentes committitur, diciturque generali nomine *Parricidium*; & adeo grave eſt, ut Quintilianus in Declamationibus omnium ſcelerum maximum appellet; & Solon interrogatus, cur nullam Legem in parricidas tuliſſet, reſponderit, non exſpectaſſe ſe, tale ſcelus unquam potuiſſe committi.

1. *Quinam parricidium commi[illegible] dicuntur?*

Licet Parricidæ proprie vocentur parentum interfectores, aut qui ſuæ patriæ, quæcunque parentis eſt loco, excidium aut vim attulerint, vid. Cicero 1. *Officior.* tamen poſtea Lege Pompeja cautum fuit, ut parricidii teneantur non ſolum, qui patrem vel matrem, ſed & ii, qui fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, filium, filiam, & alias perſonas, *in l.* 1. *D. ad L. Pomp. de parric.* enumeratas, occiderint.

2. *Quæ eſt pœna parricidarum?*

Pœna parricidarum more majorum, ſive de Jure Civ., fuit hæc, ut virgis ſanguineis verberati, ac deinde inſuti culeo cum cane & gallo gallinaceo, vipera & ſimia, in mare vel amnem projicerentur, *l. penult. D. d. tit.* Cicer. *pro Roſcio Amerino.* vid. Gregor. Tholoſan. *Syntag. Juris univerſi, lib.* 36. *cap.* 24. Gothofred. *ad l. penult.* Jure vero Canonico ſuadetur matri, quæ iracundiæ calore ducta filium occiderit, ſiquidem innupta vel vidua ſit, ut in monaſterium ingrediatur, in quo reliquo vitæ curſu peccatum deploret, *c.* 1. *h. t.* Quod ſi infans de nocte cum patre, & matre moriatur, nec appareat, utrum a patre

patre vel a matre oppreſſus ſit vel ſuffocatus, extra culpam omnem non ſunt parentes, indiciturque pœnitentia trium annorum, quorum unum peragant in pane & aque *cap. ult. h. t.* ſi quidem peccaſſe in eo intelliguntur, quod infantem in communem lectum recipiendo, periculo oppreſſionis vel ſuffocationis expoſuerint. Qui matrem occiderit, eodem Jure pœnitere debet per decem annos, juxta formam præſcriptam *In Can: Latorem XXXIII. q. 2.* At vero, qui parentem per furorem occiderit, impunitus manebit; nam ſufficit eum furore ipſo puniri, *l. penult.* §. *fin. ad L. Pompej. De parricidiis l. 14. De officio Præſidis.*

TIT. XI.

De Infantibus & Languidis expoſitis.

Omni quoque inhumanitate & crudelitate referri ſunt, & tanto deteriores homicidio, quanto calamitoſioribus id inferunt, inquit Juſtin. *Novel.* 153. *in fine*, qui ſcilicet infantes ac minores ſeptennio exponunt, ſeu abjiciunt, ut vel pereant, vel ab aliis, commiſeratione motis, ſuſcipiantur & [illegible]

Can. ſi expoſitus Diſtinct. 87. Etenim necare videtur non tantum is, qui partum præfocat, ſed & is, qui abjicit, & is, qui alimenta denegat, quique publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet, *l. Necare* 4. *D. De agnoſc. & alendis Lib.*

1. *Quæ eſt pœna exponentium infantes?*

Digni ſunt pœna homicidii. *L.* 2. *C. eod. l. nec filium C. de patr. poteſt. l.* 1. *§. pœna D. De agnoſc. Lib.* Et, ſi pater fuerit, amittit Jus patriæ poteſtatis: ſi Dominus, Jus dominicæ poteſtatis, non tantum ſi ipſe expoſuerit, ſed & ſi ab alio expoſitum ſciverit, vel poſtea ratum habuerit: atque ita expoſitus hoc ipſo conſequetur libertatem: ultraque pœnam, quam meretur exponens filium vel filiam, privatur ſucceſſione filii, ſeu filiæ, ab inteſtato decedentis. Nam eo caſu expoſitus videtur incertum parentem habere, qui filio non ſit dignus, cum filium indignum ſe exiſtimaverit, & proinde merito omni utilitate ex eo proveniente carere debeat.

2. *Quæ eſt pœna exponentium languidos?*

Idem

Idem Juris eſt in langvidis, (id eſt, ſic viribus ob infirmitatem deficientibus, ut ad omnem pene operationem ſint inutiles) ita expoſitis, cujuscunque ætatis fuerint, ſive infantes, ſive Majores. Qui tamen hos ſuſcipiunt, non acquirunt per hoc in perſonas ipſorum aliquod jus, *c. fin. h. t.* licet aliud Jure Cod. Theodoſ. obtinuerit, ut videre licet apud Gregor. Tholoſan. *Syntagm. Juris Univerſ. Lib.* 11. *cap.* 10. *num.* 3.

3. *An impenſas repetere poteſt alens expoſitum?*

Quas Impenſas repetere poſſit is, qui infantem expoſitum aluit, brevitatis cauſa vide apud Azor. 2. *v. Moral. Inſtitut. Lib.* 2. *c.* 16. ubi tradit, omnia, quæ de parentibus exponentibus Infantes ſtatuuntur Jure Civili Canonico, obtinere in iis, qui per ſe vel per alios commode filios ſuos alere poſſunt: ſi vero præ inopia vel egeſtate aut ſine dedecore & ignominia eos alere nequeant, curent, ut in Hoſpitali ſaltem aliquo ad hoc pietatis officium extructo, educentur, prout de ſervo ſtatuitur in *L.* 1. *C. de Latina Libertate tollenda.*

TIT. XII.

De Homicidio voluntario vel caſuali.

Hominem quoque vitæ hominis inſidiari nefas eſſe, ipſa natura dictat, quæ cognationem quandam inter omnes homines conſtituit.

1. *Quid eſt homicidium, & quotuplex?*

HOmicidium eſt hominis occiſio ab homine qualitercunque facta. Vel eſt delictum, quo quis directe vel indirecte hominem interfecit. Eſtque aliud Voluntarium, aliud Caſuale, aliud Neceſſarium.

2. *Homicidium Voluntarium quid & quotuplex?*

l. 9. §. Clericor. h. t. Quod committitur animo & voluntate occidendi, concurrente dolo malo; ut ſi quis vel aperto Marte, vel per inſidias, ſive veneficio aut pharmaco, aliove modo aliquem e medio tollat; idque vel per ſeipſum vel per alium, mandando, conſulendo, opem ferendo. Et eſt vel *ſimplex*, conſiſtens intra limites ſimplicis homicidii; vel *deliberatum* ſeu *qualificatum*, ut ſi quis præmeditate ac

deſti-

deſtinata voluntate, vel per ſe, vel per conductos ad hoc ſicarios, aliquem interficiat.

3. *Quid Caſuale, & cui ex qua cauſſa imputandum?*

Quod caſu, præter intentionem & opinionem occidentis, citraque dolum committitur. Quod, quando culpam aliquam adjunctam habet, merito imputatur ſuo auctori: ut ſi quis rei licitæ quidem det operam, ſed peccet in circumſtantiis aut modum excedendo, aut debitam diligentiam non adhibendo, quemadmodum de ludimagiſtro alibi reſcriptum eſt. Item ſi rei ſimpliciter illicitæ, vel ſibi ſaltem illicitæ det operam. *c. 7. h. t. ad de l. 6. D. ad L. Aqu. c. 8. 10. & 19. h. tit.*

4. *Quid Neceſſarium?*

Quod fit ad neceſſariam ſui defenſionem, ob vim illatam, quam repellere leges omnes permittunt: modo id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, hoc eſt, non ad vindictam, ſed tantum injuriæ propulſandæ & avertendæ gratia. Neceſſarium quoque eſt, quod fit auctoritate, vel legis, vel ſuperioris jus gladii habentis. *l. 3. D. De juſt. & jur.* *c. Significaſti 18. h. t.*

vel teſtimonii dicendi, vel ſuccedendi non habent, *d. l.* 3. *C. eod. can. Non poteſt* 2. *q.* 7. ipſoque Jure ſunt infames, *can. Alieni* 2. *q.* 7. *d. can. Beatus. can. ſi quis* III. *q.* 4. & qui alteri Apoſtaſiæ autor fuerit, eum cum diſpendio fortunarum etiam capite puniendum cenſuerunt Theoſ. & Va-entin. Impp. *l.* 5. *C. eod.* Inſuper Apo-atæ Religionis mancipandi ſunt carceri-s, donec deſertum Religionis habitum mpſerint, *c. penult. hoc tit.* & depre-in crimine, qui ſcilicet deſerto ordi-cali & habitu in apoſtaſia tanquam converſantur, poſt trinam quidem ionem, ſi clericus fuerit primæ ton-i vero ordinis apoſtatæ ipſo ju-munius obtinuit, vel poſt u-nonitionem, amittunt privi-le, *c.* 1. *h. t. juncto c. Inaudi-. Contingit.* 45. *inf. de ſent.* uod accipe de privilegio ca-*uis ſuadente XVII. q.* 4. Et pro-in eos manum injicientes non inci-in dicti canonis excommunicatio-m. vid. Panorm. *in d. cap.* 1. *h. t.* Bern. Diaz. *in Pract. Crim. Canonica cap.* 142. & ovarr. *Pract. quaeſt. cap.* 32. *n.* c.

4. Quomodo præcavenda Apoſtaſia, ejusve ſuſpicio?

Ut

Ut vero in Religioſis, ſeu Regularibus Apoſtaſiæ ceſſet ſuſpicio, mandat Conc. Trid. *Seſſ.* 25. *cap.* 29. ut nemo Regularis, cujuscunque facultatis vigore, transferatur ad laxiorem Religionem, neve habitum Religionis ſuæ occulte ferat, ſed publice. Et *cap.* 4. *ejusd. Seſſ.* vetat, ne Regulares a ſuis recedant conventibus, etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedendi, niſi ab eisdem miſſi aut vocati fuerint. Statuitque, ut, qui ſine prædicto mandato, in ſcriptis obtento, [illegible] tus fuerit, ab Ordinariis locorum quam deſertor ſui Inſtituti, puni[illegible] Nihil autem inibi defir[illegible] de tra[illegible] æque arctam vel arctiorem [illegible] Sed extat ea de re Conſtitutio 1569. quam refert Azor. 1. *p. Moral. lib.* 12. *cap.* 14. qua reſcindit & ab[illegible] mnes facultates, præter Jus c[illegible] conceſſas, recipiendi vel retin[illegible] ligioſos alterius ordinis, etiam laxioris. Refert ibidem & aliam Pii IV. Conſtitutionem, qua facultatem ſummi Pœnitentiarii reſtrinxerat, ſtatueratque, ne ex cauſis, etiam piis, facultatem ſtandi extra monaſterium concederet, citra conſenſum ſuperiorum; & alia, quæ ibid. videre licet. Aliarum præterea Conſtitutionum extravagantium, huc ſpectan-

tium, meminit Zerola *p.* 2. *V. Monachi* §. 8. 9. & 10. Sunt autem Religioſi fugitivi quotannis requirendi & retrahendi in clauſtra, *ex Conſtit. Greg. IX. c. fin. ſup. de Regularib.* Quid vero de ejuſmodi ſtatutum ſit cum in Gallia edictis Regiis, tum in Belgio Caroli V. edicto, *dato Bruxellis* 1535. vid. apud Zyp. *b. t. num.* 7. 8. 9. ubi etiam refert, quid ſtatuerit Gregor. XIII. de bonis cum Apoſtatarum, tum liorum Religioſorum, extra monaſterimorientium. Cæterum cauſas Apom & regularium, extra monaſteria gantium, Pius V. ad ſedem Apoſtorevocavit P. Matth. *in VII. De- ... 7. cap.* 2.

Quæ eſt pœna reiterationis baptiſmi.

... lum Canones clerici deponun... *c. ... quos diſt.* 4. laici vero excommunicantur, nec ad ordines admittuntur. *c. qui aliquos. diſt.* 51. *C. qui in qualibet.* 10. *q.* 7. *c.* 1. verum ſecundum leges rebaptizanti & rebaptizato ſcienter, id eſt, non ignorantibus hoc eſſe prohibitum, ſed dolo malo in reiterationem baptiſmi conſentientibus pœna imponitur capitalis. *l.* 2. *C. ne ſanct. baptiſm. iter.* Epiſcopi etiam illicita uſurpatione, ſanctita-

ctitatem Baptiſmatis geminantes ſacerdotio deſtituti legitimis pœnis ſubjiciuntur. *l. 1. C. ne ſanct. baptiſm. iter.*

(Daniel Venator *Analyſ. jur. Pontif.*)

TIT. X.

De his, qui filios occiderunt.

Superioribus Titulis vidimus de iis criminibus, quæ principaliter in Deum committuntur: conſequenter videndum eſt de illis, quæ principaliter tendunt ad læſionem proximi, quibusque aut corpus & vita proximi læditur, aut pudicitia thorusve offenditur, aut res & bona proximi extorta attrectantur, & violantur. Primi generis eſt homicidium, & inter homicidiorum genera graviſſimum, quod in filios ſive deſcendentes, & in parentes, ſeu aſcendentes committitur, diciturque generali nomine *Parricidium*; & adeo grave eſt, ut Quintilianus in Declamationibus omnium ſcelerum maximum appellet; & Solon interrogatus, cur nullam Legem in parricidas tuliſſet, reſponderit, non exſpectaſſe ſe, tale ſcelus unquam potuiſſe committi.

1\. *Quinam parricidium committere dicuntur?*

Licet Parricidæ proprie vocentur parentum interfectores, aut qui ſuæ patriæ, quæcunque parentis eſt loco, excidium aut vim attulerint, vid. Cicero 1. *Officior.* tamen poſtea Lege Pompeja cautum fuit, ut parricidii teneantur non ſolum, qui patrem vel matrem, ſed & ii, qui fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, filium, filiam, & alias perſonas, *in l.* 1. *D. ad L. Pomp. de parric.* enumeratas, occiderint.

2. *Quæ eſt pœna parricidarum?*

Pœna parricidarum more majorum, ſive de Jure Civ., fuit hæc, ut virgis ſanguineis verberati, ac deinde inſuti culeo cum cane & gallo gallinaceo, vipera & ſimia, in mare vel amnem projicerentur, *l. penult. D. d. tit.* Cicer. *pro Roſcio Amerino.* vid. Gregor. Tholoſan. *Syntag. Juris univerſi, lib.* 36. *cap.* 24. Gothofred. *ad l. penult.* Jure vero Canonico ſuadetur matri, quæ iracundiæ calore ducta filium occiderit, ſiquidem innupta vel vidua ſit, ut in monaſterium ingrediatur, in quo reliquo vitæ curſu peccatum deploret, *c.* 1. *h. t.* Quod ſi infans nocte cum patre, & matre moriatur, nec appareat, utrum a patre

patre vel a matre oppreſſus ſit vel ſuffocatus, extra culpam omnem non ſunt parentes, indiciturque pœnitentia trium annorum, quorum unum peragant in pane & aque *cap. ult. h. t.* ſi quidem peccaſſe in eo intelliguntur, quod infantem in communem lectum recipiendo, periculo oppreſſionis vel ſuffocationis expoſuerint. Qui matrem occiderit, eodem Jure pœnitere debet per decem annos, juxta formam præſcriptam *In Can: Latorem XXXIII. q. 2.* At vero, qui parentem per furorem occiderit, impunitus manebit; nam ſufficit eum furore ipſo puniri, *l. penult. §. fin. ad L. Pompej. De parricidiis l. 14. De officio Præſidis.*

TIT. XI.

De Infantibus & Languidis expoſitis.

Omni quoque inhumanitate & crudelitate referri ſunt, & tanto deteriores homicidio, quanto calamitoſioribus id inferunt, inquit Juſtin. *Novel.* 153. *in fine*, qui ſcilicet infantes ac minores ſeptennio exponunt, ſeu abjiciunt, ut vel pereant, vel ab aliis, commiſeratione motis, ſuſcipiantur & [illegible]

Can. ſi expoſitus Diſtinct. 87. Etenim necare videtur non tantum is, qui partum præfocat, ſed & is, qui abjicit, & is, qui alimenta denegat, quique publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet, *l. Necare* 4. *D. De agnoſc. & alendis Lib.*

1. *Quæ eſt pœna exponentium infantes?*

Digni ſunt pœna homicidii. *L.* 2. *C. eod. l. nec filium C. de patr. poteſt. l.* 1. *§. pœna D. De agnoſc. Lib.* Et, ſi pater fuerit, amittit Jus patriæ poteſtatis: ſi Dominus, Jus dominicæ poteſtatis, non tantum ſi ipſe expoſuerit, ſed & ſi ab alio expoſitum ſciverit, vel poſtea ratum habuerit: atque ita expoſitus hoc ipſo conſequetur libertatem: ultraque pœnam, quam meretur exponens filium vel filiam, privatur ſucceſſione filii, ſeu filiæ, ab inteſtato decedentis. Nam eo caſu expoſitus videtur incertum parentem habere, qui filio non ſit dignus, cum filium indignum ſe exiſtimaverit, & proinde merito omni utilitate ex eo proveniente carere debeat.

2. *Quæ eſt pœna exponentium languidos?*

Idem

Idem Juris eſt in langvidis, (id eſt, ſic viribus ob infirmitatem deficientibus, ut ad omnem pene operationem ſint inutiles) ita expoſitis, cujuſcunque ætatis fuerint, ſive infantes, ſive Majores. Qui tamen hos ſuſcipiunt, non acquirunt per hoc in perſonas ipſorum aliquod jus, *c. fin. h. t.* licet aliud Jure Cod. Theodoſ. obtinuerit, ut videre licet apud Gregor. Tholoſan. *Syntagm. Juris Univerſ. Lib.* 11. *cap.* 10. *num.* 3.

3. *An impenſas repetere poteſt alens expoſitum?*

Quas Impenſas repetere poſſit is, qui infantem expoſitum aluit, brevitatis cauſa vide apud Azor. 2. *v. Moral. Inſtitut. Lib.* 2. *c.* 16. ubi tradit, omnia, quæ de parentibus exponentibus Infantes ſtatuuntur Jure Civili Canonico, obtinere in iis, qui per ſe vel per alios commode filios ſuos alere poſſunt: ſi vero præ inopia vel egeſtate aut ſine dedecore & ignominia eos alere nequeant, curent, ut in Hoſpitali ſaltem aliquo ad hoc pietatis officium extructo, educentur, prout de ſervo ſtatuitur in *L.* 1. *C. de Latina Libertate tollenda.*

TIT. XII.

De Homicidio voluntario vel caſuali.

Hominem quoque vitæ hominis inſidiari nefas eſſe, ipſa natura dictat, quæ cognationem quandam inter omnes homines conſtituit.

1. *Quid eſt homicidium, & quotuplex?*

HOmicidium eſt hominis occiſio ab homine qualitercunque facta. Vel eſt delictum, quo quis directe vel indirecte hominem interfecit. Eſtque aliud Voluntarium, aliud Caſuale, aliud Neceſſarium.

2. *Homicidium Voluntarium quid & quotuplex?*

l.9. §.Clericor. h.t. Quod committitur animo & voluntate occidendi, concurrente dolo malo, ut ſi quis vel aperto Marte, vel per inſidias, ſive veneficio aut pharmaco, alio-ve modo aliquem e medio tollat; idque vel per ſeipſum vel per alium, mandando, conſulendo, opem ferendo. Et eſt vel *ſimplex*, conſiſtens intra limites ſimplicis homicidii; vel *deliberatum* ſeu *qualificatum*, ut ſi quis præmeditate ac deſti-

deſtinata voluntate, vel per ſe, vel per conductos ad hoc ſicarios, aliquem interficiat.

3. *Quid Caſuale, & cui ex qua cauſſa imputandum?*

Quod caſu, præter intentionem & opinionem occidentis, citraque dolum committitur. Quod, quando culpam aliquam adjunctam habet, merito imputatur ſuo auctori: ut ſi quis rei licitæ quidem det operam, ſed peccet in circumſtantiis aut modum excedendo, aut debitam diligentiam non adhibendo, quemadmodum de ludimagiſtro alibi reſcriptum eſt. Item ſi rei ſimpliciter illicitæ, vel ſibi ſaltem illicitæ det operam. *c. 7. h. t. ad de l. 6. D. ad L. Aqu. c. 8. 10. & 19. h. tit.*

4. *Quid Neceſſarium?*

Quod fit ad neceſſariam ſui defenſionem, ob vim illatam, quam repellere leges omnes permittunt: modo id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, hoc eſt, non ad vindictam, ſed tantum injuriæ propulſandæ & avertendæ gratia. Neceſſarium quoque eſt, quod fit auctoritate, vel legis, vel ſuperioris jus gladii habentis. *l. 3. D. De juſt. & jur.* *c. Significaſti 18. h. t.*

5. *Quæ eſt pœna homicidii?*

Jure Civili ex L. Corn. de ſiccariis pœna homicidii voluntarii eſt in inſulam deportatio, bonorumque omnium ademptio: ſed ſolet hodie, inquit I. C. capite puniri, niſi honeſtiore loco poſiti fuerint. Jure Pontificio pœna eſt excommunicatio & depoſitio ab Ordinibus omnibus, ſi Clericus ſit & poſt depoſitionem detruſio in carcerem ad certum tempus. Itemque privatio beneficiorum non quidem ipſo jure, ſed per ſententiam.

L. 3. §. pen. D. Ad L. Corn. de ſicar. l. 16. h. t.

Homicidium caſuale citra culpam commiſſum, ut jure civili, ita & Canonico, eſt extra pœnam. Cum culpa commiſſum jure quidem civili punitur, ſed mitius: at Pontificium notat Clericum irregularitate, quod eſt impedimentum Canonicum ex facto, vel defectu aliquo proveniens, quo quis prohibetur ſacros Ordines ſuſcipere aut miniſtrare in ſuſceptis.

c. 6. in fine h. t. Felin. & Dd. inc. Inquiſitionis ſup. De accuſ. c. 9. 13. & aliis. h. tit. c. 7. & 8. eod.

TIT. XIII.

De Torneamentis.

Ad tractatum de Homicidio ſpectat hic Tit. de Torneamentis, id eſt, ludis haſtilibus & equeſtribus, quia tales ludi quandoque cauſam dant homicidio, unde merito ſacri Canones eos deteſtantur.

1. *Quæ*

1. *Quæ dicuntur Torneamenta, & quæ cauſæ prohibitionis?*

Sunt nundinæ vel feriæ, in quibus milites ex condicto convenire, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ, temere congredi ſolent. Quæ ideo prohibita jure Pontificio, quod ex hujusmodi congreſſibus frequentes cædes hominum & animarum pericula provenirent. Quæ tamen prohibitio hodie non habet locum in iis ludis haſtilibus, qui exhiberi ſolent in inauguratione, nativitate vel adventu alicujus Principis, cum iis non ſubſit tantum periculi. *c. 1. & ibi Abbas. h. t. Navar. in Man. c. 15. n. 18. d. t. 1. d. c. 1.*

2. *Quæ pœna impoſita eſt iis, qui animo ludendi lædendiq; accedunt ad torneamenta, vel idem docebunt?* *Navar. d. c. 15. n. 9.*

Jure quidem civili, ſi vel in lucta vel in pugillatu alius alium occiderit, is nulli pœnæ ſubjicitur; quia eo jure certare haſta, luctari, pugnare, virtutis cauſa, impune permittitur. At jure Pont. qui alium in torneamentis interfecerit, reus eſt homicidii; & quia operam dedit rei illicitæ fit irregularis. Interfecto autem Eccleſiaſtica denegatur ſepultura, ſi animo ludendi ac pugnandi acceſſerit ad torneamenta, non ſi alia de cauſa. *l. Qua actione 7. §. 4. D. Ad l. Aquil. c. 1. h. t. c. 2. eod.*

TIT.

TIT. XIV.

De Clericis pugnantibus in duello.

Sed & ſingulare certamen (a Latinis *Duellum*, quaſi duorum bellum, a Græcis *Monomachia* appellatum) res eſt illicita & homicidio ſubſerviens, pœnisque Canonicis merito ſubjicitur.

1. *Quid igitur eſt Duellum?*

Duellum eſt ſingularis pugna, quam quis ſponte alicui offert, vel ab alio oblatam ſuſcipit, ad controverſiarum deciſionem, ad veritatis adſertionem, & in defectum probationis adhiberi ſolita.

2. *Quotuplex eſt?*

Aliud eſt *Solemne*, quod fit ſervata certa forma & ordine, habita loci ſecuritate (campum francum vulgo vocant) adhibitis patrinis, uti nuncupant, ac judice, qui cauſſas duelli audiat & examinet, aliisque provocatoriis præmiſſis ſolemnitatibus: aliud *Privatum*, quod fit absque ſolemnitatibus ex condicto tamen & ſtatuto tempore, ac loco opportuno.

Vide Farinac. conſil. crim. lib. 1. conſ. 9. n. 3. & ſeqq.

3. *Licitumne eſt aliquando duellum?*

Olim

Olim quidem apud Romanos licita fuere duella, publici ſpectaculi cauſſa exhiberi ſolita; verum poſtea cruenta illa ſpectacula ſuſtulit Conſtantinus Imp. & lege lata ſancivit, ne ulli omnino gladiatores eſſent. Vſurpata deinde iterum duella, non ſpectaculi gratia, ſed criminis purgandi, veritatis adſerendæ honoriſque defendendi cauſſa, cum Longobardi in Italia rerum potirentur, unde origo duelli ſolemnis. Cujusmodi duella plerarumque gentium legibus ſub certis formis aliquando tolerata fuere. Extat ea de re apud Gallos Conſtitutio Philippi Regis anno 1305. Hodie vero omnia omnino duella illicita & prohibita non tantum Clericis, ſed & laicis, ſub gravibus pœnis.

l. unica C. De gladiat. penit. tollen.

De quo vid. Guid. Pap. qu. 617. & 6. ſeqq. toto h. t. c. 1. & 2. inf. De purgat. can.

4. *Quæ ſunt pœnæ duellantibus impoſitæ?*

Primo Efficiuntur irregulares, dummodo ſequatur mors, ſive victores extiterint, aut etiam victi; & ſive per ſe ipſimet pugnaverint, ſive pro ſe & ſuo nomine alium aliquem pugilem, introduxerint. Secundo Clericus duellum iniens etiam non ſecuta morte, aut mutilatione, de rigore juris deponendus eſt, beneficioque ſpoli-

c. 2. h. t.

ſpoliandus: quamvis cum tali poſſit diſpenſari per Epiſc. Quæ facultas ademta Epiſcopis per Con. Trid. ex cujus decreto, ac poſteriorum Pont. Conſtitutionibus pleraque etiam alia hic immutata ſunt, & ſeverius punita duella. In Belgio hac de re habemus Edictum Principum noſtrorum an. 1620. 27. Feb.

d. c. 2. Seſſ. 25. c. 20. de reſerv.

TIT. XV.

De Sagittariis.

Qui & ars Baliſtariorum ac Sagittariorum cauſam homicidio præſtare ſolet, maxime ſi exerceatur, ubi quando & adverſus quos non oportet.

1. *Quis dicitur Sagittarius, & quis Baliſtarius?*

S*agittarius* dicitur, qui ſagittas ex arcu non quidem majori, ſed minori emittit: cujus uſus olim in bello fuit; & hodie etiamnum eſt apud Turcas, Sarmatas &c. *Baliſtarius* vero, qui baliſta utitur, quæ fuit machina bellica etiam Romanis uſitata, eaque major, qua ſaxa graviora & grandiora jaciebantur ad quaſſandos & evertendos muros.

2. *Quæ eſt pœna artem hujusmodi exercentium?*

Quod

Quod ſi quis ea utatur adverſus Chriſtianos & Catholicos, pœna eſt excommunicatio: quia ars illa mortifera & odibilis eſt, & plerumque injuſta. Aliud injuſtum *c. un. b. t.* belli juſtitia, ubi licitum eſt pugnare quibuscunque armis. Qui vero dictam artem exercendo aliquem occiderit, incurrit irregularitatem, quia verſatur in re illicita. *Abbas hic num. 1.*

(Omiſſus & ſequens Titulus ab Autore, adeoque ibidem ſuppletus ex Vallenſi.)

TIT. XVI.

De Adulterio & Stupro.

Superioribus Titulis actum eſt de homicidio, & quibusdam actibus, per quos ad homicidium quandoque pervenitur, quibusque corpus & vita læditur proximi: ſequitur ordine Decalogi, id eſt, Legis antiquæ, decem præcepta continentis de adulterio & ſtupro (ita enim in præcepto eſt: *Non occides, Non mœchaberis)* cæterisque illiciti concubitus generibus, quibus vel thorus proximi violatur, vel pudicitia læditur.

1. *Quid eſt Adulterium?*

Quamvis Adulterium, generaliter ſum-

ſumptum, omnem copulam, quæ non habet poteſtatem conjugii, comprehendat, *can. nemo blandiatur §. tolerabilior XXXII. q.* 1. & Lex Julia de adulteriis promiſcue Stuprum & Adulterium uſurpet, *l. inter liberas* 6. *D. eod. & l. inter ſtuprum D. de verb. ſignif.* tamen ſpecialiter ſumptum dicitur alieni thori violatio, *can. non mœchaberis XXXII. q.* 5. & quaſi ad alterius thorum acceſſio, deque Jure Civ. proprie in nuptam committitur, non autem in virginem aut viduam, ac definitur, alienæ matrisfamilias corruptio. Quamvis eodem Jure etiam ad ſponſam extendatur *l. propter* 7. *C. eod.* quia ſponſa pro uxore habetur *l. ſi ſponſa* 74. *D. de Jure dot.* & quia neque matrimonium qualecunque neque ſpem matrimonii violare permittatur. *l. ſi uxor.* 13. §. *Divi &* §. *ſi minor D. ad L. Jul. De adult.* licet hoc caſu mitior pœna decernatur. Verum Jure Canonico etiam in ſolutam mulierem a conjugato committitur adulterium. *ca.* 19. *& fin. XXXII. q.* 5. nam hoc Jure eadem caſtimonia in marito requiritur, quæ in uxore *can. Præcipit. can. Apud nos & d. can. fin. XXXII. q.* 5.

L. Jul. de adulter.

2. *Quæ eſt pœna adulterii de Jure Civili?*

Quod ad pœnas adulterii attinet, Ju-

re quidem divino pœna utriusque delinquentis eſt lapidatio. *Deut.* 22. *Exod.* 20. *can. ſatis XXXIII. q.* 5. De Jure autem Civili, quando criminaliter agitur, ex L. Julia, non videtur olim fuiſſe capitalis, ſed vel deportatio, ut in militibus *l.* 2. §. *miles D. de his, qui not. infamia*; vel relegatio, ut in paganis, *l. ſi quis viduam D. de quæſtionibus:* ex poſteriori vero Jure, nempe ex *l. Quamvis C. ad L. Jul. de adult.* pœna ſanguinis & gladii tam viro, quam fœminæ adulteræ, irrogari cœpit, jam inde a tempore Juſtiniani, ut conſtat ex *l. Tranſigere C. de tranſact.* ſed ea hodie in plerisque provinciis mutata eſt in pecuniariam, vel aliam, dummodo abfuerit violentia, aut qualitas aggravans. Jul. Clarus §. *adulterium n.* 7. *circa finem*, & late Boer. *Deciſ.* 297. Et ex Juſtiniani *Novella* 134. *cap.* 10. mulier adultera non punitur gladio, ſed virgis cæſa in monaſterium detruditur, poteſtate interim marito relicta intra biennium eam repetendi. Quod & Jure Canonico videtur receptum, *Gaudemus ſup. de converſ. conjugat.* Dosque hoc caſu diſtribuitur certo gradu atque ordine inter deſcendentes, aſcendentes & monaſterium, *d. Novel.* 134. *c.* 10. ſi vero civiliter agatur, hoc eſt, ad ſeparationem thori, facta ſe-

paratione dos & donatio propter nuptias innocenti conjugi applicantur, *Novell.* 117. *c.* 8. *c. Plerumque* 4. *ſupr. De donat. inter virum & uxorem.* Quamvis autem in hoc ſint pares maritus & uxor, quod ob ſolum adulterium alterius agere poſſint ad ſeparationem thori, non tamen in lucro dotis & donationis propter nuptias: nam uxor ob ſolum adulterium amittit dotem (niſi fuerit viro reconciliata, *d. c. plerumque*) maritus non ante quam ſi frequenter cum alia muliere egerit, & bis monitus non reſipuerit, *d. Novell.* 117. Inſuper uxor in adulterio reperta eſt infamis ipſo Jure, etiam antequam condemnetur per ſententiam: adulter vero non fit infamis, niſi per ſententiam. Cumque maritus, uxore adultera ſolutus ſit a Jure ſolvendi ei debitum conjugale, ingredi monaſterium poteſt, *c. conſtitutus ſup. de converſ. conjug.*

3. *Quæ eſt pœna de Jure Canonico?*

Jure Canonico alter Conjugum, ſive maritus ſive uxor ob alterius adulterium, agere ad ſeparationem thori poteſt coram Judice Eccleſiaſtico, ad quem ſolum ſpectat eo caſu cognitio, *cap. Tua* 5. *ſup. de Procurat. c.* 1. *ſup. de officio Jud. Ordin. c. At ſi Clerici* §. *de Adulteriis ſup. de Judiciis:*

dictis: niſi alter, v. gr. maritus ſciens uxorem ſuam adulteram eſſe, vixerit porro cum eadem, non peracta pœnitentia, quia hoc caſu & ipſe reus erit ac particeps delicti, *c. ſi vir* 3. *b. t.* vel niſi alter alteri adulterium objiciat, quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur. *cap. penult. & ult. hoc tit.* Qua ratione autem ordinarius poſſit ex officio procedere in cauſa adulterii, vid. Conc. Trid. Seſſ. 24. *de reformat. matrim. cap.* 8. Sed & certis caſibus ad hanc ſeparationem agi non poſſe, jam ante diximus.

4. *An fas eſt adulterum deprehenſum cum uxore occidere?*

Licet Jure Civili permiſſum fuerit marito, atque etiam patri, deprehenſum adulterum cum uxore vel filia occidere certis caſibus impune: id tamen de Jure Canonico nullatenus permittitur. *can. inter hæc. can. Admonere verſ. nam ſi virum. can. ſi quod verius XXXIII. q.* 2. Et hæc quidem Jure Pontificio circa Laicos ſtatuta ſunt, qui eodem Jure etiam excommunicari debent *c. intelleximus 6. b. t.* ac pœnitentiæ ſubjici; imo & in monaſterium detrudi poſſunt, *juxta communem.* Vid. Covarr. *De matrim.* 2. *p. cap.* 7. §. 7. *n.* 29.

5. *Quæ eſt pœna Clerici adulteri?*

Clericus, qui adulterium commiſiſſe aut confeſſus aut convictus fuerit a Judice Eccleſiaſtico, deponendus eſt ab officio & beneficio, & in monaſterium detrudendus, ad perpetuam pœnitentiam agendam, *can. ſi quis Clericus Diſtinct.* 81. & damnatus de crimine ejusmodi eſt infamis, Abbas *in d. c. At ſi clerici §. de adulteriis.* Imo Presbyter infamatus ad ſolam confesſionem mulieris adulteræ aſſerentis ſe ab eodem cognitam fuiſſe, non quidem condemnatus eſt adulterii, ſed eidem, veluti ſuſpecto de adulterio, indicenda Canonica eſt purgatio, cum manu quinta ſui ordinis, id eſt, cum quinque vicinis Presbyteris: in qua purgatione ſi defecerit, ab officio ſuſpendendus eſt, *cap. ſignificaſti* 5. *h. t. c. Quam ſit grave* 9. *Inf. de Exceſſib. Prælat.* Poteſt tamen Epiſcopus cum clericis diſpenſare in adulterio, & aliis criminibus inferioribus, *c. cum non ab homine §. at ſi clerici in fine ſup. de Judiciis.* Si quando vero ob gravitatem delicti imponenda fuerit pœna ſanguinis, adiri debet Judex ſecularis, *c. Sententiam. c. Clericis ſup. ne clerici vel Monachi &c.*

6. *Quid eſt Stuprum?*

Quemadmodum Adulterium ſubinde ita

ita late ſumitur, ut omnem coitum, lege prohibitum, contineat; ita & Stuprum *l. inter liberas* 6. *D. ad L. Jul. de adult.* aliquando vero ſtrictius ſumitur, & committi dicitur in virginem, vel viduam, integræ vitæ ac honeſte viventem, citra vim, *d. l. inter liberas.* §. 1. *l. ſtuprum* 34. *D. eod. & l. inter ſtuprum* 101. *D. de verb. ſignif.* imo & in maſculum, *l. qui domum* 8. *D. h. t.* Strictiſſime vero & proprie capitur, pro virginum illicita defloratione, ut in *can. Lex illa XXXVIII. q.* 1.

7. *Quæ eſt pœna ſtupri de Jure Civili?*

Pœna ſtupri citra vim commiſſi de jure Civili in perſonis honeſtis eſt publicatio dimidiæ partis bonorum, in humilibus coercitio corporis cum relegatione, §. *item Lex Julia de adulteriis. Inſtitut. de publ. Judic.* Alioqui commiſſum vi, ſive vere, ſive interpretative, veluti dum ſtuprator blandis verbis, & doloſis promiſſionibus ſollicitat ſeducitque & velut compellit virginem, *arg. l.* 3. §. *ſi quis volentem D. de Lib. homine exhib. & l.* 1. §. 3. *de ſervo corrupto*, punitur pœna capitali, ut volunt Dd. in *d.* §. *item Lex Julia de adult.* eo quod Juſtin. ibi diſerte violentum ſtuprum excipiat, in verbis, *ſine vi.* Qui vero nondum viripoten-

tem virginem corruperit, de Jure communi non punitur pœna mortis ; ſed vel in metallum damnatur, ſi humilior fuerit ; vel in inſulam relegatur, ſi honeſtior, aut in exilium mittitur. *l. ſi quis aliquid* 38. §. *qui nondum D. de pœnis.* Tutor ſtuprans pupillam deportatur ejusque bona publicantur, *Arg. L. un. C. ſi quis eam, cujus tutor &c.* A fortiori ſtuprans viduam cognatam, aut aliam, cum qua nequit conſiſtere matrimonium, deportatur, *l. ſi quis viduam D. de quaeſtionibus.* Servus, qui cum domina rem habuiſſe detectus fuerit, ex Conſtit. Conſtantini traditur ignibus concremandus, domina capite plectitur, *l.* 1. *C. de mulieribus, quæ ſe propr. ſervis, &c.*

8. *Quæ eſt pœna de Jure Canonico?*

De Jure Canonico ſtuprator virginis honeſtæ tenetur eam dotare & habere uxorem : niſi pater dare nolit, quo caſu dotaſſe ſufficit. Si vero ipſe renuat habere, corporaliter caſtigatus, excommunicatusque in monaſterium, ad agendam inibi pœnitentiam, detrudendus, *c.* 1. *h. t.* ſin non poſſit eam ducere, ut quia ſit conjugatus aut ordine ſacro inſignitus, nihilominus dotabit, quia utrum-

trumque eſt in obligatione, *arg. l. celſus* §. 1. *D. de receptis arbitris.* Clericus vero etiam deponitur, *ex communi ſententia*, apud Jul. Clarum §. *ſtuprum. num. 3.* Inſuperque pecuniaria pœna vel corporali, veluti detruſione in carcerem aut monaſterium, puniri poteſt, juxta arbitrium judicis, Abbas *in c. at ſi Clerici n. 10. ſup. de Judic. in c. ut Clericum ſup. de vita & honeſt. Cleric.* Wameſ. *Conſ.* 583. *n.* 5. Quod ſi Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Lector, Pſalmiſta, aut oſtiarius, cum muliere, ſanctificata DEO, mœchatus fuerit, deponendus eſt, quia ſponſam Chriſti corrupit: ſi vero fuerit laicus, excommunicandus eſt, *can. ſi quis Epiſcopus XXVII. q.* 1. Et præterea ex Juſtiniani Conſtitut. *Novella* 123. *cap.* 43. res ejus monaſterio applicantur; aliaque pœna hoc ſcelus coercetur. De fornicatione cum filia ſpirituali vide *can. penult. & ult.* III. *q.* 1. & latius de pœna ſtupri & tam adverſus Clericum, quam laicum, in foro tam conſcientiæ, quam civili & Pontificio, vide Menochi. *de arbitrariis lib.* 2. *caſu* 288. 294. & 420. Illud hic ſubjiciendum, Paulum IV. Conſtitut. quam refert. Pet. Matth. *in VII. Decretal. lib.* 5. *tit.* 15. *c.* 1. ſtatuiſſe, ut conciliatores proxenetæ,

lenones ac lenæ, quæ puellam virginem interpellaverint, flagitio quidem perfecto pœna capitali, imperfecto vero deportatione perpetua in inſulam plecterentur; in cæteris autem caſibus fuſtibus publice cæderentur.

9. *Quid eſt inceſtus?*

Quemadmodum Adulterium gravius eſt fornicatione; ita inceſtus adulterio, *can. Adulterii malum XXXII. q. 7.* Eſt autem inceſtus conſanguineorum vel affinium intra gradus Jure prohibitos abuſus, ſeu cum eis concubitus. Et inceſtuoſi dicuntur, qui conſanguineis vel affinibus intra gradus prohibitos abutuntur, ſeu cum eis concumbunt, *can. Lex illa XXXVI. q. 1. can. de inceſtuoſis XXXV. q. 2.* Unde & nuptiæ inter hos contractæ inceſtuoſæ appellantur. *Novell. de inceſt. nupt. in pr. l. fin. C. eod. tit. can. nec eam XXXV. q. 2.* quaſi in his nuptiis minime adſit ceſtus, id eſt, cingulum illud quo venus ad nuptias honeſtas utebatur Covar. 4. *Decretal. p. 2. cap. 6.* §. 8. Virginum vero Deo conſecratarum conjunctio non ſolum inceſta, ſed & ſacrilega eſt & dicitur, *can. ſi quis ſacrr XXVII. q. 1.*

10. *Quæ eſt pœna inceſtus de jure civili?*

Pœna

Pœna Inceſtus ſimplicis, id eſt absque matrimonio, de Jure Digeſt. eadem eſt, quæ adulterii, *l. ſi quis viduam D. de quæſtionib.* non etiam de Jure Codicis, niſi cum alia ſpecie fornicationis committatur, puta cum adulterio vel ſtupro, Jul. Clarus, §. *inceſtus*; quia licet Jure Codicis aucta ſit pœna adulterii, non tamen pœna inceſtus. Inceſtarum vero nuptiarum in honeſtis quidem perſonis facta ſeparatione, una cum infamia, pœna eſt exilium, & bonorum publicatio, ipſo ſcilicet jure, a die commiſſi criminis, dummodo non ſuperſint liberi ex alio matrimonio; in vilibus vero additur corporis coercitio, *Novell. 12. de inceſt. nupt. & l. 4. C. eod.* Covarr. *d. loco.* A pœna tamen amiſſionis bonorum, jure noviſſimo ſtatuta, excuſat ignorantia juris aut facti, etiam ex lata culpa contingens, Covar. *d. loc.* In eum vero, qui virginem DEO conſecratam, jungendi matrimonii cauſſa, vel ſaltim intentarit, capitalis pœna conſtituta eſt, *l. ſi quis non dicam. C. de Epiſc. & Cler.* Adde *Novell, 123. §. penult.*

11. *Quæ eſt pœna de Jure Canonico?*

De Jure Canonico clericus, de inceſta

accuſatus & infamatus, deponendus eſt, & beneficiis privandus, Jul. Clarus *d. loco.* Eodem jure omnis inceſtus macula pollutus, ſiquidem ſcienter, infamis eſt; neque ſacerdos, neque legitime conjunctas perſonas accuſare poteſt, *can. conſanguineorum III. q.* 4. Eſtque excommunicatus ipſo jure, *Clement. unica de Conſanguinit.* a qua tamen excommunicatione per Epiſcopum abſolvi poteſt, *Gloſſ. ibid.* & a ſe invicem ſeparandi ſunt, *d. Clement. un. c.* i. *&c. non debet ſup. de conſanguinit.* Alteroque morte prævento alter, quamdiu vivit, graviter pœnitere debet absque ſpe conjugii cum alia, *can. quædam cum aliquot ſeqq. XXXII. q.* 7. *can. fin. XXXV. q.* 8. *&* *aliis, c.* 2. *&* 8. *ſup. de eo, qui cognovit conſangv. &c.* Quanquam ſi contraxerit cum alia, ſubſiſtat matrimonium, quia tantum eſt impedimentum impediens, non autem dirimens.

12. *Quid obtinet ſi ignoranter inceſtæ nuptiæ contractæ?*

Qui contraxerit ignoranter inceſtas nuptias, mitius, arbitrio judicis, puniendus eſt: ſicut & is, qui ab initio bona fide contraxit, ſed poſtmodum, detecta conſanguinitate vel affinitate, nihilominus perſeveravit, non incidit in pœnas ince-

inceſtus, a Legibus & canonibus impoſitas. Gloſſ. *in d. Clement. un. ad V. ſcienter*, & Clar. *d.* §. *Inceſtus n.* 9. At qui ſcienter matrem & filiam, aut duas ſorores germanas carnaliter cognoverit; ſicut & mulier, quæ patri & filio, aut duobus fratribus germanis, ſui copiam fecerit, pœna ultimi ſupplicii plecti jubetur, ex conſtitutione Sixti V. Bajard. *in Addit. ad Jul. Clar. d.* §. *Inceſtus n.* 10.

13. *Quid habendum de liberis ex inceſtu natis?*

Denique filii nati ex inceſtuoſis complexibus, ſcienter factis, non cenſentur legitimi, nec parentibus ſuccedunt, *can. un. XXXV. q. 7. & 8. l. ſi quis & Auth. Ex complexu C. de inceſtis nuptiis.*

TIT. XVII.

De Raptoribus, Incendiariis & Violatoribus.

Ordinis nunc ratio poſtulat, ut de iis, quibus res proximi violantur, agatur, ut de rapinis, furtis, uſuris, crimine falſi: a quo crimine non ſunt alieni, qui per ſortes homines fallunt, quique in judicio cum adverſario ſuo colludendo, aliud revera agunt, & aliud ſimulant.

1. *Quid*

& libero conſtituta illum in virum habere conſenſerit. Et nihilominus, inquit idem Conc. raptor ipſe, omnesque illi conſilium, auxilium, & favorem præbentes, ſint ipſo jure excommunicati, ac perpetuo infames; omniumque dignitatum incapaces; & ſi Clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneturque inſuper raptor mulierem raptam, ſive eam uxorem duxerit, ſive non duxerit, decenter arbitrio judicis dotare.

3. *Quid eſt Rapina, & in quo differt a Furto?*

Rapina eſt violenta & manifeſta rei alienæ, mobilis & corporalis invito domino contrectatio ſeu ablatio. Differt a furto eodem fere modo, quo ſtuprum a raptu: quia rapina & raptus eſt contrectatio & abductio violenta, furtum vero plerumque occulte fit, ut & ſtuprum.

5. *Quæ eſt pœna Rapinæ?*

Pœna rapinæ, etiam rei minimæ, de jure civili intra annum eſt quadrupli, ita ut huic quadruplo inſit ipſius rei perſecutio, poſt annum vero eſt in ſimplum, jure Pontific. raptores manifeſti & violatores Eccleſiarum ipſo jure ſubjacent excommunicationi, aliisque pœnis coer-

Inſtit. Vi bonor. rap. & ibi D.

coërcentur, niſi ablata reſtituant, vel de reſtituendo caveant. Quod ſi gravior fuerit exceſſus, morte vel truncatione membrorum puniendus, vindicta hujus Regiæ poteſtati, judicique ſeculari reſervari debet.

h. t. in fine eod.

5. *Qui dicuntur Incendiarii?*

Qui data opera & dolo malo ex odio & vindicta, ignem in Eccleſiam vel alia pia loca injiciunt vel injici faciunt.

6. *Horum quæ pœna?*

Jure civili incendiarii, qui data opera ob inimicitias vel prædæ cauſa in civitate incendium fecerint, capite puniuntur, & plerumque vivi exuruntur. Quæ hodie etiam recepta moribus.

Jure vero Pontif. incendiarii Eccleſiarum ſeu rerum Eccleſiaſticarum ipſo jure ſunt excommunicati: aliarum vero rerum profanarum demum per ſententiam Eccleſiæ, ſeu pronunciatione judicis; quo caſu non poſſunt abſolvi ab alio quam a ſummo Pont. Niſi in extremo mortis articulo. Eoque caſu Eccleſiaſtica conceditur ſepultura, & tenentur hæredes ad damni reſtitutionem occaſione incendii vel alio modo dati juxta defuncti facultates.

l. ult. D. de incend. & c. 28. §. 12. c. Tuæ 19. inf. deſent. excom. c. 5. h. t.

De

TIT. XIIX.
De Furtis.

Sequitur modo Tit. de Furtis in genere, furti nomine accepto pro qualibet illicita rei alienæ uſurpatione, ut & rapina & furtum ſpecialiter dictum eo nomine venient, quæ alias tanquam duæ diſtinctæ ſpecies diſtinguuntur.

1. *Quid igitur eſt Furtum, prout a Rapina diſtinguitur?*

Est contrectatio rei alienæ fraudulosa lucri faciendi cauſa, vel ipſius rei vel etiam uſus, poſſeſſionisve. *l.1. D. h. t.*

2. *Quid ſi quis non quidem contrectet rem, invito domino, ſed furem recipiat & celet?*

Dicitur & ille furtum facere. Eoque caſu non tantum ex mero officio judicis, sed & ad inſtantiam patris læſæ; tenetur quis furem indicare, modo conſcius ſit furti. Atque hinc origo praxeos monitoriarum. *c.4.b.t. & l. Quivis 40.§.3.D eod.d. c.4. & ibi Dd.*

3. *Quæ dicuntur Monitoriæ ſive Monitoria?*

Sunt literæ, quas vocant Monitoriales ſeu Monitiones generales, ad finem reve-

revelationis, ut vulgo loquuntur, quas Epiſcopi aut Vicarii generales Epiſcoporum, ad inſtantiam cujuscunque petentis, in genere contra detentores rerum alienarum concedere ſolent, ut eas intra certum terminum reſtituant, contraque detentionis illius ſeu furti conſcios, ut fures furtaque indicent, ſub pœna excommunicationis: quod & in aliis cauſis, cum civilibus, veluti ut quis ſolvat aut reſtituat quod debet, tum criminalibus criminaliter intentatis, ut ſic monitus ſe ſiſtat perſonaliter, uſitatum, hac vel ſimili formula: *Moneatis N. vel quemcunque alium, qui furtum tale fecerit, aut damnum dederit, ut intra certum terminum ſatisfaciat, aliqui noverit ſeſe per hanc noſtram ſententiam excommunicatum.*

Cutier. I. *Can. q.* II.

4. *Quænam excuſant a Furto?*

Primo excuſat neceſſitas extrema, id eſt, tanta, ob quam periculum immineat vitæ, quia eo caſu jure naturali omnia ſunt communia, ut rem alienam accipiendo videatur quis accipere quaſi propriam. Alias ſi tantum aliqua fuerit neceſſitas, & non extrema, mitius veniet puniendus fur, & tantum pœnitere debebit.

Couarr. in cap. Peccatum p. §. 1. *n.* 3. *c.* 2. *h. t.*

Se-

Secundo, Rei exiguitas; quamvis inter Canoniſtas non conveniat, quæ res minima dicatur.

Tertio, qui compenſandi cauſſa, dum aliter ſuum recuperare nequit, rem alienam capit, fur dicendus non eſt.

Navar. in Man. c. 17. & 4 bic

7. Quæ eſt pœna furti?

Jure Canonico, præterquam quod ad reſtitutionem obligentur & fures, & præterea ſuadentes, mandantes, conſulentes &c. Clericus, furti reus depoſitus, factusque incorrigibilis, excommunicari debet.

Navar. c. 17. n. 2. & ſeqq. c. 10. ſup. De judic.

Jure Civili, pœna olim fuit quadrupli, ſi furtum fuerit manifeſtum: vel dupli, ſi nec manifeſtum. Et ſolet etiam criminaliter extra ordinem furti agi. Hodie ex generali fere conſuetudine judicium furti quodammodo publicum factum eſt & ordinarium, mutata pœna pecuniaria in corporalem, nimirum pœnam laquei in gravioribus, fuſtigationis vero in levioribus.

§. pœna Inſtit. De oblig. quæ ex del. naſc. l. ult. D. De Furt.

De Uſuris.

TIT. XIX.

Recto ordine deinceps ſequitur de Uſuris, quippe ex eodem fonte, manantibus, ex quo furtum, ſcil. ex avaritia.

Ipſique uſurarii & fures ſive raptores pari velut paſſu ambulare videntur: nam qui trucidat pauperem fœnore, non minus crudelis eſt, quam qui ſubtrahit aliquid vel eripit diviti.

can. Quid dicam XIV. q. 3.

1. *Uſura quid nominis?*

Uſura, ab Utendo dicta, nihil aliud eſt quam uſus rei. Accipitur quoque pro qualibet acceſſione & incremento, ſive fructu proveniente ex uſu rei cujuslibet, & ex cauſſa quacunque. Propriiſſime vero lucrum ex uſu pecuniæ mutuatæ proveniens Uſura appellatur. Quod & *Fœnus* dicitur, a fœtu ſeu fœtura quadam pecuniæ parientis atque increſcentis. Græce Τόκος, id eſt *partus* ex eadem ratione.

Gell. 16. Noct. c.12.

2. *Quid igitur eſt Uſura?*

Uſura eſt lucrum ſupra ſortem ex mutuo exactum. Vel eſt voluntas aliquid lucri capiendi ultra ſortem vi mutui.

arg. can. ... XVI. q. 3.

3. *Quid hic intelligis nomine* Lucri?

Quidquid ſorti accedit cauſſa lucri, ſive pecunia ſive alia res natura ſua pretio æſtimabilis, in qua conſiſtit mutuum ſive illud triticum ſit, ſive vinum, ſive ole-

can. Si fœneraveris cum can. ſeq. XIV. q. . can. l. & ſeq. XIV. q. 3.

oleum, ſive aliud quid, quod uſu conſumitur.

4. *Cur dicitur:* Vi mutui?

Quia proprie non niſi in contractu mutui uſura committitur, in quo dominium rei mutuæ tranſit in accipientem: in aliis contractibus non niſi improprie & ratione mutui ſaltem impliciti & obliqui, ſeu mutui brevi manu contracti, veluti in contractu emtionis, quando res carius venditur ob dilatam ad tempus ſolutionem. Niſi dubitetur, utrum merces plus minusve ſolutionis tempore ſint valituræ.

l. 6. h. t. Covarr. 2. Var. c. n. 7.

5. *Licetne creditori accepto pignore paciſci fructus pignoris, donec mutuum reddatur?*

Jure quidem civili licet, nec habetur uſurarium hujusmodi pactum (quod pactum vocant ἀντιχρήσεως, id eſt reciproci uſus, quaſi tu debitor utaris mea pecunia & ego interea re tua) idque propter incertum fructuum eventum, incertumque pretium. Jure vero Pont. improbatur, ut uſurarium, fructusque ex pignore perceptos creditor imputare debet in ſortem, id eſt, quantum fructuum percepit, tantum de ſorte diminuere.

l. 23. D de pig. act. l. Si ea lege G. eod.

Vid. Can. de Uſur. c. 5.

 6. *Quo-*

6. *Quotuplex eſt Uſura?*

Primo, Dividitur Uſura in Mentalem & Realem. *Mentalis* eſt, quando mutuans, citra ullam conventionem, ea mente dat, ut ultra ſortem, ſive id quod dat, aliquid recipiat, alias non daturus. *Conventionalis* ſeu *Realis*, quando quis pecuniam mutuam credit cum pacto, expreſſo vel tacito, capiendi aliquid lucri ultra ſortem.

II. In Compenſatoriam, Punitoriam & Lucratoriam. *Compenſatoria* eſt legitima penſatio, ſeu præſtatio ejus, quod ſcilicet creditor facere potuiſſet, ſi pecuniam ſuam mutuam non dediſſet; vel damni emergentis, quia ſcilicet tantum damni inde acceperit. Et hæc proprie uſura non eſt, quia non eſt lucrum, ſed quanti intereſt creditoris. *Punitoria* pœnam debitoribus moroſis inſtigit ſtato die non ſolventibus, quæ ſpecies ſimiliter non involvit injuſtitiam aliquam. *Lucratoria* merum lucrum continet, ſolaque improba & deteſtabilis eſt, improbat & damnata lege naturali, divina Evangelica & Pontificia. Jus autem civile uſuras certo tantum modo juxta hominum diviſas qualitates permiſit.

7. *Quid*

7. *Quid cenſendum de Montibus pietatis?*

Eos eſſe immunes ab uſuræ vitio: quia nihil hic principaliter datur vi mutui, neque ultra indemnitatem ſortis aut lucri cauſa, ut ſit in uſuris, ſed tantum ratione damni emergentis, ſive pro ſola indemnitate & conſervatione Montis, pro ſtipendio ſcilicet domini & miniſtrorum, qui Montis curam habent, idque minutum, moderatum, juxta quantitatem pecuniæ numeratæ, accepto a ſingulis pignore idoneo, venditoque deinde poſt lapſum temporis ob defectum luitionis & ſolutionis pignore, atque ex pretio ejus deducta ſorte, eoque, quod ultra ſortem pro detrimentis menſtruis Monti debitum eſſe reperietur, reliquum pretii domino pignoris reſtituendum venit. Neque repugnat rationi, ut pauperes ferant onus aliquod expenſarum, quorum commodo & favori cedit erectio & conſervatio Montis.

l. Eos 26*. 1. C. eod.*

Vide Navar. de Uſur. n. 58*. & in Man. c.*17*. n.*217*. Leſſ. lib.* 2*. c.* 20*. dub.* 28*.*

8. *Quæ dicitur uſura nautica & an licita?*

Uſura nautica, ſeu fœnus nauticum dicitur, quod ratione navigationis aut itineris periculoſi per terram præſta-

 tur.

tur. Nam creditor contra naturam mutui periculum ſortis in ſe recipit, ſive ea ſit pecunia mutuata per mare trajicienda, ſive merces ex mutuata pecunia comparatæ, ſimiliter tranſvehendæ vel per mare vel per loca inſidioſa (illud nauticum; hoc terreſtre fœnus appellatur) ut, ſi navis & pecunia vel merces fortuito caſu pereant, creditori pereant. Eſtque tale fœnus, jure civili approbatum, quia nihil eſt aliud, quam pretium ſuſcepti periculi.

tot. tit. D. & C. De naut. fœn.

9. *An & jure Canonico?*

Multorum ea opinio eſt, fœnus hoc nauticum eſſe improbatum atque illicitum. Alii id quidem concedunt, ubi naviganti vel unti ad nundinas ea lege & non aliter mutuatur pecunia, quam ut ſimul & periculum in ſe ſuſcipiat, lucri alicujus cauſſa; negant vero, ſi id ipſum fiat libere, debitorque ſponte cum creditore conveniat de periculo mutuatæ pecuniæ in ſe recipiendo, certa mercede conſtituta.

per text. in c. ult. h. t. Navar. in Man. c. 17. n. 122. Covar. 3. Var. c. 2. n. 5.

10. *Quæ eſt pœna Uſurariorum?*

Inprimis tenentur uſurarii omnes, ſive manifeſti, ſive occulti, & tam mentales quam reales, ad reſtitutionem uſurarum

Cauſ. ad h. tc. 4. n. 5. c. 9. & 19. h. t.

rum. Neque tantum ipſe uſurarius, ſed & hæres acceptas a defunctò uſuras pro parte hæreditaria reſtituere tenetur.

II. Exercens uſuras & monitus non deſiſtens, ſi Clericus ſit, ſuſpendendus eſt ab officio & deponendus; laicus vero excommunicandus. *c.* 1. *& 7. h. t.*

III. Manifeſti uſurarii neque ad communionem altaris, neque ad Eccleſiaſticam ſepulturam, neque ad oblationes vel ad confeſſionem peccatorum faciendum, neque etiam ad teſtamenti factionem ſunt admittendi, niſi vel de uſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo cautionem idoneam præſtiterint. *c.* 3. *h. t. & c.* 1. *eod. in* 6.

De Crimine falſi.

TIT. XX.

Falſum eſt, quod veritatem imitatur: & Falſitas nihil aliud quam veritatis imitatio, occultatioque; nam & mendacium & occultatio ſpecies eſt falſi. *Nav.* 73. *in princ.*

1. *Ut quis falſi reus ſit, quæ concurrere debent?*

HÆc tria. I. Ut dolo malo ſeu animo fallendi & corrumpendæ veritatis committatur. II. Ut noceat alteri. III. Ut

lege aliqua ſtatutum ſit, talem immutationem veri eſſe punibilem pœna falſi, quod eſt quaſi falſum, & ex S. C. vel interpretatione prudentum pro falſo habito habetur.

l. 10. C. Ad L. Corn. de falſis.

2. *Quibus modis & qualiter admittitur falſum?*

Variis modis, & aut dicto ſcriptove, aut facto vel uſu. Dicto, ſi falſo teſtimonio & veritas occultetur, & mendacium dicatur.

c. 1. h. t. Scripto, ſi quis teſtimonium vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignaverit, recitaverit, ſubjecerit. Circa litteras vero Apoſtolicas falſitas hujusmodi committitur vel in modo dictaminis ſeu mutatione ſtyli, vel in forma ſcripturæ, qualitate chartæ.

2. & l. 23. D. eod.

c. 5. & 7. h. t.

Facto, ſi quis ſigillum adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit, dolo malo; ſi falſam monetam percuſſerit, nummosque adulterinos conflaverit, finxerit, tinxerit; ſi pondera & menſuras publice probatas corruperit, aliisve modis.

Init. d. tit. l. 9. & 19. D. eod. l. pen. D. eod.

Uſu denique, ſi quis vel falſis inſtrumentis vel falſis litteris aut ſummi Pont. aut alicujus Principis, ſciens dolo malo fuerit uſus. It. falſum nom. vel cognomen ſibi uſurpando.

d. c. 5. 6. & 7. h. t. c. 3. eod. l. 13. D. eod.

Quæ eſt pœna falſi?

Jure civili pœna falſi, vel quaſi falſi, in liberis hominibus eſt deportatio & bonorum omnium publicatio, ſervus ultimo ſupplicio affici jubetur: aliterve pro qualitate perſonæ falſum committentis, falſitatisque commiſſæ modo atrocius modo mitius, crimen hoc punitur. *l. 1. in fin. D. eod.*

Jure Pont. qui falſum in literis S. P. admiſiſſe convincitur, ſi Clericus fuerit, cum omnibus ſuis ea in re fautoribus & defenſoribus excommunicatus, omnibusque officiis & beneficiis ſuis ſpoliatus, & per Eccleſiaſticum judicem degradatus, curiæ traditur ſeculari puniendus, aliter quum in litteris Apoſtolicis Clericus falſum admiſerit, pœna eſt depoſitio vel alia major, pro qualitate criminis. *l. Quidu- ob. 21. D. eod.* *d. c. 7. b. t.*

De Sortilegiis.

TIT. XXI.

Dixi ſupra, a crimine falſi etiam ſortilegos non eſſe alienos: quia per ſortes fallunt homines, & præ ſe ferunt ſe vera prædicere, cum ſolius Dei ſit futura noſſe. *can. 1. XXXVI. q. 5.*

1. *Quæ dicuntur hoc loco Sortes, & qui Sortilegi?*

Sortes nihil aliud quam divinationes & maleficia eſſe, inquit Leo IV. Pont. Sortilegi vero ſunt, auctore Iſidoro, qui ſub nomine fictæ religionis per quasdam, quas Sanctorum ſeu Apoſtolorum ſortes vocant, divinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunque ſcripturam inſpectione futura promittunt. Vel Sortilegi dicuntur, qui id, quod occultum eſt, eventu alicujus rei explorant, ut qui ad deprehendendum fures aſtrolabium vel aliud quid movent, aut inſpiciunt.

can. Sortes XXV. q. 5.

can. unico XXVI. q. 1.

c. 1. & 2. h. t.

2. *Nomine Sortilegorum qui præterea comprehenduntur?*

Nomen hoc generale eſt, omnisque divinationum ſpecies complectitur, ut quæ ex aſtris eventus futurorum ſeu naſcentium vitam & mores conjectat, Aſtrologiam divinatricem ſeu judicariam, & quæ ex elementis, ut Geomantiam, Hydromantiam, Pyromantiam, Aëromantiam; & quæ ab aliis, quibus divinandi artem exercentes incumbunt, appellantur, ut Arioli, Aruſpices, Auſpices, Necromantici, Magi &c.

can. Sed & illud XXVI. q. 2. can. Igitur XXVI. q. 3.

3. *Quotuplices ſunt ſortes?*

Triplices, Diviſoriæ, Conſultoriæ & Divi-

Divinatoriæ. *Diviſoriæ* ſunt, quarum eventus plerumque a ſolo caſu pendet: ut cum ſortem velut judicem facimus in litibus ac controverſiis dirimendis, in hæreditatibus & bonis communibus dividendis &c. ut ſciatur, quid cuique tribuendum ſit, in quibus propterea nihil per ſe mali eſt. *Conſultoriis* divina voluntas conſulitur, ut ſciatur, quid agendum fugiendumve ſit: quod licite fit, quando cogit neceſſitas, ut cum Apoſtoli, non niſi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuſis, Matthiam in Apoſtolatum ſorte elegerunt. *Divinatoriæ* ſunt, ex quarum inſpectione futura prænunciantur, & præſentia aut præterita occulta deteguntur: quo quia ordinarie non fit ſine pacto aliquo cum dæmone, ſive expreſſo ſive tacito, ideo tales ſortes omnino illicitæ ſunt & prohibitæ jure Canonico.

l.14. D. de judic. & l. 3. de fam. erciſ.

d. c. 1. & 2. h. t.

4. *Quæ ſunt pœnæ Sortilegorum?*

Jure Canonico pœna eſt excommunicatio, quam pœnam incurrent & conſulentes: monitique & emendationem detrectantes, ſi ſervi, verberibus caſtigandi ſunt, liberi vero homines in carcerem detru-

Can. Non oportet & aliis XXVI. q. 1.

Can. Con- detrudendi. Clerici vero magi vel ſorti-
trad. q. 1. legi, aut etiam conſulentes, depóſiti ab omni ordine ſacro, & executi officiis ac beneficiis in monaſterio crimen admisſum perpetua pœnitentia luere debent, niſi mitiget pœnam ſimplicitas & bonus zelus: Divinationes, quæ hæreſin manifeſtam ſapiant, exercentes puniuntur, ut
can. ſi quis hæretici, atque incorrigibiles facti curiæ
Epiſc. d. traduntur ſeculari puniendi.
q. 5.

Jure civili pœna maleficorum, ariolorum, & ſimilium, eſt capitalis, & aut con-
l. 3. *C. de* cremantur, aut gladio feriuntur. De con-
malef. & ſuetudine pœna eſt arbitraria, juxta qua-
Mathem. litatem delicti utroque jure.

De Colluſione detegenda.

TIT. XXII.

Falſi quoque ſpeciem habet, colludere cum adverſario in judicio, id eſt aliud revera agere, aliud ſimulare; quare hæc quoque falſitas detegenda.

1. *Colludere qui & qualiter dicuntur?*

INprimis ipſi litigatores, actor & reus, cum litem ſimulant, ex pacto alter al-
c. 2. *&* 2. terum patitur vincere in cauſſa, ut ita
C. eod. præjudicium fiat alicui; quales Prævaricato-

tores appellantur. Item procuratores cauſſarum, quando alter alteri cauſſam domini ſui prodit, & cum vincere poſſet, patitur ſe vinci & condemnari. *l.1.§.6. Ad SC. Turp. & l. 212. D. V. S.*

2. *Quæ eſt pœna colludentium ſeu prævaricatorum?*

Jure civili pœna eſt extraordinaria. Accuſator convictus fit infamis, & ab accuſatione repellitur, Reoque abſoluto per collusionem aut prævaricationem, poteſt ex integro accuſatio inſtitui, & per judicem ex officio inquiri ſuper eodem crimine. *l. 2. D. De Prævaric. l. 4. & 5. eod.* Colluſione ſuper beneficio facta, quo illud fiat cenſuale ſeu penſioni ſubjiciatur, ea conditione, ut per mortem alterius in colluſorem transferatur, privatur uterque eodem beneficio, non quidem ipſo jure, ſed per ſententiam. *c. 1. 2. & 4. h. t. c. 3. h. t.*

De Delictis Puerorum.

TIT. XXIII.

Subinde & in impuberibus delicta quædam deprehenduntur, veluti furta, mendacia, perjurium, homicidium, quibus plena eſſe dicitur puerilis ætas, quæ non ſunt omnino impune relinquenda. *c. 1. h. t.*

1. *An*

1. *An ergo impubes ante decimum quartum ætatis annum puniendus?*

OMnino; quatenus doli capax eſt, & ob id intelligat aliquo modo ſe delinquere. Qui tamen mitius puniendi ſunt quam puberes, quia aliquid indulgendum ætati: ipſique impuberes eo nomine conveniri debent, non pater.

§. in ſumma pen. Inſtit. de oblig. quæ ex del. naſc. d. c. 1. in fine.

De Clerico venatore.

TIT. XXIV.

Sequitur deinceps de criminibus Clericorum propriis, quorum quædam ſunt omnium Clericorum communia, ut Venatio, Percuſſio & Maledictio.

1. *Cur Clericis interdicta eſt Venatio?*

lib. 1. Polit. QVia venatio eſt pars bellicæ virtutis, teſte Ariſtotele. Jubentur autem *c. 1. & 2. h. t.* Clerici ab omni contentionis & belli ſpecie abſtinere. Venationem intellige ſaltuoſam & clamoſam, quæ fit cum accipitribus, & aliis ejuſmodi, quia pugnat hæc cum ſtatu & profeſſione Clericorum quam proinde artem nequiſſimam, imo ipſam nequitiam vocat D. Auguſt. non

eam,

eam, quæ fit ſine ſtrepitu canum & armorum, cum retibus & paucis canibus, modo etiam raro fiat, nec avocet ab officiis. Ut enim D. Hier. ait, non invenimus in ſcripturis ſanctis ſanctum aliquem venatorem, piſcatores invenimus ſanctos. *can.8.&9. diſt.86. Abbas in d. c.1.b.t. can. Eſau venator diſt. 86.*

2. *Quæ eſt pœna Clerici venatoris?*

Deprehenſus ſæpius in venatione, ſi Epiſcopus ſit, tribus menſibus a communione; ſi Presbyter duobus; ſi Diaconus, pro arbitrio Judicis ab omni officio, ſuſpenduntur. *d. c. 1.*

De Clerico percuſſore.

TIT. XXV.

1. *Quis dicitur Clericus percuſſor?*

QVi ex prava conſuetudine pronus & facilis eſt ad percutiendum facto vel verbere, ſive per ſe & manibus ſuis hoc faciat, ſive per alium. Percuſſionem intellige, quæ ad cædem aut mutilationem perducat, non quæ dicto fit aut verbis, arguendo, obſecrando, increpando ſibi ſubditos. *can. Non licet 23. diſt. 86. can.5.quis omnem 1. qu.7. can. Cum beatus 8. diſt. 45. can. Epiſcopum. 7. diſt. 45.*

2. *Quæ eſt pœna Clerici percuſſoris?*

Prælati, & cæteri Clerici percuſſores ſunt *c. 1. h. t.*

ſunt ſuſpendendi ab officio. Quod ſi moniti, ne ſævirent in ſuos, ſe non emendent, deponendi ſunt, & ordinibus Eccleſiaſticis ſpoliandi. Permiſſum tamen judici Eccleſiaſtico, præter pecuniariam pœnam, virgis cædere delinquentes, citra pœnam, irregularitatis, moderatione adhibita, ne in vindictam ſanguinis transire videatur.

c.4.ſup.De raptorib.

De Maledicis.

TIT. XXVI.

Videntur & percutere quodammodo maledici, blaſphemi, detractores ea percuſſione, quæ fit verbo aut lingva.

1. *Qui dicuntur hoc loco Maledici?*

can.3.5.& 6.diſt.46. c.1.h.t.c.2. eod. Levit. c.24.Nov. 77. in fine can.Siquis XXV.q.1. c.2.h.t.Covar. in c. Quamvis p.1. §.7. n. 22.

MAledici, a maledicendo, nomine generaliter accepto, dicuntur Clerici litigioſi, adulatores, proditores, ſcurriles, & verbis turpibus joculatores. Hoc loco ſtrictius accipitur nomen illud pro blasphemis in Deum, in Sanctos, & maxime in B. M. Virginem. Eoque majus eſt delictum, quo major eſt is, in quem peccatur, ut v. g. eſt ſummus Pont.

(Vid. Carpz. *Pr. Crim. p.* 1. *q.* 45. *n.*51.)

2. *Qua*

2. *Qua pœna afficiuntur Maledici?*

Jura divino antiquo blasphemia, quæ fit verbis in Deum, morte punita fuit, ut & ex Conſtitutionibus Principum. Jure Pontificio Clerici blasphemi deponuntur ab Ordine; laici vero incorrigibiles facti excommunicantur, aliterve puniuntur, pro perſonæ & facti qualitate, aut mulcta pecuniaria aut pœnitentia publica, aut alia arbitraria.

De Clerico excommunicato, depoſito vel interdicto miniſtrante.

TIT. XXVII.

Circa Ordines quoque Eccleſiaſticos ſunt delicta peculiaria Clericorum, ut ſi Clericus excommunicatus, depoſitus, vel interdictus in ordine ſuo miniſtret, qui hoc pacto graviter peccat.

1. *Tales Clerici quomodo puniuntur?*

Inprimis, ſi Sacerdos aliquis, dum ſciret, etiam per rumorem tantum, ſe majori excommunicatione implicitum & monitus prius, ut deſiſtat, celebrare ac divinis

c. 4. 5. & h. t. *c. 1. v. 3. eod.*

ſeſe officiis ingerere præſumſerit, fit irregularis. Et ſi nec ſic deſiſtat, Ordinibus ſuis ſpoliatus, implorato judicis laici auxilio, in exilium mittitur.

2. *Quid ſi minori tantum excommunicatione fuerit ligatus?*

c. ult. h. t. d. c. ult. Vide Covar. in c. Alma p. 1. §. 7. Talis celebrando licet graviter peccet, non tamen fit irregularis, quo minus poſſit Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrare; ſed tantum impedit, quo minus ipſe ea percipere poſſit. Quæ eadem & in Clerico depoſito atque interdicto locum habent.

De Clerico non ordinato miniſtrante.

TIT. XXIIX.

1. *Quomodo punitur talis Clericus?*

c. 1. & 2. h. t. d. c. 2. An. 1601. 1. Dec. Fit perpetuo irregularis ad ſuſceptionem ejus Ordinis: in quo non ordinatus miniſtravit, & præterea ab Eccleſia abjiciendus ſeu excommunicandus eſt. Beneficium tamen Eccleſiaſticum ei non eſt auferendum, ut habeat, unde vivat. Hodie ex Conſtitut. Clementis VIII. quilibet non Sacerdos dicens Miſſam aut confeſſionem Sacramentalem

lem excipiens, ab Eccleſia abjicitur, & ab Ordinibus, ſi quos habet, rite degradatus, jubetur tradi Curiæ ſeculari debitis pœnis plectendus.

De Clerico per ſaltum promoto.

TIT. XXIX.

Ordines Eccleſiaſtici non niſi gradatim & diſtinctis intervallis temporum conferri poſſunt, ut dictum ſupra. *ad tit. de temporib. ordin.*

1. *Quis dicitur promotus per ſaltum?*

QVi prætermiſſo Ordine inferiori ad ſuperiorem aliquem ſua negligentia aſcenderit; ut ſi nondum Diaconus ſacerdotio initietur.

2. *Quæ pœna eſt ſic promoti?*

Talis tamdiu ab uſu & executione ſic ſuſcepti Ordinis ſuſpenditur, donec omiſſus Ordo inferior ſuppleatur. Et hoc, ſi ſua negligentia, ut dixi, & ignoranter ad Ordinem ſuperiorem aſcenderit: non ſcienter, quia tunc non eſt ordinandus, ut dictum eſt de non ordinato; quia idem eſt, non eſſe ordinatum, & non eſſe rite ordinatum. *c. unico h. t. & can. ſa. diſt. 52.*

De eo, qui furtive Ordinem ſuſceperit.

TIT. XXX.

1. *Quis qualiter furtive Ordinem ſuſcipere dicitur?*

QVi ſuſceperit ordinem aliquem Eccleſiaſticum ſine prævio examine, & ſine prævia admiſſione ad illum Ordinem ſuſcipiendum, in numerum ordinandorum irrepſerit: veluti ſi quis ad minores tantum Ordines admiſſus, etiam Ordinem ſuſceperit Subdiaconatus; vel ſi contra inhibitionem ſui Superioris ſeu Ordinarii eodem tempore duos Ordines ſacros adeptus fuerit.

c. 2. h. t. *c. 3. eod.*

2. *Quæ eſt pœna ſic ordinati?*

d. c. 3. Taliter ordinatus prohibetur & in Ordine ſic ſuſcepto miniſtrare, & ad alium ſuperiorem aſcendere. Poteſt tamen *c. 1. in fine d. c. 2. & 3.* Epiſcopus, ſi inhibitio facta non fuerit ſub pœnis excommunicationis, cum eo diſpenſare in Ordine furtive ſuſcepto, eundemque habilitare ad alium Ordinem ſuſcipiendum: ſecus, ſi fuerit excommunicatus. Conc. Trid. vult furtive ordinatum eſſe ſuſpenſum ab Ordinum executione, quamdiu Epiſcopo ſive Ordinario viſum fuerit. *Seſſ. 24. c. 8. de reform.*

De

De Exceſſibus Prælatorum & ſubditorum.

TIT. XXXI.

Dictum hactenus de criminibus ſpecialibus, quæ omnium Clericorum ſunt communia; nunc paucis agendum eſt de delictis, quæ propria ſunt Prælatorum ac ſubditorum, & hic dicuntur Exceſſus Prælatorum.

I. Quinam igitur exceſſus a Prælatis in ſubditos, & contra committi ſolent?

INprimis excedere dicuntur Epiſcopi ac Prælati, indebitis tallii atque exactionibus, aliiſque gravaminibus ſubditos ſuos prementes. Imo ſubditis liberum eſt, Prælato ſeu ſuperiori ſuo non parere, ſi quid imperet, quod ſit contra tenorem ſui privilegii. *c.1.2.16. & 17. h. t. c.3. eod.*

II. Subditi Prælatis & Superioribus ſuis debitam reverentiam & honorem exhibere tenentur: quem ſi morum perverſitate corrupti non exhibuerint, aut alias, quod ratione officii illis incumbit, non præſtiterint, dicuntur exceſſum facere; quo ſpectant etiam vitia & delicta, de quibus dictum ſupra.

Excedunt & Prælati inferiores, ſe rebus, non ad ſe, ſed ad Superiorem pertinentibus ingerentes: veluti ſi Prælatus, non Epiſcopus, ſine hujus aſſenſu velit unire Eccleſias; aut ſi qui ex his, quæ jure communi ad Epiſcopalem ſpectant dignitatem, & jurisdictionem, quidquam ſibi vindicent, veluti publicas pœnitentias injungendo, vel indulgentias concedendo. Item ſi, qui poteſtatem *c.12. eod. c.* habent beneficii conferendi, illud vel ipſi *5. & 6. eod.* ſibi retinere velint, vel conferant indigno, & rurſus, ejusmodi collatione non *c.11. in fine* improbata, conferant alteri: ob hanc *eod.* eorum inconſtantiam pro ea vice privandi facultate conferendi.

De novi operis nunciatione.

TIT. XXXII.

Peccat etiam ſubinde Prælatus ædificando, veluti ædificandis Eccleſiis, aut aliis piis locis, ſi inde grave aliquod damnum acceptura ſit Eccleſia matrix, cui præeſt.

1. *Quid eſt annunciare novum opus, vel nunciatio novi operis? Et quid opus novum facere?*

Nun-

NUnciare novum opus eſt denunciare & inhibere vicino, ne ædificet. Nunciare enim hic nihil aliud ſignificet quam prohibere. Opus vero novum facere videtur, qui ædificando vel detrahendo aliquid, priſtinam operis faciem mutat. Nunciatio igitur novi operis eſt prohibitio ædificandi, in publico vel privato, legitime facta, ad hoc, ut deſiſtat ab opere, ſaltem tantiſper, donec jus ædificandi fuerit diſcuſſum, an jure, an injuria ædificet. *l. 1. §. opus D. eod.*

2. *Quid ſi ædificans nunciatione neglecta non deſiſtat ab opere?*

Tunc cogitur, quidquid poſt nunciationem conſtruxerit, ſuis ſumptibus demoliri, licet poſtea deprehendatur, eum jure ædificaſſe; quia auctoritati judicis non obtemperavit. *c. 1. & 2. h. t.*

3. *Quid ſi e diverſo per ejusmodi nunciationem opus aliquod temere diutius differatur?*

Eo caſu opus novum nuncians intra tres menſes probare debet, opus inchoatum injuria conſtrui. Eſtque in optione nuncianti, an de præjudicio ſuo intra tres menſes doceat, & interim deſiſtatur ab opere, an vero pergat in ædificando, *d. c. 1. & ul. h. t. & l. un. C. eod. c. pen. & ult. eod.*

do, recepta cautione de opere ſuis ſumptibus demoliendo, ſi injuſte ædificatum pronunciabitur.

De Privilegiis & Exceſſibus privilegiatorum.

TIT. XXXIII.

Poſtremo tam Prælati, quam ſubditi, ſive Clerici ſive Religioſi, etiam non Clerici, non raro excedunt & delicta committunt in ſuis privilegiis.

1. *Quid eſt Privilegium?*

c. 31. h. t. Privilegium eſt jus ſingulare a Superiore contra jus commune uni vel pluribus conceſſum. Singulare, inquam; quia, cum detur contra jus commune, neque ultra perſonas, neque ultra res privilegio expreſſas per interpretationem eſt extendendum. *c. 2. & c. 17. in fine ead. Decius in c. Sicut Romana in pr. ſup. de reſcr.* Jure Canonico Privilegia dici ſolent quælibet indulta, exemptiones, libertates, & gratiæ ſeu indulgentiæ contra jus concedi ſolitæ.

2. *Quotuplex eſt Privilegium?*

Primo, Privilegium aliud eſt *Perſonale*, quod proximam conceſſionis cauſſam a perſonis habet, quarum merita, conditio vel qualitas dant locum privilegio: aliud

aliud *Reale*, ſive Rei, cauſſæ, vel loci, quod alicui dignitati, corpori, univerſitati vel collegio, aut Studio generali conceditur. Cujusmodi privilegia, etiam perſonis ſublatis, in rebus ſubſiſtunt & durant. Perſonalia vero ſimul cum perſonis, quibus conceſſa, intereunt.

II. Aliud eſt *Generale*; quod pluribus perſonis, vel ratione plurimarum perſonarum rerumve conceditur: aliud *Speciale*, quod uni loco vel perſonæ ſingulari aliquo favore indulgetur.

3. *Exceſſus privilegiorum circa quæ potiſſimum verſantur?*

Circa abuſum ipſorum privilegiorum. Neque enim privilegiatis licet pravam interpretationem contra & præter mentem concedentis producere, aut alio quoque modo privilegiis ſibi conceſſis abuti, vel aliorum privilegiis derogare; digni alioqui, qui privilegia ſua amittant.

4. *Quibus præterea modis amittitur privilegium?*

Amittitur Primo, Morte privilegiati, ſi perſonale ſit privilegium. II. Lapſu temporis, ſi privilegium ſit temporale. III. Præſcriptione 30. vel 40. annorum. IV. Renunciatione, tacita vel expreſſa. V. Revocatione, aliisque modis.

c. 4. &c. Privilegia 24. h. t. Vide Suarez. de Legib. lib. 8. c. 34. & ſeqq.

ſunt ſuſpendendi ab officio. Quod ſi moniti, ne ſævirent in ſuos, ſe non emendent, deponendi ſunt, & ordinibus Eccleſiaſticis ſpoliandi. Permiſſum tamen judici Eccleſiaſtico, præter pecuniariam pœnam, virgis cædere delinquentes, citra pœnam, irregularitatis, moderatione adhibita, ne in vindictam ſanguinis tranſire videatur.

c.4.ſup.De raptorib.

De Maledicis.

TIT. XXVI.

Videntur & percutere quodammodo maledici, blaſphemi, detractores ea percuſſione, quæ fit verbo aut lingva.

1. *Qui dicuntur hoc loco Maledici?*

MAledici, a maledicendo, nomine generaliter accepto, dicuntur Clerici litigioſi, adulatores, proditores, ſcurriles, & verbis turpibus joculatores. Hoc loco ſtrictius accipitur nomen illud pro blaſphemis in Deum, in Sanctos, & maxime in B. M. Virginem. Eoque majus eſt delictum, quo major eſt is, in quem peccatur, ut v. g. eſt ſummus Pont.

can.3.5. & 6. diſt. 46. c.1.h.t. c.2. eod. Levit. c. 24. Nov. 77. in fine can. Siquis XXV. q. 1. c.2.h.t. Covar. in c. Quamvis p. 1. §. 7. n. 22.

(Vid. Carpz. *Pr. Crim. p.* 1. *q.* 45. *n.* 51.)

2. *Qua*

2. *Quæ pœna afficiuntur Maledici?*

Jura divino antiquo blaſphemia, quæ fit verbis in Deum, morte punita fuit, ut & ex Conſtitutionibus Principum. Jure Pontificio Clerici blaſphemi deponuntur ab Ordine; laici vero incorrigibiles facti excommunicantur, aliterve puniuntur, pro perſonæ & facti qualitate, aut mulcta pecuniaria aut pœnitentia publica, aut alia arbitraria.

De Clerico excommunicato, depoſito vel interdicto miniſtrante.

TIT. XXVII.

Circa Ordines quoque Eccleſiaſticos ſunt delicta peculiaria Clericorum, ut ſi Clericus excommunicatus, depoſitus, vel interdictus in ordine ſuo miniſtret, qui hoc pacto graviter peccat.

1. *Tales Clerici quomodo puniuntur?*

INprimis, ſi Sacerdos aliquis, dum ſciret, etiam per rumorem tantum, ſe majori excommunicatione implicitum & monitus prius, ut deſiſtat, celebrare ac divinis ſeſe *c. 4. 5. & h. t. c. 1. v. 3. eod.*

ſeſe officiis ingerere præſumſerit, fit irregularis. Et ſi nec ſic deſiſtat, Ordinibus ſuis ſpoliatus, implorato judicis laici auxilio, in exilium mittitur.

2. Quid ſi minori tantum excommunicatione fuerit ligatus?

c. ult. h. t. Talis celebrando licet graviter peccet, non tamen fit irregularis, quo minus poſſit Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrare; ſed tantum impedit, quo minus ipſe ea percipere poſſit. Quæ eadem & in Clerico depoſito atque interdicto locum habent.

d. c. ult. Vide Covar. in r. Alma p. 1. §. 7.

De Clerico non ordinato miniſtrante.

TIT. XXIIX.

1. Quomodo punitur talis Clericus?

Fit perpetuo irregularis ad ſuſceptionem ejus Ordinis: in quo non ordinatus miniſtravit, & præterea ab Eccleſia abjiciendus ſeu excommunicandus eſt. Beneficium tamen Eccleſiaſticum ei non eſt auferendum, ut habeat, unde vivat. Hodie ex Conſtitut. Clementis VIII. quilibet non Sacerdos dicens Miſſam aut confeſſionem Sacramentalem

c. 1. & 2. h. t. d. c. 2. An. 1601. 1. Dec.

lem excipiens, ab Eccleſia abjicitur, & ab Ordinibus, ſi quos habet, rite degradatus, jubetur tradi Curiæ ſeculari debitis pœnis plectendus.

De Clerico per ſaltum promoto.

TIT. XXIX.

Ordines Eccleſiaſtici non niſi gradatim & diſtinctis intervallis temporum conferri poſſunt, ut dictum ſupra. *ad tit. de temporib. ordin.*

1. *Quis dicitur promotus per ſaltum?*

QVi prætermiſſo Ordine inferiori ad ſuperiorem aliquem ſua negligentia aſcenderit; ut ſi nondum Diaconus ſacerdotio initietur.

2. *Quæ pœna eſt ſic promoti?*

Talis tamdiu ab uſu & executione ſuſcepti Ordinis ſuſpenditur, donec omiſſus Ordo inferior ſuppleatur. Et hoc, ſi ſua negligentia, ut dixi, & ignoranter ad Ordinem ſuperiorem aſcenderit: non ſcienter, quia tunc non eſt ordinandus, ut dictum eſt de non ordinato; quia idem eſt, non eſſe ordinatum, & non eſſe rite ordinatum. *c. unico h. t. & can. un. diſt. 52.*

De eo, qui furtive Ordinem ſuſceperit.

TIT. XXX.

1. *Quis qualiter furtive Ordinem ſuſcipere dicitur?*

QVi ſuſceperit ordinem aliquem Eccleſiaſticum ſine prævio examine, & ſine prævia admiſſione ad illum Ordinem ſuſcipiendum, in numerum ordinandorum irrepſerit: veluti ſi quis ad minores tantum Ordines admiſſus, etiam Ordinem ſuſceperit Subdiaconatus; vel ſi contra inhibitionem ſui Superioris ſeu Ordinarii eodem tempore duos Ordines ſacros adeptus fuerit.

c. 2. h. t.

c. 5. eod.

2. *Quæ eſt pœna ſic ordinati?*

d. c. 3. Taliter ordinatus prohibetur & in Ordine ſic ſuſcepto miniſtrare, & ad alium ſuperiorem aſcendere. Poteſt tamen Epiſcopus, ſi inhibitio facta non fuerit ſub pœnis excommunicationis, cum eo diſpenſare in Ordine furtive ſuſcepto, eundemque habilitare ad alium Ordinem ſuſcipiendum: ſecus, ſi fuerit excommunicatus. Conc. Trid. vult furtive ordinatum eſſe ſuſpenſum ab Ordinum executione, quamdiu Epiſcopo ſive Ordinario viſum fuerit.

c. 1. in fine d. c. 2. & 3.

Seſſ. 24. c. 8. de reform.

De

De Exceſſibus Prælatorum & ſubditorum.

TIT. XXXI.

Dictum hactenus de criminibus ſpecialibus, quæ omnium Clericorum ſunt communia; nunc paucis agendum eſt de delictis, quæ propria ſunt Prælatorum ac ſubditorum, & hic dicuntur Exceſſus Prælatorum.

I. *Quinam igitur exceſſus a Prælatis in ſubditos, & contra committi ſolent?*

INprimis excedere dicuntur Epiſcopi ac Prælati, indebitis tallii atque exactionibus, aliisque gravaminibus ſubditos ſuos prementes. Imo ſubditis liberum eſt, Prælato ſeu ſuperiori ſuo non parere, ſi quid imperet, quod ſit contra tenorem ſui privilegii. *c.1.2.16. & 17. h. t. c.3. eod.*

II. Subditi Prælatis & Superioribus ſuis debitam reverentiam & honorem exhibere tenentur: quem ſi morum perverſitate corrupti non exhibuerint, aut alias, quod ratione officii illis incumbit, non præſtiterint, dicuntur exceſſum facere; quo ſpectant etiam vitia & delicta, de quibus dictum ſupra.

Excedunt & Prælati inferiores, ſe rebus, non ad ſe, ſed ad Superiorem pertinentibus ingerentes: veluti ſi Prælatus, non Epiſcopus, ſine hujus aſſenſu velit unire Eccleſias; aut ſi qui ex his, quæ jure communi ad Epiſcopalem ſpectant dignitatem, & jurisdictionem, quidquam ſibi vindicent, veluti publicas pœnitentias injungendo, vel indulgentias concedendo. Item ſi, qui poteſtatem
c.12. eod.c. 5.& 6.eod. habent beneficii conferendi, illud vel ipſi ſibi retinere velint, vel conferant indigno, & rurſus, ejusmodi collatione non
c.11. in fine eod. improbata, conferant alteri: ob hanc eorum inconſtantiam pro ea vice privandi facultate conferendi.

De novi operis nunciatione.

TIT. XXXII.

Peccat etiam ſubinde Prælatus ædificando, veluti ædificandis Eccleſiis, aut aliis piis locis, ſi inde grave aliquod damnum acceptura ſit Eccleſia matrix, cui præeſt.

1. *Quid eſt annunciare novum opus, vel nunciatio novi operis? Et quid opus novum facere?*

Nun-

NUnciare novum opus eſt denunciare & inhibere vicino, ne ædificet. Nunciare enim hic nihil aliud ſignificet quam prohibere. Opus vero novum facere videtur, qui ædificando vel detrahendo aliquid, priſtinam operis faciem mutat. Nunciatio igitur novi operis eſt prohibitio ædificandi, in publico vel privato, legitime facta, ad hoc, ut deſiſtat ab opere, ſaltem tantiſper, donec jus ædificandi fuerit diſcuſſum, an jure, an injuria ædificet. *l. 1. §. opus D. eod.*

2. *Quid ſi ædificans nunciatione neglecta non deſiſtat ab opere?*

Tunc cogitur, quidquid poſt nunciationem conſtruxerit, ſuis ſumptibus demoliri, licet poſtea deprehendatur, eum jure ædificaſſe; quia auctoritati judicis non obtemperavit. *c. 1. & 2. h. t.*

3. *Quid ſi e diverſo per ejusmodi nunciationem opus aliquod temere diutius differatur?*

Eo caſu opus novum nuncians intra tres menſes probare debet, opus inchoatum injuria conſtrui. Eſtque in optione nunciantis, an de præjudicio ſuo intra tres menſes doceat, & interim deſiſtatur ab opere, an vero pergat in ædificando, *d. c. 1. & ul. h. t. & l. un. C. eod. c. pen. & ult. eod.*

do, recepta cautione de opere ſuis ſumptibus demoliendo, ſi injuſte ædificatum pronunciabitur.

De Privilegiis & Exceſſibus privilegiatorum.

TIT. XXXIII.

Poſtremo tam Prælati, quam ſubditi, ſive Clerici ſive Religioſi, etiam non Clerici, non raro excedunt & delicta committunt in ſuis privilegiis.

1. *Quid eſt Privilegium?*

c.31. h. t. PRivilegium eſt jus ſingulare a Superiore contra jus commune uni vel pluribus conceſſum. Singulare, inquam; quia, cum detur contra jus commune, neque ultra perſonas, neque ultra res privilegio expreſſas per interpretationem eſt extendendum. Jure Canonico Privilegia dici ſolent quælibet indulta, exemptiones, libertates, & gratiæ ſeu indulgentiæ contra jus concedi ſolitæ.

c.2. & c.17. in fine eod. Decius in c. Sicut Romana in pr. ſup. de reſcr.

2. *Quotuplex eſt Privilegium?*

Primo, Privilegium aliud eſt *Perſonale*, quod proximam conceſſionis cauſſam a perſonis habet, quarum merita, conditio vel qualitas dant locum privilegio: aliud

aliud *Reale*, ſive Rei, cauſſæ, vel loci, quod alicui dignitati, corpori, univerſitati vel collegio, aut Studio generali conceditur. Cujusmodi privilegia, etiam perſonis ſublatis, in rebus ſubſiſtunt & durant. Perſonalia vero ſimul cum perſonis, quibus conceſſa, intereunt.

II. Aliud eſt *Generale*; quod pluribus perſonis, vel ratione plurimarum perſonarum rerumve conceditur: aliud *Speciale*, quod uni loco vel perſonæ ſingulari aliquo favore indulgetur.

3. *Exceſſus privilegiorum circa qua potiſſimum verſantur?*

Circa abuſum ipſorum privilegiorum. Neque enim privilegiatis licet pravam interpretationem contra & præter mentem concedentis producere, aut alio quoque modo privilegiis ſibi conceſſis abuti, vel aliorum privilegiis derogare; digni alioqui, qui privilegia ſua amittant.

4. *Quibus praterea modis amittitur privilegium?*

Amittitur Primo, Morte privilegiati, ſi perſonale ſit privilegium. II. Lapſu temporis, ſi privilegium ſit temporale. III. Præſcriptione 30. vel 40. annorum. IV. Renunciatione, tacita vel expreſſa. V. Revocatione, aliisque modis.

c. 4. &c. Privilegia 24. h. t. Vide Suarez. de Legib. lib. 8. c. 34. & ſeqq.

De Purgatione Canonica.

TIT. XXXIV.

Hactenus de generibus criminum, quæ ſi non ſatis probata fuerint, indicenda eſt Purgatio Canonica illis, qui de crimine aliquo diffamati ſunt, vel vehementer ſuſpecti; & dicitur *Canonica* hæc Purgatio, quod a SS. Canonibus inventa & prodita ſit, ac ſurrogata Purgationi civili, quam *Vulgarem* vocant.

1. *Quid igitur eſt Purgatio Canonica?*

Purgatio Canonica eſt innocentiæ ſuper objecto crimine Canonice facta oſtenſio ſeu demonſtratio.

2. *Quis alicui indicere poteſt hanc purgationem?*

c. 12. h. t. Judex, qui de crimine cognoſcit, aut cognoſcere debet, de quo quis infamatur. Idque vel ad inſtantiam ejus, qui purgandus eſt, vel ab ipſo judice ei, qui de gravi aliquo crimine infamatus eſt, eidemque fide digno, quem veriſimile ſit non facile pejeraturum. *c. 1. & ibi. gl. & Abbas h. t.*

3. *Quomodo & qua forma fieri ſolet?*

In

Inprimis jurat reus, tactis S. S. Evangeliis, de veritate ſe objectum ſibi crimen non perpetraſſe: tum compurgatores (quos eligit judex, probæ vitæ homines) ſaltem de nullo crimine condemnatos aut ſuſpectos, ejuſdem ordinis cum diffamato, quem & familiariter noverint de credulitate, quod ſcilicet credant eum verum juraſſe, nec objectum crimen admiſiſſe. Compurgatorum autem olim certus & determinatus fuit numerus hodie arbitrarius eſt, pro qualitate delicti aut infamiæ.

c. ult. eod.

c. 7. 9. & aliis eod.

c. 5. 23. & c. ult. eod.

De purgatione Vulgari.

TIT. XXXV.

1. *Cur dicitur Vulgaris hæc Purgatio?*

QVod vulgo tantum & temere uſurpata ſit, ac nullo modo approbata: vel quod a vulgo, diabolo inſtigante, inventa & inducta.

c. 20. Mennam & can.

c. 20. Conſuluiſti 2. q. 4.

2. *Quibus modis & qualiter fieri ſolet?*

Variis modis I. Per Monomachiam ſeu duellum, olim etiam inter Chriſtianos jam inde a temporibus Barbarorum in Italia uſurpatum. II. Per ignem, hoc eſt,

Cujar. ad lib. c. F. t. 1.

eſt per ferrum candens, per prunas & rogum; quibus modis habebatur innocens, qui ad tactum ferri candentis, aut igni illæſus evaſiſſet. III. Per aquam ferventem, manum in aquam immittendo; vel per frigidam, immerſione trina in aquam, ut ſi tertio emergeret, innocens eſſet; ſin ſupernataret, nocens.

Vid. Covar. 4. Var. c. 23. & ib. Uſſel. c. Extuarum ſup. tit. prox.

De Injuriis & damno dato.

TIT. XXXVI.

Ubi de veritate conſtiterit criminis, ſive per legitimas probationes, ſeu quo alio modo, judicis partes erunt, ut præter pœnas reo infligendas ſatisfiat parti læſæ de injuriis & damnis.

1. *Injuriæ nomen quomodo hic accipitur?*

Accipitur de injuriis quocunque modo illatis, quod & inſcriptio Tit. indicat; nimirum & generaliter, pro omni eo, quod non jure fit, & ſpecialiter, ac proprie, quatenus in contumeliam, ſeu contemptum alterius infertur, ſcilicet in læſionem ſive corporis ſive famæ.

l. 1. D. h. t.

2. In

2. *Injuria ſpecialiter accepta quot modis fit?*

Duobus, aut re aut verbis. Re, quoties manus inferuntur & corpus cæditur læditurve, aut quo alio facto. Verbis, quando convicium dicitur. Quo refertur & ea, quæ fit ſcripto vel libello famoſo, & vel maxime ad infamiam alicujus pertinet. *d. l.* 1 *& l.* 15. *§.* 2. *D. eod. ad l.* 15. *§.* 27. *can.* 1. *& ult. V. qu.* 1.

3. *Quæ actio eo nomine competit?*

Agitur injuriam vel civiliter, vel criminaliter. *Civiliter* ad æſtimationem injuriæ; permittiturque injuriam paſſis eam æſtimare: quam deinde æſtimationem judex ſuo arbitrio moderari poteſt, & vel juxta eam reum condemnare, vel etiam minoris, prout ei viſum fuerit. *Criminaliter* ad pœnam extraordinariam officio judicis reo irrogandam. *§. in ſumma juncto §. pœna In-ſtit. eod.*

Eſt & actio injuriarum *ad palinodiam*, in foro ac praxi uſitata, qua agitur ad retractationem injuriæ, & ad reſtitutionem honoris ac famæ; locum habet in injuria, quæ fit verbis aut ſcripto. Eſtque civilis hæc actio, ſecundum pleroſque non vero criminalis; ea ratione, quod recte cumuletur cum actione, qua

qua ad æſtimationem injuriæ agitur, quæ cumulatio alias admitti non poſſet.

Ex cauſa damni injuria dati, quo nocitum eſt alicui in rebus ſuis circa contumeliam alicujus perſonæ, datur jure civili actio L. Aquiliæ, & reparari oportet tale damnum, ſive dolo malo datum ſit, ſive culpa etiam leviſſima.

Vide Myn-ſing. cent 2. Obſ. 93.

4. Reſtitutio damni dati cui & a quibus facienda?

Hæc facienda eſt, qui damnum paſſus eſt, ejusve hæredi, ab eo, qui damnum dedit, ejusve hæredibus, quatenus hæreditas patitur: contraque eosdem actio damni proponenda erit, non etiam contra alium. Et non tantum damnum, ſed & expenſæ omnes, quas adverſariu in lite perſequenda fecerit, refundendæ ſunt.

c. 8. h. t.

5. Qua ratione ergo toleratur uſus pignorationum ſeu repreſſaliarum?

Prohibitæ quidem illæ ſunt utroque jure, tanquam graves Reip. & æquitati naturali contrariæ, ut quibus alius pro alio prægravetur, & quidem jure Canonum ſub pœna excommunicationis & interdicti, non obſtante prætextu cujus-

vis

vis conſuetudinis. Ratio eſt, quia non habet rationem, inquit Imp. alium quidem eſſe debitorem, alium vero exigi; ſed nec alteri moleſtum eſſe pro alio quodam &c. Mores vero uſum repreſſaliarum probant, concurrentibus his, juſta cauſſa debiti vel delicti, conqueſtione apud Principem, & auctoritate publica vel Principis, pignorationes ejusmodi concedentis.

Nov. 57. Ut non fiant pignorat.

Vide Gvid. Pap. q. 32. & 34. Dam. haud. prax. crim. c. 78.

De Pœnis.

TIT. XXXVII.

Damno reparato, refuſisque expenſis, tenetur inſuper reus ad pœnam ſive ſatisfactionem delicti, impoſitam vel a lege ſeu canone, vel, ſi nulla certa pœna canonibus ſit ſtatuta, arbitrio judicis infligendam.

1. *Quid igitur eſt Pœna?*

Eſt ſupplicium, quo quis ob delictum afficitur, ſive noxæ vindicta, ſeu delictorum omnium coërcitio aut ſatisfactio, a lege vel miniſtro legis impoſita. Vel brevius, eſt afflictio ad vindictam criminis ſeu culpæ impoſita. Afflictio, inquam, qua quis punitur & premitur, vel in corpore, vel in ſtatu ſuo, vel etiam in

c. Dilectus 11. h. t.

Vulting. bic ba.

in ære & bonis fortunæ, quæ pœna vocatur pecuniaria.

1. Quotuplex eſt Pœna Canonica?

Alia eſt Ordinaria, partim a jure ſcripto, id eſt, lege vel canone, partim a non ſcripto ſtatuta. Alia Arbitraria, ſeu pro judicis arbitrio infligenda.

d. c. 11. h. t. & l. 3. D. eod.

II. Alia eſt Civilis, alia Criminalis. Illa utilitati privatorum & parti læſæ applicatur; hæc ad vindictam publicam ſpectat. Ad civilem refertur pœna Conventionalis, quæ contractibus apponi ſolet: inter criminales pœna recenſetur pecuniaria.

3. Pœna Conventionalis quæ, & an licite exigitur hoc jure?

Pœna conventionalis dicitur, quæ contractibus appoſita ex conventione partium contrahentium committitur ſolvenda ab eo, qui contractum violat, eundem obſervanti. Hanc etiam admittunt Canones, ſaltem quatenus concurrit legitimum intereſſe, & pro faciliori coactione partis ad obſervandum & adimplendum contractum. Niſi pœna fuerit adjecta quantitati ſolvendæ, in fraudem & ultra modum legitimum lucratoriarum uſurarum; hæc enim peti non

c. 7. h. t. & c. Per tuas ſup. De arbitr.

pot-

peti non poteſt. Similiter pœna conventionalis peti non poteſt, utroque contrahentium æque contractum violante, cum ad pœnam uterque obligaretur: quia pœna unius cum alterius pœna compenſatur, ſalvo intereſſe Reip. *arg. l. 15. C. De uſur. &c. 9. b. t.*

4. *Pœnam pecuniariam quando recte imponit Judex Eccleſiaſticus?*

Quando nulla alia pœna certa per Canones ſtatuta eſt: tunc enim arbitrio relinquitur judicis, ut loco pœnæ corporalis, aut alterius, pœnam infligat pecuniariam. Ita tamen, ut, quando Pecunia aliquem mulctat, omnem avaritiæ vitet ſuſpicionem. Et quidem ſecundum canones pecuniæ ſic exactæ pars dimidia in utilitatem Eccleſiæ, altera dimidia in eleemoſynam erogari jubetur. Concil. quoque Trid. eandem pecuniam piis duntaxat uſibus deſtinandam eſſe decrevit. *c. 3. b. t. c. 4. ſup. de raptorib. &c. 4. ſup. de off. jud. deleg. d. c. 3. Seſſ. 25. c. 5. de reform.*

5. *Quæ præterea ſunt pœnæ Canonicæ criminales?*

Eæ ſunt variæ, pro varietate & gravitate criminum: & vel ſunt *Spirituales* ut excommunicatio, Suſpenſio & Interdictum, de quibus infra Tit. *XXXIX.* vel *Corporales*, quæ circa corpus verſantur.

c. pœn. in fine ſup. De hæret.

I. Pœna *Carceris perpetui*: quæ & capitalibus adnumeratur, iis ſcilicet caſibus, quibus in foro laico vita adimeretur.

c. 27. in fine ruſ. De V. S. Abbas in c. Tua 6. h. t. d. c. 6.

II. *Detruſionis in Monaſterium*, ad agendam inibi pœnitentiam: quæ pœna hodie in uſu eſſe deſiit.

III. *Depoſitionis* ab Ordinibus ac gradibus Eccleſiaſticis, ab omni officio ac beneficio, ideoque non niſi pro enormi admodum & gravi crimine imponenda: ſive ea Verbalis ſit, quæ ſolis fit verbis, & Depoſitio Simplex dicitur; ſive Realis ſeu Actualis, quæ & Solemnis, quia fit ſolemni degradatione, & nihil aliud eſt quam executio depoſitionis verbalis, adhibito certo numero Epiſcoporum, veluti in depoſitione Presbyteri ſex, in depoſitione Diaconi trium, vel loco Epiſcoporum totidem Abbatum, uſum mitræ & baculi habentium: vel ſi nec illi commode haberi poterunt, ſufficiat adhiberi alias graves perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, & juris ſcientia commendatas. Detractiſque Clerico veſtibus & inſignibus Ordinis ſui, ad inſtar exauctorationis militaris atque exutus omni privilegio Clericali, tanquam laicus reliquitur puniendus judici laico, & quidem continuo poſt degradationem.

c. infelix XV. qu. 7.

Conc. Trid Seſſ. 31. 4. refor. ced. c. 10. h. t. can. inventum XVI. 47. & ibi gl.

IV. *Adem-*

IV. *Ademptionis* ſive *Privationis* officiorum & beneficiorum: quæ gravis quoque pœna cenſetur, non niſi pro gravibus delictis & caſibus in jure expreſſis imponi ſolita. His alii addunt pœnam damnationis ad triremes, exilii, fuſtigationis ac verberum, ea tamen moderatione adhibita, ne flagella in vindictam ſanguinis tranſire videantur. *c. 24. inf. De ſent. excom. &c. 4. ſup. De rapt.*

De Pœnitentiis & Remiſſionibus.

TIT. XXXVIII.

Pœnæ, de quibus Tit. proximo, fori ſunt externi ſeu judicialis: hoc Tit. agitur de pœnis fori interioris, ſeu animæ, id eſt, de pœnitentiis & Remiſſionibus ſive Indulgentiis.

1. *Quid eſt Pœnitentia & quotuplex?*

POenitentia eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe quod dolet commiſiſſe. Et eſt vel *Interna*: ſc. virtus mentis ſeu actus interior, quo pœnitemus & dolemus de peccatis; vel quo præterita mala plangimus, & plangenda non committimus. Vel *Externa*, & eſt Sacramentum, quod jam baptizatis, ſed *can. Pœnitentia 4. diſt. 3. De pœnit. can. Ecce. 39. in fine De pœnit.*

Ee 2 nau-

diſt. 1. & *can.* 1. & 6. *diſt.* 3. naufragium paſſis, id eſt in peccatum mortale lapſis, tanquam ſecunda naufragii tabula ad ſalutem neceſſaria ſubſervit.

(Pœnitentia non eſt ſacramentum proprie & ſpecialiſſime ſic dictum: quia non conſtat externo aliquo a Deo inſtituto ſymbolo, quod ſubſtantia eſt: nec novo teſtamento peculiaris, ſed locum etiam habuit pœnitentia in veteri teſtamento. Vid. Joh. Gerhard. *Confeſſ. Cathol. Lib.* 2. *part.* 3. *art.* 16. *cap.* 1. Neque etiam abſolutio miniſtri (*quam ſub pœnitentia complectuntur*; eſt ſacramentum, quanquam enim illa promiſſio remiſſionis peccatorum pœnitentibus ſingulis applicatur, deeſt tamen externum elementum a Chriſto in hunc uſum inſtitutum.)

2. *Quæ ſunt partes Pœnitentiæ* ?

Partes integrales Pœnitentiæ, & materia quaſi proxima (nam materia ſunt peccata) ſunt *Contritio, Confeſſio & Satisfactio*, quibus concurrentibus Pœnitentia peccatorum operatur remiſſionem.

(Duæ ſunt eſſentiales veræ & ſalutaris pœnitentiæ partes: Contritio & fides. *Marc.* 1. *verſ.* 5. *Act. Apoſtol.* 26. *verſ.* 24. Conf. Auguſt. *art.* 12. *pr.* Confeſſio vero externa eſt requiſitum concomitans pœnitentiam, ut remiſſionem peccatorum peculiariter impetraturus, & S. Euchariſtiam ſumturus in cœtu ſanctorum, miniſtro Eccleſiæ oſtendat, *contritionem ac fidem* adeſſe. Hul-

Hulſem. *extenſ. breb. Theolog. cap. 9. th. 12.* Porro ſatisfactio absque ſcripturæ ſuffragio pars pœnitentiæ ſtatuitur: neque ab homine fieri poteſt ullo modo iræ divinæ ſatisfactio, ſed ſolum Chriſti meritum, qui non ſolum pro originali, ſed etiam pro actualibus ſatisfecit peccatis, pleniſſime ſufficit. Vid. Gerhard. *Confeſſ. Cathol. l. 2. part. 3. art. 15. cap. 56.*)

3. *Quid eſt Contritio?*

Contritio eſt animi dolor ac deteſtatio *conc. Trid.*
de peccato commiſſo, cum propoſito non *Seſſ.14. c.1.*
peccandi de cætero. *p. 4.*

4. *Quotuplex eſt Contritio?*

Duplex, alia perfecta, quæ proprie *Contritio* appellatur, & eſt dolor ac deteſtatio peccati propter Deum ſumme dilectum, ob ejus bonitatem ſupernaturalem, ſeu ut auctor eſt gratiæ, ac gloriæ: alia imperfecta, quæ dicitur *Attritio*, & eſt dolor ac deteſtatio peccati ſuper omnia, cum propoſito vitæ melioris ac voto Sacramenti; non tamen propter Deum ſumme dilectum, ſed quia contritio illa imperfecta vel ex peccati turpitudine, vel ex gehennæ & pœnarum metu communi- *Trid. d.*
ter concipitur. *loco.*

(Add. Hülſemann, *d. l. theſ. 3. 5. 6. 8. & 9.*)

5. *Quid Confeſſio?*

Confeſſio eſt peccatorum ſuorum

Sacerdoti proprio, habenti jurisdictionem & abſoluendi poteſtatem, ad eorum ſacramentalem remiſſionem obtinendam facta declaratio & accuſatio.

6. *Daturne hæc poteſtas cuilibet ſacerdoti?*

Conceditur quidem illa una cum poteſtate Ordinis, atque in ipſa ordinatione, ſed quaſi in habitu & incomplete, quia nequit exire in actum, niſi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Epiſcopo per examen ad hoc idoneus judicetur, etiam Regularis. Præterquam in articulo mortis vel alio quocunque periculo gravi.

Trid. loco cit. & Seſſ. 23. c. 15. de reform.

7. *Quæ peccata in Confeſſione ſunt exprimenda?*

Venialia quidem utiliter, ſed non neceſſario: mortalia vero omnia aperte & diſtincte, quantum poſt diligens conſcientiæ examen fieri poteſt, una cum circumſtantiis notabiliter aggravantibus aut minuentibus, exprimenda ſunt.

Vide Valenſ. hic §. 3.

(Enumeratio peccatorum, quotquot poſt diligentem reminiſcentiam ſuccurrunt confitenti, licita quidem eſt, ſed non neceſſaria: quia nuſpiam præcepta legitur, Vid. *Luc. 18. actor.* 1. ſ. 17.

37. & 38. Auguſtan. *Confeſſ. art.* 11. & 25. ubi hæc ſententia ex ipſo Canonico jure confirmatur Vid. Gerh. *Conf. Cathol. lib. 2. part. 3. art. 16. cap. 4.*)

8. *Quid eſt ſigillum ſeu ſecretum Confeſſionis?*

Eſt obligatio celandi & non revelandi ea, quæ in Confeſſione dicuntur, & audiuntur, non tantum omnia peccata mortalia aut venialia, ſed & omne id, per quod peccatum in Confeſſione detectum directe vel indirecte quocunque modo poſſet revelari, in genere vel in ſpecie. *Trid. Seſſ. 14. c. 8. circa fin. & c. 9. can. 85. de pœnit. diſt. 1.*

9. *Quid eſt Satisfactio?*

Eſt ſolutio pœnæ pro peccato, quam vel Sacerdos per poteſtatem clavium, non ad ſolvendum duntaxat, ſed & ad ligandum ſibi conceſſam, pro menſura delicti imponit, vel ipſe pœnitens ſponte ſua pro vindicando peccato ſuſcipit. Vel Satisfactio eſt quædam compenſatio Deo facta pro injuria ei illata per peccatum; cum propoſito eum amplius non offendendi, & ſpe veniæ. *Trid. Seſſ. 1. c. 8. circa fin. & c. 9. can. 85. de pœnit. diſt. 1.*

(Miniſter Eccleſiæ non debet ſatisfactiones pœnitentibus imponere; Fieret enim hoc aut *ſolventis* aut *ligantis* Clavis poteſtate: non illa, ad pœnam enim obligare, haud eſt ſolvere; non hac;

hac, quia ea reſtringitur ad impœnitentes. Neque uſpiam vel Chriſtus vel Apoſtoli pœnitentibus ſatisfactorias pœnas impoſuiſſe leguntur, ſed gratuitam illis peccatorum remiſſionem annunciarunt, eosque peccatis impoſterum cavere juſſerunt *Luc. 24. verſ. 47.* Auguſtan. *Confeſſ. art. 12. in fin.* Vid. Gerhard. *d. l.* Grauer, *ad d. art. 12.* Joh. Marc. Ant. *de Dom. de rep. Eccl. l. 5. c. 7.*)

10. *Quæ hic dicuntur Remiſſiones?*

can. Peccatum De pœnit. dist. 1. Remiſſiones nihil aliud ſunt quam Indulgentiæ, per quas tollitur pœna temporalis peccati, quæ remanet, ſublata per Confeſſionem & contritionem peccati culpa.

11. *Quotuplices ſunt Indulgentiæ?*

can. Quodcunque XXIV qu. 1. Sunt vel *Privatæ*, quæ a ſingulis Sacerdotibus, qui curam habent animarum, dari poſſunt, juxta illud, *Quodcumque ſolveris &c.* vel *Publicæ*, quæ non conceduntur niſi a S. Pont. & cæteris Epiſcopis; ſed quorum hac in parte limitata eſt poteſtas ad certum tempus, certumque numerum dierum, qui excedi non poteſt, nimirum in conſecratione Eccleſiæ, non ultra anni unius ſpatium, & in anniverſario conſecrationis XL. dierum. Solisque ſubditis proſunt hujusmodi

modi indulgentiæ; Pleniſſimam & generalem remittendi poteſtatem habet S. Pont. & peccatorum omnium veniam concedit. *c. 4. in fine &c. ult. eod. in 6.*

(Indulgentiæ Papales deſtituuntur ſcripturæ ſuffragio, imo cum ipſa omnino pugnant. Unicus enim eſt mediator Chriſtus 1. *Tim. 2. v. 3.* qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris *1. Jo. 2. v. 2.* extra quem non eſt Salvator *Eſa. 43. v. 25.* nec eſt in alio quopiam ſalus *Actor. 8. v. 12.* Atque bona ſpiritualia gratis nobis contingunt, ac proinde non poſſunt nec debent pecunia emi vendive. *Matth. 10. v. 8. Actor. 8. v. 20.* Ac ejusmodi vanis indulgentiis ſanctiſſimæ & perfectiſſimæ Chriſti ſatisfactioni ſumma infertur injuria. Vid Gerhard. *d. art. 16. cap.* 7. Dn. Niemann. *Diſp. d. indulgent.* Notanda hic veniunt ipſius Hoſtienſis *ſumm. tit. de pœn. & remiſſ.* verba: *non tamen intelligas, quod ipſa contritio peccata dimittat: ſed in ipſa contritione, gratia Dei donat omnia liberaliter. Unde Ambroſius: Nemo tollit peccata, niſi ſolus Chriſtus, qui eſt agnus tollens peccata mundi.*)

De Sententia Excommunicationis.

TIT. XXXIX.

Reſtat graviſſima omnium pœnarum Eccleſiaſticarum Excommunicatio, quæ animam delinquentis occulto velut

gladio penetrans, qua Eccleſia rebelles ſuos ac contumaces ferire ſolet; eſtque ſpecies cenſuræ Eccleſiaſticæ.

1. *Quid eſt Cenſura Eccleſiaſtica.*

EST pœna ſpiritualis & medicinalis privans primario uſu aliquarum actionum ſpiritualium, per Eccleſiaſticam poteſtatem ita impoſita, ut per eandem ordinarie abſolvi poſſit. Cenſuræ ſpecies ſunt: Excommunicatio, ut dixi, ſuſpenſio & interdictum, Irregularitas proprie cenſura non eſt, ne quidem ex delicto contracta, ſed inhabilitas quædam.

Suarez. de Cenſ. diſp. 1. num. 5.

2. *Quotuplex eſt Excommunicatio?*

I. Alia eſt Excommunicatio Major, alia Minor. *Major* eſt, quæ ſeparat aliquem non ſolum a corpore Eccleſiæ myſtico, & communione ſpirituali ſeu participatione Sacramentorum, tam active quam paſſive, hoc eſt, ut nec ipſe excommunicatus ea percipere, nec aliis adminiſtrare poſſit; ſed & a ſocietate fidelium tam in divinis quam humanis. *Minor* eſt, quæ tantum ſeparata a communione paſſiva Sacramentorum, quæ ſcilicet in ſola conſiſtit perceptione.

c. Nullus 89. &c. pen. h. t. de pœn. &c. ult. ſup. d. Cler. excom. miniſtr. Gl. & Dd. in 2. c. 8. in V. non niſi h. t.

II. Ultra-

II. Utraque hæc, ſive major ſive minor, alia eſt *A jure*, quæ ſcil. infligitur a lege ſeu Canone, vel Synodo aliqua, generali aut particulari; & hæc durat perpetuo: alia *Ab homine*, quæ per ſententiam infertur judicis, & hæc, mortuo aut depoſito judice; qui eam tulit, exſpirat.

III. Rurſus utraque vel eſt *Sententiæ latæ*, quæ ipſo facto ante denunciationem aut ſententiam judicis infertur; non aliter tamen, quam ſi hoc ipſum verbo exprimatur, veluti *ipſo facto*, *ipſo jure* ſit excommunicatus, vel ſub pœna latæ ſententiæ: vel eſt *Sententiæ ferendæ*, quæ non infligitur ipſo jure, ſed per ſententiam: quamvis excommunicatio minor hoc modo vix infligi ſoleat, quia ſententia hujusmodi nullam aut exiguam vim haberet, cum talis excommunicatio ultra peccatum mortale, parum operetur.

3. *Quæ forma Excommunicatio ferri debet?*

Sub diſtinctione reſpondendum eſt. Nam quæ ab homine infertur, non niſi trina præmiſſa monitione in ſcriptis legitime facta ferri poteſt: niſi neceſſitas aliud ſuadeat. Neque ſufficit una monitio pro tribus, ſed per terna interſtitia

c. Sacr. 48. h. t. & c. Conſtitutionem eod. in 6. Baſ. p. 2. c. 4. art. 13. n. 8.

ſtitia facienda eſt non minus quam ſex dierum pro quolibet interſtitio. Quæ vero a Canone infligitur nullam requirit præcedentem monitionem, ſed ipſe Canon eſt & facit pro monitione.

4. *In quo differt quoad hoc Anathema ac Excommunicatione majori?*

Differt, non quidem in eo, quod Anathema fortius liget, ſed quod excommunicatio citra ſolennitatem infligatur ſimpliciter a corpore Chriſti ſive Eccleſia avellat: Anathema vero ſolennem præterea maledictionem & execrationem addat, in majorem deteſtationem excommunicati.

can Debit. 109. XI. qui 6. ubi forma præſcribitur. Cov. in c. Alma. p. 1. §. 6. in.

5. *Quid ſi Judex aliquem ſimpliciter excommunicet, non exprimendo, majori an minori excommunicatione?*

Tunc intelligi debet lata excommunicatio major, ut analogum ſtet pro famoſiori ſuo ſignificatu, quod hic eſt major excommunicatio ſecundum quid. Ut nihil obſtet, quod alias in pœnalibus mitior interpretatio ſit facienda.

6. *Qui Poteſtatem habent excommunicandi?*

Omnes

Omnes qui ordinariam habent jurisdictionem in foro exteriori, ut ſummus Pont. qui eſt Eccleſiæ univerſalis Paſtor, Epiſcopi in ſua diœceſi, cæterique Prælati Epiſcopis inferiores, quibus eſt communicata Jurisdictio Epiſcopalis, ut ſunt Abbates, Præpoſiti Eccleſiarum collegiatarum, regularium & ſecularium, Capitulum ſede vacante, quique ex delegatione vel conſuetudine eam poteſtatem acceperunt.

c. 29. ſup. De off. & poteſt. jud. deb. c. 33. ſup. de ſimon. Vid. Conc. Trid. Seſſ. 25. c. 26. de reform.

(Iſthunc Paſtoris univerſalis titulum, & excommunicandi poteſtatem Pontifici haud concedimus: Sed fit major excommunicatio, in noſtris terris, admonitionibus caute præmiſſis, juxta Conſiſtorii cauſam prius rite cognoſcentis, decretum conſenſu ipſius Principis adhibito: neque etiam minor excommunicatio, ſeu ſuſpenſio a ſacræ cœnæ uſu miniſtris Eccleſiæ absque Conſiſtorii præſcitu competit. Vid. Fürſtl. Weimar. Kirchen-Ordn. *Capit.* 27. Fürſtl. Coburg. Kirchen-Ordn. *de Anno* 1626. *cap.* 25. Churfürſtl. Sächſ. Kirchen-Ordn. *pag.* 324. Fürſtl. Magdeb. Kirchen-Ordn. *cap.* 22. 8. 14. & ſeqq. Add. Struv. *Diſſert. Crim. XV. de banno* Eccleſ. *& ſecul. theſ.* 13. *& ſeqq.*)

7. *Qui poſſunt excommunicari?*

Solus homo Chriſtianus & baptizatus; quia excommunicatio eſt Eccleſiaſticæ jurisdictionis: atqui non baptizati &

& non Chriſtiani, ut Judæi, cæterique Gentiles, quia extra Eccleſiam Dei ſunt, Eccleſiæ non tenentur legibus. Homo item vivus ſit, non mortuus, quia excommunicatio medicinalis eſt, non mortalis, niſi forte judex declaret, aliquem, dum viveret, cenſuras incurriſſe.

8. *An & univerſitas excommunicari poterit?*

Non poteſt, ſed ſingulares tantum perſonæ, & de collegio aliquo illi duntaxat, quos culpabiles eſſe conſtiterit; ne forte contingat quosdam vere innocentes, aut non contumaces ſententia excommunicationis feriri.

9. *Qui abſolvere ab excommunicatione poſſunt?*

Inprimis ab excommunicatione majori abſolvit S. Pont. vel ejus a latere Legatus, quibus Legatis intelligitur hoc mandaſſe præ reliquis, qui cæteris dignitate antecellunt. Aliis vero abſolvere ab hujusmodi excommunicatione non licet, niſi hoc illis Pont. nominatim mandaverit. Quod tamen fallit, cum quis in extremo vitæ periculo conſtitutus eſt, quo caſu quilibet Sacerdos abſolvere poteſt; ut & ex alia juſta cauſſa. Sed & a mino-

Porro in fine h. t.

minori excommunicatione abſolvi quis poteſt etiam per quemvis ſimplicem Sacerdotem. *qui vero eod. c. Nuper 29. verſ.*

(Abſolutio a banno Eccleſiaſtico ſeu excommunicatione itidem apud nos non niſi à Conſiſtorio, præcedente cauſæ cognitione, decernitur, ac ſimiliter ipſius Principis aſſenſus adhibendus eſt. Vid. Ordin. Eccleſiaſt. *ſuperius allegatas* Struv. *d. diſſert. theſ. 36.*)

10. *Quid eſt Suſpenſio?*

Eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua Clerico ſive miniſtro Eccleſiæ interdicitur uſus & exercitium officii vel beneficii ſui, aut alterius functionis Eccleſiaſticæ. *Navar. in Man. c. 27. num. 151.*

11. *Quid interdictum Eccleſiaſticum?*

Eſt cenſura, qua interdicitur non tantum Clericis & miniſtris Eccleſiæ, ne divina officia celebrent: vel Sacramenta adminiſtrent; hæc enim ſimplex eſt ſuſpenſio: ſed & aliis certis perſonis aut locis, ne pro his aut illis divina celebrentur. Nam interdictum privat ſolo uſu exteriori, quatenus ſingulis fidelibus communis eſt, & tantum in divinis, & his quidem expreſſis. *Covarr. in c. Alma m. 2. §. 1. n. 1*

12. *Quotuplex igitur eſt Interdictum?*

Du-

Duplex, aliud Perſonale, aliud Locale; & utrumque vel Generale vel Particulare. *Generale* eſt, cum terra aliqua v. g. Regnum, Provincia, civitas, vel caſtrum interdicto ſubjicitur. Item generale eſt, quod fertur generaliter in perſonas, v. g. univerſitatem vel collegium & ligat ſingulos de collegio, quamdiu de collegio exiſtunt. *Particulare* interdictum fertur vel in locum ſingularem; v. g. Eccleſiam, ſive unam aliquam ſive plures particulares, aut etiam omnes unius loci & oppidi; vel in perſonam ſive unam ſive plures.

c.17. inf. de V. S.

Covarr. ibi ſupr. tom. 9.

De verborum ſignificatione.

TIT. XL.

Tituli duo ſequentes iique poſtremi generales ſunt, & ſpectant ad univerſam totius juris Pontificii ſcientiam, unde & ad calcem compilationis horum librorum, uti factum quoque in Digeſtis, relati ſunt. Et quidem Tit. de Verborum ſignif. utilitatem ſuam habet, quia in omnibus ante omnia ſpectanda ſunt verba, ad hoc inventa, ut demonſtrent voluntatem & mentem ſcribentis.

abeo. v. §. 4. D. De ſuper. leg.

I. *Quo-*

1. *Quomodo igitur verba regulariter intelligenda ſunt?*

NOn ſecundum quod ſonant, ſed ſecundum mentem proferentis, cum non intentio verbis, ſed e contra verba intentioni deſervire debeant. Et plerumque dum proprietas verborum attenditur, ſenſus amittitur veritatis. Neque verba captari oportet, ſed qua mente quid dicatur animadvertere convenit.

c. 25. in fine h. t. & c. 2. ſup. de appel. c. 8. h. t. l. pen. D. ad exhibend.

TITULUS XLI.

& ultimus.

De regulis Juris.

(Omiſſus & hic titulus: inde ex Andr. Vallenſi eſt adjectus.)

Regula ſumitur ex jure, non vero jus ex Regula *l. 1. D. h. tit.* & propterea, poſtquam de toto jure Pontificio actum eſt, ſubjicitur coronidis loco Tit. *De Regulis Juris*; & quidem poſt Tit. *De Verborum Significat.* quia diſputatio de vocibus ſimplicibus præcedere debet diſputationem de compoſitis.

1. Regula unde eſt dicta?

Dicitur Regula ex eo, quod recta ducat, vel, ut alii volunt, ex eo, quod regat, vel normam recte vivendi præbeat, vel quod diſtortum pravumque corrigat, ut habetur in *can. Regula Diſt.* 3. Et Græce dicitur Canon. *can. Canon. ead. Diſtinct.* 3. Unde & Jus Pontificium dicitur Canonicum; id eſt Regulare.

2. Quid eſt regula apud Juriſconſultos?

Juriſconſultis Regula eſt quædam compendioſa enarratio multarum rerum, variis partibus juris definitarum. Unde Azo Regulam definit, eſſe plurium rerum traditionem compendioſa narratione factam: & Paulus, Juriſc. in *d. l.* 1. *D. h. t.* Regulam eſſe, quæ rem, quæ eſt, breviter enarrat. Cujus ſenſus eſt, quod in regula ſit oratio, quæ rem, quæ eſt, id eſt, Jus, quod in ipſa controverſia ſequi oportet, ſeu cauſam ac rationem plurium rerum in arte juris definitarum breviter, id eſt, generaliter, & quidem ex jure conſtituto & recepto enarrat. Cum enim, ut & in aliis ſcientiis, non omnia facta & individua, utpote infinita, poſſint aliqua ratione comprehendi ac cogno-

cognoſci; ita neque Leges, neque Senatus conſulta ita ſcribi potuerunt, vel poſſunt, ut omnes caſus, qui quandoque incidunt, comprehendant, *l.* 10. *neque Leges D. De LL.* neceſſum fuit, exemplo aliarum ſcientiarum, etiam in jure, ex iis, quæ in variis ejus partibus definita ſunt, aliquas generales Regulas conſtituere, quæ continerent cauſam & rationem primariam, qua moti fuerunt prudentes ad ita definiendum, & proinde nobis primariam rationem juris controverſi decidendi præberent. Sic Ulpianus, cum in diuerſis juris partibus obſervaſſet primum moribus receptum, deinde Legibus conſtitutum, quod fœminæ non poſſent eſſe judices, Magiſtratum gerere, poſtulare, curatrices eſſe, ſic de ſimilibus, inde deſumpſit & conſtituit univerſalem regulam, quod fœminæ ab omnibus civilibus officiis, vel publicis remotæ ſint *l.* 2. *D. eod.* Et rurſus, cum variis in partibus juris definitum eſſet, piſces, feras beſtias, lapillos in littore maris inventos, fieri occupantis, quia in nullius bonis ſunt, inde deſumpta eſt hæc compendioſa regula: quæ in nullius bonis ſunt, fiunt primo occupantis; & ſic de ſimilibus. Atque ita patet imprimis, cur regula dicatur ex jure naſci, non autem

Jus & Regula. Secundo patet; quanta ſit utilitas Regularum juris, quodque id ſint Regulæ Juriſconſultis, quod Medicis Aphoriſmi, Geometris Poſtulata: & cur dicat Juriſconſultus in *l.* 1. *D. eod.* quod ſi vitiata ſit regula, perdere officium ſuum. Porro regulæ, quæ hic traduntur, ſunt, quod omnis res, per quaſcunque cauſas naſcitur, per easdem diſſolvatur, *c.* 1. Quod dubia in meliorem partem ſint interpretanda *c.* 2. Quod neceſſitas illicitum faciat licitum; ſimiles. Quarum prima primariam continet rationem & cauſam, cur ſtipulatio, quæ eſt verbis contracta, poſſit verbis ipſo jure diſſolvi; non etiam emptio, locatio, mutuum, & alii contractus, aliter quam verbis initi; Item cur emptio, locatio, mandatum, ſocietas, quæ ſolo conſenſu contrahuntur, poſſint etiam ſolo contrario diſſenſu diſſolvi; & ſic de aliis Regulis Juris Can. ut fuſius hic Pekius, ad quem Lectorem remittimus,

(o)

AD-

ADDENDA

ad pag. 42. quæſt. 2.

(Ordo quidem ſ. diſtinctio inter officia miniſtrorum Eccleſiæ recte obſervatur. Vid. *1. Cor. 14. v. 26. & ſeqq. & c. 12. v. 29. & ſeqq. Epheſ. 4. 11. 1. Tim. 1. v. 17. 19. Phil. 1. v. 1.* Verum hierarchia Eccleſiaſtica & ordines apud Pontificios uſitati nec a Chriſto nec ab Apoſtolis ſunt inſtituti, ſed poſterioribus temporibus inventi: quo pertinet, quod c. *nullus. 4. diſt. 60. & c. in novo. 2. diſt. 21.* præter Epiſcopatum, Presbyteratum; & Diaconatum nulli alii recenſeantur. Vid. Marc. Ant. de Dom. *d. Republ. Eccl. lib. 3. c. 2. Gerh. d. Miniſt. Eccleſ. c. 5. ſect. poſter.* Hulſem. *breviar. Theol. ext. cap. 19. theſ. 13.*)

Ad pag. 54. rubric. & quæſt. 1.

Ordo vel ordinatio non eſt ſacramentum proprie dictum. quia illa non eſt ejusmodi actio ſacra a Deo præſcripta, qua intercedente externo & viſibili, ab ipſo Chriſto inſtituto quodam elemento ac ſymbolo, certo ritu ac debito modo adhibito, gratia promiſſa ac remiſſio peccatorum hominibus applicatur & obſignatur. Quamvis enim Deus gratiam miniſtro Eccleſiæ, ad prædicationem verbi divini & adminiſtrandi ſacramenta, conferat *1. Tim. 4.* non tamen eſt ea, quæ in ſacramentis exhibetur. Neque impoſitio manuum eſt divinitus inſtituta, ſed libera ceremonia ab Apoſtolis adhibita, *Actor. 16. v. 13. 14. 1. Tim. 4. v. 5. 2. Tim. 1.* qua perſona electa ad miniſterium & vocata, precibus Deo commendatur, & ſacro officio quaſi mancipatur. Vid. Gerhard. de Miniſtr. Eccleſ. *cap. 3. ſect. 12*, Hulſemann. *Brev. Theol. ext. cap. 19. th. 12.*

Ad eand. quaeſt. 1. *d. pag.* 54.

(Ordinationis hunc effectum eſſe, ut per eam imprimatur animæ character aliquis indebilis, & quod inde quaſi ex opere operato conferantur dona ad miniſterium requiſita, ſacris literis non convenit. Vid. Gerhard. *d. ſect.* 12. *th.* 139. Similiter quæ de characteris ſeu ſigni cujusdam ſpiritualis ac indebilis impreſſione, per baptiſmum aſſerunt Pontificii, ſacræ ſcripturæ non ſunt conformia: & quod baptiſmus non ſit reiterandus, ratio non eſt characteris impreſſio, ſed divina unius baptiſmi adhibendi inſtitutio. Vid. Gerh. *d. baptiſm. th.* 12. 7. & *d. ſacr. th.* 95. Hulſem. *d. lib. c.* 10. *th.* 12.)

Ad pag. 274. *quaeſt.* 1. *not.* poſt verb. *literis.*

(Nec praxi primitivæ Eccleſiæ convenit.)

Ad pag. eandem quaeſt. 2. poſt verb. *Chriſti.*

(Legitima hujus ſacramenti, cœnæ ſc. dominicæ, adminiſtratio non conſiſtit in ſola manducatione benedicti panis, nec in ſola bibitione benedicti vini, ſed utrumque, juxta diſerta inſtitutionis verba, ad ſacramenti integritatem requiritur. *Matth.* 26. *v.* 26. 27. 28. *Luc.* 22. *v.* 20. *Add.* 1. *Cor.* 11. 17. Vid. Gerhard. *tom. d. ſacr. cœn. cap.* 9. Et *Confeſſ. Cathol. part.* 2. *art.* 14. *cap.* 7. Hulſem. *expreſſ. breviar. Theol. c.* 13. *th.* 12. & 13.)

INDEX

INDEX RERVM
ET VERBORVM.

Ubi primus numerus denotat Quæſtionem, alter vero Paginam.

A.

Abſolutio a banno 9. 446. 447
Accuſatio 1. 336
matrimonii – 1. 325
Accuſationis prohibitio 4. 337
Accuſare qui poſſunt 2. 457
an poſſit laicus Clericum 4. 338
an Monachus ſuum Prælatum 5. ibid.
Acolyti 3. 43
Actio, an detur ex ſententia arbitri 7. 106
criminalis & civilis ſimul concurrens 3. 25
differentia actionis in rem & in perſonam 3. 111
injuriarum 3. 602
Actor ſi contumax 4. 134
Adulter 1. 304
Adulterum deprehenſum, an fas ſit cum uxore occidere 4. 387

Adulterium 1. 84
Adulteri pœna de J. Civ. 2. 384
Adulterii pœna de J. Can. 3. 386
Afflictio non eſt addenda afflictio 1. 189
Alienatio 1. 199
rerum Eccleſiæ nulla 2. 199
judicii mutandi cauſa 1. 103
Annus probationis 4. 249
Antichreſeos pactum 7. 217
Apoſtaſia 1. 366
quomodo præcavenda 4. 368
Apoſtata 1. 366
quotuplex 2. ibid.
Apoſtatarum pœna 3. 367
Apoſtoli 9. 163
quotuplices 10. ibid.
intra quod tempus petendi 12. 164
Appellare, quoties permiſſum 5. 161
a quo & ad quem 6. 162
coram quo 7. ibid.
quando 8. 163
Appellatio 1. 160
quotuplex 2. ibid.
in quibus cauſis permiſſa 4. 161
Arbiter 1. 104
habilis 3. 105
Arbitrator 2. 104
Archidiaconus 2. 46
Archiepiſcopi 2. 34

Archiepiſcopi, an habeant Jurisdictionem in ſuæ provinciæ Epiſcopos 6. 84
Archipresbyteri 1. 66
quotuplices 1. ibid.
urbani officium 67
ruralis officium ibid.
Aſſertorium juramentum 2. 153
quotuplex 5. 154
Aſyli jus 5. 286
Autor Decretalium 2. 3
Decreti 2. 2
Sexti 2. 4
Ædificatio Eccleſiæ novæ 1. 282
Ætas ordinandi 1. 49
Ægrotans Clericus, an ſuo beneficio privari poſſit 1. 188
Ægrotans Eccleſiæ Rector 2. 189
Ætas ordinandi 1. 49
Ætatis diſpenſatione deſtituitur Epiſcopus 2. 50

B.

Baliſtarius 1. 382
Bannum Eccleſiaſticum 9. 447
Baptiſmus 1. 276
in caſu neceſſitatis 2. ibid.
quotuplex 3. 277
ejus effectus 4. ibid.
miniſter 2. 276
Benedictio cœmiteriorum 3. 272

Beneficium propter officium 4. 37
Beneficia Eccleſiaſtica 3. 175
Chriſti patrimonium 22. 184
ſecularia 5. 176
regularia 5. 176
curata & non curata 6. ibid.
non ſimplicia 7. ibid.
de menſa 11. 179
de pertica 12. ibid.
monocula 13. ibid.
quibus modis acquirantur 19. 182
quibus recte conferantur 24. 187
plura, an recte uni confer. 25. ibid.
vacantia, intra quod tempus conferenda 2. 192
ſine diminutione cur conferenda 1. 192
Bigami, cur ordinari prohibeantur 6. 62
Bigamia 1. 61
quotuplex 2. ibid.
vera 3. ibid.
interpretativa 4. 62
ſimilitudinaria 5. ibid.
Bona gratia 2. 274
Bonifacius VIII. 2. 4

C.

Calumniari 1. 118
Calumniator 1. 343
Calumniantium accuſatorum pœna 2. 343
Canon 5. 8

Cano-

Canonica portio 9.229
decimarum 11.245
Canonica purgatio 1.426
quomodo fieri ſoleat 2.ibid.
Canonicatus vel Canonia 2.175
Canonici in herbis 2.ibid.
Capella 1.261
curata 3.262
Capellani 1. ibid.
Capituli conſenſus 1.195
in quibus opus eſt 2. ibid.
Cura 6.177
Cauſa proprietatis 1.126
poſſeſſionis 2.ibid.
Cedere bonis 5.221.6.ib.
Cenſura Eccleſiaſtica 1.242
Cenſus 1.267
an liceat augere 2.268
in qua moneta ſolvendus 3.ib.
Cerius 1.68
Ceroferarii 3.43
Character 4.54
Charitativum ſubſidium 5.269
Choriepiſcopi 1.66
Chriſma 2.79
Clauſula ſalutaris: *Si preces veritate nitantur*, jure Canonico ſemper adjecta intelligitur 7.17
Clementinæ 2.5
Clericus peregrinans 1.165

peregrinus 1. 561
Venator 1. 414. percuſſor 1. 415
promotus per ſaltum 1. 419
Clerici connubinarii & fornicarii 2. 169
an uxores ducere illis liceat 1. 170
non reſidentes, an ſuis beneficiis privandi 2. 172
an poſſint poſtulare 3. 96
an in caſu neceſſitatis excuſentur à muneribus perſonalibus 4. 285
an teſtamentum facere poſſint 6. 228
Clericorum officium 1. 288
juſtæ abſentiæ cauſæ 3. 172
vita & ſtatus 1. 167
habitus & veſtitus 3. 168
mores 4. ibid.
peculium quotuplex 2. 226
Coadjutoria 18. 182
Cœlibatus votum -- 303
Cœmiterium 6. 287
Cœnæ S. materia 3. 274
forma 4. 275
Cognatio 1. 307
ſpiritualis 1. 308
effectus 6. 310
legalis 1. 311
Collatio 20. 183
quotuplex 21. ibid.
Colludere 1. 412
Colludentium pœna 2. 413

Commendæ 17.181
Commodatum 1.202
Commodati actio 3.303
Commodatarius, quam culpam præſtet 2. ibid.
Compater 3.309
Compaternitas 5.310
Compromitti 6.106
Concentores 2.68
Concilia generalia 14.12
provincialia 14.13
Epiſcopalia ibid.
Conductor ad quid teneatur 4.208
an merces *conductori* remittatur ob ſterilitatem 5.209
Conferre 3.190
Confeſſio 1.139.5.437.&438
per verbum *credo* differentia 2. ibid.
Confeſſionis extrajudicialis vis. 3.140
ſigillum ſeu ſecretum 8.439
Confirmatio 9.31
intra quod tempus petenda 10.ibid.
tribuit jus jurisdictionis non ordinis 10. ibid.
utilis 1.166
inutilis 2.ibid.
Conjugatus 1.250
Conjugia, an licita inter ſervos 1.306
Conjugalis impotentia 1.320
Conſanguinitas 1.313
quo-

quotuplex 2. ibid.
Conſecratio Eccleſiæ 1. 270
Epiſcoporum 6. 44
a quibus & qua forma celebranda
7. ibid.
Conſiſtorialia 10. 179
Conſtitutio 1. 7
Quotuplex 2. ibid.
Eccleſiaſtica ibid.
Conſuetudo 1. 20
quotuplex 2. ibid.
eandem vim obligandi habet, quam lex
3. ibid.
an conſtitutioni Eccleſiaſticæ contraria
5. 21
tollit legem priorem 5. 22
ejusd. probatio 4. 21
requiſita 6. 22
Contumaciæ pœnæ 3. 33
Contumax 2. ibid.
Contumax actor 4. 134
Cuſtos 1. 69.
Cuſtodis officium 2. ibid.

D.

DAmni dati reſtitutio 4. 430
Decimatio antiqua 8. 244
Decimæ 1. 239
quo jure debita 2. ibid.

quo

quotuplices 3. 240
quibus debitæ 5. 241
a quibus debeantur 6. 242
exemti ab hac præſtatione 7. 243
novales 9. 244
Decretales, cur *Extra* dicantur 2. .
Decretalis epiſtola 6. (
per ſe vim obligandi habet ibic
Decretalium Autor 2.
numerus librorum 2. 4
modus compoſitionis 2. 3
methodus -- 4
Decretum 7. 9
unde deſumtum 2 2
Decreti Autor 2. 2
partes 2. 2
Defectus quis ordinationi obſtet 2.60
Delegatus 2.74
Delegari qui poſſint 4.75
qua forma & qualiter 5.76
Delegati judicis officium 6.77
poteſtas, quibus modis finiatur 9. 78
Delicta puerorum 1.414
Denunciatio 11. 341
quotuplex 12. ibid.
Evangelica 12. ibid.
Judicialis 3.42
in quo differat ab accuſatione 13. 342
Depoſitum 1. 203
Depoſiti actio 5. 205
Depo-

Depoſitarius, qua culpa de dolo teneatur 3. 240
Dignitas 7. 178
quieta 1. 48
Dignitatum Eccleſiarum amiſſio 1. 36
Dilatio 1. 120
legalis, judicialis, conventionalis } ibidem.
citatoria 3. 120
deliberatoria 3. 121
probatoria 4. ibid.
Dilatoriæ exceptiones 1. 155. n. 5
Diſpenſare an poſſit S. Pont. cum bigamis 7. 63
Diſtributiones quotidianæ 6. 173
Divortium 1. 327
Divortii cauſæ 2. 328. 6. 330
Doarium 6. 333
Docendi licentia 1. 356
Dogma 8. 9
Dolus 1. 133
Domicilium 4. 110
Domus religioſa 2. 259
cui ſubjecta 2. ibid.
Donatio 1. 222
quotuplex 2. ibid.
quibus competat 4. 223
rerum Eccleſiæ 5. ibid.
an

an revocabilis 6.224
Conſtantini M. facta Eccleſiæ 7.ibid.
propter nuptias 2.332
inter conjuges 5. 333
Dormitorium 6.287
Dos 1. [illegible]
Dotalitium 6. 333
Dotis reſtitutio ibid.
in dubio Pontifex ſemper præſumitur ſequi velle diſpoſitionem juris communis 7.18. 9.19. 6. 77
Duellationis pœna 4.181
Duellum 1.180
quotuplex 2.380
an licitum 3. ibid.

E.

Eccleſia læſa, an in integrum reſtitui poſſit 3.102.7.201
comparatur minoribus 1.194
Parochialis ſeu Parœcialis 3.235
matrix ibid. 2.283. 6.286
collegiata 5.236. 6. ibid.
Eccleſiæ res cur non liceat alienare 2.199
novæ ædificatio 1.282
ruinoſæ reparatio 3.282
Eccleſias conſecrare cujus ſit 1. 2
Electio 1.26

quotuplex 2. ibid.
ejus requiſita 3. 27
Eligere qui poſſint 6. 29
Eligendi 7. 30
Eligentis inidoneum & indignum pœna 8. 30
Emphyteuſis 7. 210
quomodo finiatur 8. ibid.
Emtio & venditio 1. 205
neceſſaria 2. 206
an altero invito reſcindenda 6. 207
Epiſcopalia jura -- 88
Epiſcopus 1. 36
intra quod tempus eligi debeat 1. 39
ætatis diſpenſatione deſtituitur 2. 49
Epiſcopi Officialis 4. 71
vicarius in ſpiritualibus 5. 72
Error confeſſi 4. 140
Euchariſtia 2. 274
Exactiones 4. 269
an novæ imponendæ 5. ibid.
Exceptio 1. 155
Excommunicatio 2. 442
qua forma fieri debeat 3. 443
Excommunicandi poteſtatem qui habent 6. 445
Excommunicari qui poſſunt 7. ibid.
Excommunicatus, an Procurator eſſe poſſit 4. 97

Ex

Exorciſtæ 3. 43
Extra, cur ita dicantur Decretales 2. 4
Extravagantes 2. 5

F.

FAlſi reus 1. 407
pœna 3. 409
Feriæ 1. 122
quotuplices 2. ibid.
Feudum 1. 213
quotuplex 2. ibid.
qui & quæ in *feudum* dare & dari poſſint 3. 214
Fidejubere 1. 218
an poſſint religioſi 2. ibid.
Fidejuſſionis effectus 3. ibid.
Fidejuſſorum multitudo 4. ibid.
actio 5. 219
Filii legitimi 1. 323
Presbyterorum 1. 55. 2. ibid.
Filius a parte heres inſtituendus 4. 227
Fideicommiſſo gravatus, an præter *legitimam* etiam *Trebellianicam* detrahere poſſit ibid.
Fornicarius notorius 3. 369
Fornicariorum Clericorum pœna 2. ibid.
Forum competens 1. 109
Fructus groſſi 4. 172

Furtum 1. 3. 9
Furti pœna 5. 401

G.

GRatia bona 2. 274
Gratianus Autor Decretorum 2. 2
7. 225
Gregorius IX. compilator Decretalium 2. 3
ejuſdem compilatio nova 2. ibid.
Groſſi fructus 4. 172
Guidagia 5. 269

H.

HAbitus Clericorum 3. 168
Hæreſis 1. 359
Hæreticus 2. 360
Hæreticorum pœna 6. 362
requiſita 3. 360
Homicidium 1. 376
voluntarium 2. ib.
caſuale 3. 377
neceſſarium 4. ibid.
ejus pœna 5. 378
Hoſpitalia viſitare cui competat 4. 260

I.

JEjuniorum obſervatio 2. 281
remiſſio 1. 280
Illegitimos diſpenſandi facultas penes quos 3. 56
Immunitas 1. 284
quotuplex 2. ib.
perſonalis 3. ibid.
localis 5. 286
Impotentia coeundi 1. 320
Impubes, an ſponſalia contrahere poſſit 1. 296
Incendiarii 5. 398
illorum pœna 6. ib.
Inceſtus 8. 292
pœna de J. Civ. 10. ibid.
Indulgentiæ quotuplices 11. 440
Infideles 1. 252
converſi, an cum fidelibus matrimonium contrahere poſſint 2. ibid.
Injuria 1. 2. 428. 429
Injuriarum actio 3. ibid.
Inquiſitio 7. 359
qualiter inſtituatur 8. ib.
Inſcriptio 2. 337
Inſtitutio 1. 2. 189. 190
Inſtrumentum 1. 149
quotuplex 2. ibid.

Interdictum 8. 9
reſtitutorium 2. 130
an detur adverſus tertium m. f. poſſeſſorem 3. 131
Judæi 1. 357
illorum interdicta 3. 358
cur inter Chriſtianos vivere illis permiſſum 2. ibid.
Judex 1. 58
delegatus 1. 74
ordinarius 1. 62
compromiſſarius 2. 105
competens in judicio compoſſeſſorio 6. 128
Judicis officium 2. 85
quotuplex 3. 68
Judicis delegati officium 6. 77
poteſtas 7. ibid.
Judicium 1. 107
quotuplex 3. ibid.
ordinarium 3. 108
extraordinarium 2. ibid.
Judicii poſſeſſorii & petitorii cumulatio 7. 129
Juramentum calumniæ 2. 118
Juramentum dolo, vi vel metu extortum 4. 154
aſſertorium quotuplex 5. 154
judiciale ibid.

Jura-

Juramenti promiſſorii effectus 3.153
Jurare an Procurator poſſit nomine Domini 4.119
Juriſdictio legati, quibus modis finiatur 8.83
ordinaria quot modis acquiratur 2.82
quibus & in quos competat 3.4.83
Juriſdictionis ordinariæ officium 5.84
Jus aſyli 5.6.286
Jus Canonicum 1.1
unde dicatur ibid.
J. C. libri 2
Jus nominationis 6.29
Epiſcopale --88
Patronatus 1.2.63
quibus competat 2.ibid.
quotuplex 4.264
quibus modis amittatur 8.266
Juſjurandum 1.193
quotuplex 2.ibid.
metu extortum 4.154

L

LAici, an contra Clericum teſtari poſſint 6.145
eligere prohibentur 6.29
Læſio ultra dimidium 6.207
Lectores 3.42
Legatus 1.97

Legati quotuplices 2. ibid.
a latere 3. 80
conſtituti 4. ibid.
nati 5. ibid.
officium 7. ibid.
non omnibus æqualis poteſtas 6. 815
Legatus ſummi Pontificis 5. 265. n. 3.
Legis condendæ Poteſtas penes quos 9. 10
Legis vel Conſtitutionis requiſita 12. 11
Legibus Pontificiis quinam obligentur 11. ibid.
Legum vis obligandi 11. ibid.
Legitimi filii 1. 323
Legitimandi poteſtatem Pontifex habet 1. ibid.
Lepra, an ſit cauſa diſſolvendi matrimonii 1. 305
Libellus 1. 111
Libelli partes 2. ibid.
Liber quando quis naſcatur 1. 306. 2. 307
Liberi ex inceſtu nati 13. 395
Licentia docendi 1. 356
Lis pendens 1. 137
Litis conteſtatio 1. 115
an in omni cauſa neceſſaria 3. ibid.
ejus effectus 4. 116
Litigantes ſi jurare recuſent 5. 119
Locatio conductio 1. 208

Locator ad quid teneatur 2. ibid.
Lucrum 3. 402

493

M.

MAgiſtri 2. 356
Major pars 4. 28. 2. 196
Majoritas 1. 87
unde oriatur 2. ibid.
Mala fides irrumpit uſucapionem 3. 157
Maledici 1. 416
Mandatum 8. 9
Manualia 6. 173. 8. 178
Materia S. Cœnæ 3. 273
Matrimonium 10. 294
an ad hoc neceſſarius ſit parentum conſenſus 11. 295
clam contractum 1. 297
an ipſo jure nullum 2. 298
contra ſubſtantiam matrimonii quæ dicantur 2. 299
non eſt Sacramentum - 300
conditio turpis 3. ibid.
conditio honeſta 4. 301
contrahere qui prohibentur 1. 302
inter liberum & ſervam an conſiſtat 2. 306
contractum contra interdictum Eccleſiæ 1. 322

inter fideles & infideles. 5. 4. 329. 330
ejus accuſatio 1. 329
Matrix Eccleſia 4. 235. 2. 283. 6. 286
Methodus Decretalium 2. 4
Metus 1. 100
quotuplex 2. ibid.
cauſa reſtitutio 3. ibid.
juſtus 4. 101
Mercedis remiſſio, cur non habeat locum in emphyteuſi 6. 209
Miniſter S. Cœnæ 4. 275
baptiſmi 2. 276
Minoribus comparatur Eccleſ. 1. 194
Miſſa 1. 273
Miſſæ formula 2. 274
Miſſio in bonorum poſſeſſionem 1. 135
ex primo decreto 2. ibid
ex ſecundo decreto 3. 136
Monachi, an teſtes eſſe poſſint 5. 145
an poſtulare 4. 96
Monaſteria 3. 260
Monitoriæ ſive monitoria 3. 399
Monoculum beneficium 13. 179
Montes pietatis 7. 405
Mulieres, an poſſint eſſe teſtes 7. 146
Munus ab obſequio 2. 346
a manu ibidem.

a lin-

a lingua 2. ibid.
Parochianorum 10. 238

N.

NAtus ex libero ventre, an liber an ſervus ſit habendus 1. 306
Neceſſarium juramentum 5. 154
Notorius fornicator 3. 109
Nunciare novum opus 1. 423
Nuptiarum prohibitio inter affines 12. 319
Nuptiæ ſecundæ 1. 334
an ſtatim altero conjugum mortuo permittantur 2. ibid.
differentia inter *nuptias primas & ſecundas* 3. 334

O.

OBedientia minoris erga majorem 3. 88
Oblationes 15. 247
Obligandi vis legum 13. 11
conſuetudinis 3. 20
Officialis Epiſcopi 4. 71
Officium Sacriſtæ 2. 69
Suffraganei 3. 71
cuſtodis 2. 69
judicis quotuplex 3. 86
judicis delegati 6. 77

legati 6. 80
ordinariæ Jurisdictionis 5. 84
Primicerii 2. 68
Oleum infirmorum 2. 53
Operis novi nunciatio 1. 423
Ordinaria Jurisdictio in quos competat 4. 83
Ordinari qui nequeant 8. 45
prohibentur ſervi 1. 57
it. procuratores, quæſtores, tutores pupillorum 1. 58
bigami 6. 62
Ordinari qui prohibeantur 1. 55
Ordinandi ætas 1. 49
Ordinandorum examen 2. 46
Ordinatio qualiter fieri debeat 3. ibid.
Ordines 1. 41
Ordinem qui furtive ſuſcipere dicitur 1. 420
Ordines quotuplices 2. 42
qui & quibus conferunt 4. 43
quibus temporibus & quoties in anno 5. ibid.

P.

PActum 1. 91
quotuplex 2. ibid.
nudum, an J. Can. pariat actionem 4. 91

tur-

turpe non valet 5.39
antichreſeos 7.217
legis commiſſoriæ 8. ibid.
Pallium 1.34
Patriarchæ conferunt Epiſcopis 2. ibid.
quando & quo loco uti liceat 3. ibid.
an liceat communicare alteri 4.35
Panes diarii 9.174
Parœcia 1.234
Parœcianus 2.235
Parochia 1.234
Parochianus 2.235
Parochianorum munus 10.238
Parochias cur diſtinctas eſſe oportuerit 8.237
Patricidarum pœna 2.372
Parricidium 1. ibid.
Pars major & ſanior 4.28. 2.196
Paſtorum Eccleſiarum in terris noſtris conſtitutio -.51
Paternitas 5.310
Patrimonialia 5.278
Patrini 5.278
Patronus Eccleſiaſticus 3.264
Patroni, ſi plures eiusd. Eccleſiæ 7.265
Pax 3.90
Peculium 1.225
Clericorum quotuplex 2. ibid.
an Monacho habere permittatur 2.257
Peda-

Pedagia 5. 295
Pendere lis quando dicitur 1. 136
Peremtoriæ exceptiones 1. 156. n. 2
Permutatio 1. 211
Permutabilia 2. ibid.
Permutatio vicina eſt emtioni venditioni 5. 212
Perſonatus 7. 178. 15. 180
Perſonæ judicium conſtituentes 5. 108
Pignus 1. 214
quomodo tacite contrahatur 2. 3. ibid.
quæ res *pignori* dari poſſint 4. ibid.
actio ex *pignore* 5. 216
Plus peti quando & quibus modis 1. 125
POENA 1. 431
adulterii de J. Civ. 2. 385
adulterii de J. Can. 3. 286
Apoſtatarum 3. 367
canonica quotuplex 2. 431
calumniantium 2. 3. 343
Clerici adulteri 5. 388
Clerici venatoris 2. 415
Clerici percuſſoris 2. ibid.
Clerici non ordinati adminiſtrantis 1. 418
Clerici promoti per ſaltum 2. 419
contumaciæ 3. 133
conventionalis 1. 432
criminalis 5. 433

expo-

exponentium infantes 1. 374
exponentium languidos 2. 375
falſi 3. 409
furti 5. 401
furtive ordinati 2. 420
hæreticorum 6. 362
homicidii 2. 378
inceſtus de J. Civ. 10. 393
inceſtus de J. Can. 11. 394
Maledicorum 2. 417
parricidarum 2. 372
pecuniaria 4. 433
plus petentium 2. 126
prævaricatorum 2. 413
rapinæ 4. 396
raptus 2. 396
reiterationis baptiſmi 5. 370
Sagittariorum 2. 382
Simoniacorum 9. 352
Simoniæ conventionalis 11. 353
ſortilegorum 4. 411
ſtupri 7. 389
uſurariorum 10. 406
Pœnitentia 1. 435
ejus partes 2. 436
Pontifex 9. 10
an poſſit renunciare Pontificatui 8. 39
non agnoſcit ſuperiorem 3. 25. n. 5. 8. 31. 8. 39
ſolus conciliis præſidet 14. 12

Paſtor & judex totius orbis Chriſtiani 3. 83
ſemper in dubio ſequi velle præſumitur diſpoſitionem juris communis 7. 18. 9
19. 6. 77
Pontificum reſervata 23. 184
ſtatuta perpetuo ſervanda 10. 10
Portio Canonica 9. 229
parœcialis 3. 233
decimarum 11. 245
Poſſeſſio 3. 127
quotuplex 4. ibid.
Poſſeſſionis cauſa 1. 2. 126. 127
Poſtulatio 1. 23
Poſtulare 1. 95
qui poſſunt 2. ibid. 2. 24
qui prohibentur 3. ibid.
Præbenda 1. 174
Præcentores 2. 68
Prælati an teſtes eſſe poſſint in cauſa Eccleſiæ ſuæ 4. 145
intra quod tempus eligi debeant 1. 39
Prælatorum & ſubditorum exceſſus 1. 421
Præſcriptio 1. 157
jure Eccleſiaſtico 6. 21. n. 2
Præſentare 3. 190
Præſtimonia 14. 180
Præſumtio 1. 151
quotuplex 8. ibid.

pro-

probabilis 2.152. n. 2
Precaria 1.201
Precarium 2.202
Presbyteri filius 501 4.56
Primicerius 1.67
ejus officium 2.68
Primitiæ 13.246
Primitiarum quantitas 14. ibid.
Privilegium 1.424
quotuplex 2. ibid.
quibus modis amittatur 4.425
Probatio 1.141
quotuplex 2. ib.
cui incumbat 3.144
quibus modis fiat 8.143
Procurator 1.97
quotuplex 2. ib.
quis conſtitui poſſit 5.98
quis illum conſtituat 3.97
an nomine Domini ſui jurare poſſit 4.119
cur ordinari prohibeatur 1.58
Procurationes 6.269
à præſcriptione exemtæ 7.270
Profeſſio quotuplex 3.248
Promiſſorii juramenti effectus 3.153
Proprietatis cauſa 1.126
Providere 3.190
Puerorum delicta 1.414

Purificatio poſt partum ſec. LL. Moſaicas 1,281
ſecund. LL. Evangelicas 2. ibid.

Q.

QVæſtores, cur ordinari prohibeantur. 1. 58

R.

RApina 3. 397
ejus pœna 4. ibid.
Raptus 1. 396
ejus pœna 2. ibid.
Reconventio 1. 113.
an coram judice incompetente 2. ibid.
ubi locum habeat 2. ibid.
quando proponenda 4. 114
qua forma 5. ibid,
Recuſatio 13. 164
ejus effectus ibid.
Regula 1. 2. 450
Regulares 1. 245
Regularium ſtatus 4. 258
Relatio 14. 165
Religioſus 2. 248
Religioſa domus 1. 259
Religionem ingredi an liceat conjugatis 1. 250

Reli.

Reliquiæ Sanctorum 279
Remisſiones 10. 440
Renunciatio 2. 36
ex quibus cauſis fieri ſoleat 5. 38
Repreſſaliæ 5. 430
Repromisſio 1. 290
Requiſita conſuetudinis 6. 22
electionis 2. 27
hæretici 3. 360
legis 12. 11
renunciationis 3. 37
uſucapionis 2. 157
Reſcriptum 1. 13
quotuplex 2. 14
gratiæ 2. ibid.
ad lites 2. ibid.
Reſcripta iuſtitiæ ſunt annalia 11. 19
quinam concedere poſſint 3. 15
quæ cauſæ illa vitient 4. ibid.
ſurreptitia 5. 163. 3. 137
priora præferuntur poſterioribus 8. 18
Reſcriptorum induratio 11. 19
effectus 10. ibid.
Reſidere 1. 171
Res judicata 1. 158
Reſtitutio in integrum 1. 101
a quo judice petenda 5. 103
quinam impetrare poſſint 2. 102
Reſtitutio damni dati 4. 430

Reſtitutio metus cauſa 3.101
Reus, quot modis forum ſortiatur 2.109

S.

SAcra unctio 1.52
Sacriſta 1.68
ejus officium 2.69
Sagittarius 1.382
Sagittariorum pœna 2.383
Sanctio 8.9
Sanctorum reliquiæ 279
Sanior pars 4.28. 2.196
Saraceni 1.357
Satisfactio 9.439
Schiſma 1.364
Schiſmaticus 2. ibid.
Scrutinium 1.46
Sede vacante nihil innovandum 1.193
Sententia 1.158
definitiva 2. ibid.
qualiter ferenda 4.159
interlocutoria 3. ibid.
Sententiæ definitivæ effectus 5.160
Sepultura Eccleſiaſtica quibus deneganda 4.234
Sepulturæ jus, cui Eccleſiæ debitum 1.232
Sepulturæ electio, an cuilibet libera 2.233
Sequeſter 1.138

Seque-

Sequeſtratio 2. 138
  quando licita 3. ibid.
Servi, cur ordinari prohibeantur 1. 57
Sextus Decretalium 2. 5
Sigillum, ſeu decretum confeſſionis 8. 439
Simonia 1. 345
  quotuplex 3. 346
Simoniæ cauſæ excuſantes 4. 349
Simoniacorum pœna 9. 352
Solutione quando tollatur obligatio 1. 220
Sortes 1. 110
  quotuplices 3. 411
Sortilegi 2. 410
Sortilegorum pœna 4. 411
Spiritualia an permutare liceat 4. 212
Spolium 2. 124
Spoliatus 1. 130
Sponſalia 1. 290
  qualiter contrahantur 8. 294
  de præſenti & futuro 3. 291
  horum differentia 7. 293
  differentia inter purè & ſub conditione contracta 9. 294
  an poſſit contrahere impubes 2. 296
  cum duabus 1. 298
Status Monachorum 1. 362
  Regularium 4. 258
Stuprum 6. 389
Stupri pœna de J. Civ. 7. ibid.

Stupri pœna de J. Can. 8. 390
Subſidium charitativum 5. 269
Succedentes Clericis ab inteſtato 1. 231
Succentores 2. 68
Suffraganei officium 3 71
Summa Trinitas 2. 6
Suſpenſio 10. 447
Syndicus 1. 99

T.

Teſtamentum 1. 226
ejus perfectio & ſolennitas 2. 227
numerus teſtium 3. ibid.
qui poſſint facere 6. 228
quando exequendum 10. 230
Teſtes - - 148
ubi adhibendi 1. 144
probantes 2. ibid.
inhabiles 3. ibid.
quomodo producendi 8. 146
an ad teſtimonium cogi poſſint 1. 148
in cauſa matrimonii 3. 326
Teſtium productio ſecunda 9. 147
Torneamenta 1. 397
Torneamentorum pœna 2. ibid.
Tranſactio 1. 94
ejus effectus 4. 95
Tranſigere an liceat ſuper beneficio Eccleſiaſtico 3. 94
Tranſlatio 1. 31

cur

cur autoritas S. P. hic neceſſaria 2. ibid.
Treuga 1. 9
quotuplex 2. ibid.
Tutores & Curatores pupillorum cur prohibeantur ordinari 1. 86

V.

VEnatio, cur Clericis interdicta 1. 414
Venditio 1. 205
Vendi quæ posſint 3. 206
Verborum ſignificatio 1. 449
Vicaria 16. 181
Vicarius 1. 70
Epiſcopi 5. 72
temporalis & perpetuus 6. ibid.
perpetuus an quis poſſit eſſe in diverſis Eccleſiis 8. 93
Vicarium quinam inſtituere poſſit 2. 70
nemo ſibi ſubſtituere poteſt 9. 72
Victualia 6. 17. 3
Vis 1. 100
Vis obligandi legum 13. 11
Vitiati corpore 1. 59
Vita ſtatusque Clericorum 1. 167
Unctio ſacra 1. 52
quotuplex 2. ibid.
extrema 2. 53
Uctionis uſus 2. ibid.
Unde vi 5. 132
Voluntarium juramentum 5. 154

Votum

Votum 1. 253
  quotuplex 2. 254
  ſolemne & ſimpl. 3. ibid.
  cœlibatus -- 303
Voti effectus 6. 255
  an mutari poſſit 6. ibid.
Uſucapio ſemper b. f. requirit 3. 157
Uſura 1. 402
  quotuplex 6. 404
  nautica 8. 406
Uſurariis publicis ſepultura denegatur 4. 234
Uſurariorum pœna 10. 406
Vulgaris purgatio 1. 427
  qualiter fieri ſoleat 2. ibid.

FINIS.